11269

Ex delib. fr. P.o de Maldes

Cas 16

66
25

# DE AVTHORITATE SACRAE SCRIPTVRAE, AC EA INTRODVCTORVM LIBRI .IIII. EDITI A

Roderico Doſma Delgado Pacenſi canonico, magiſtro theologo Salmanticenſi:

vbi & de reuelatione, traditionibus, eccleſia, concilijs, ſummi pontificis definitionibus agitur.

Acceſsit quoquè liber de notitia, et ignorantia mores ſpectantibus: & alter de propoſitionũ fidei examine.

*Materiæ vniverſæ indicem conſequens ordo capitum pandet. Fruere Feliciter.*

*PINTIAE.*

Ex officina Didaci Fernandij Cordubenſis, regij typographi.

AN. CHR. CIↃ. D. LXXXV.

*Cum facultate regia & privilegio.*

# *EL REY.*

POr quanto porparte de vos Rodrigo Delgado Doſma maeſtro en Theologia Canonigo en la Ygleſia cathedral de la ciudad de Badajoz, nos fue fecha relació diziẽdo, q̃ con mucho eſtudio y exceſsivo trabajo, y gaſtos vos aviades compueſto las obras y libros ſiguientes, en latin, Commentaria in ſancta quatuor evangelia, otro de auctoritate ſacræ ſcripturæ , otro de Theologia nativa, cum conſideratione entis & qualitate propoſitionum, otro Expoſitio in pſalmos, & Cantica: otro de communi mathematica, otro de arithmetica, otro de perſpectiva, otro de ſphęris, otro de computo eccleſiaſtico, otro de ponderibus & potentijs, otro de monetis & menſuris, otro de geometriá cum parergis & conicis: annotationes in Euclidem, Archimedem, & alios: y en romançe uno de confeſsion, otro dialogos morales, otro de coſas de devocion en verſos, otro de gramatica caſtellana, otro de arte poëtica, otro de muſica, otro de retorica, otro de la antiguedad y ſuceſſos de Vadajoz: las quales dichas obras teniades con mucho cuydado paſſadas, y corregidas, y deſeavades ſacarlas àluz, por el beneficio, y utilidad, que dellas ſe ſiguiria en todos eſtos nueſtros reynos. Y nos pediſtes, y ſuplicaſtes os mandaſſemos dar licẽcia para poder imprimir las dichas obras, y libros, y privilegio por tiempo de veynte años, para que ninguna otra perſona los pudieſſe imprimir, ni vender, ſino vos, e quien vueſtro poder uvieſſe, o como la nueſtra merced fueſſe. Lo qual viſto por los del nueſtro conſejo, fue acordado que deviamos mandar dar, eſta nueſtra cedula en la dicha razon: e yo tuvelo por bien: y por la preſente damos licencia, y facultad à vos el dicho doctor Rodrigo Delgado Doſma, para que por tiempo de diez años, q̃ corren, y ſe quentã des de el dia de la data de eſta nueſtra cedula en adelãte, vos e la perſona que vueſtro poder oviere, podays imprimir, y vẽder los dichos libros, que de ſuſo ſe haze mencion, en eſtos nueſtros reynos. Y por la preſente damos licencia, y facultad a qualquier impreſſor dellos, que vos nombraredes, para que por eſta vez los pueda imprimir por los originales que en el nueſtro conſejo ſe vieron, que va rubricado y firmado al fin de cada uno dellos de Chriſtoval de leon nueſtro eſcriuano de camara, de los que reſiden en el nueſtro conſejo, y que deſpues de impreſſos, y antes que ſe vendan, los traygays ael juntamente con los oziginales, para que ſe vea, ſi la dicha impreſsion eſta conforme à ellos, o traygais fe en publia forma, en como por corrector nombrado por nueſtro mandado ſe vieron, y

¶

copiarō las dichas impreſſiones, por los dichos originales, y ſe imprimierō cōforme a el: Y que quedā aſsi miſmo impreſas las erratas por el apuntadas para cada vn libro de los que aſsi fuerē impreſſos, y ſe os taſſe el precio que por cada volumē aveis de aver, y llevar, y no lo podais vender de otra manera ſopena de incurrir en las penas contenidas en las leyes, y prematicas de nueſtros reynos. Y mandamos que durante el dicho tiempo perſona alguna ſin vueſtra licencia no los pueda imprimir ni vēder, ſopena, que el q̄ imprimiere qualquiera dellos, o vēdiere, o traxere de fuera parte, aya perdido, y pierda todos, y qualesquier libros, y moldes que del tuviere, y vendiere en eſtos nueſtros reynos: y mas incurra en pena de cinquenta mil maravedis por cada vez que lo contrario hiziere. La qual dicha pena ſea la tercia parte para nueſtra camara, y fiſco, y la otra tercia parte para la perſona que lo acuſare y la otra tercia parte para el Iuez que lo ſentenciare, Y mandamos a los del nueſtro conſejo, preſidente, y oidores de las nueſtras audiencias, alcades, alguaziles de la nueſtra caſa corte, y chancillerias, y à todos los corregidores aſsiſtente, governadores, alcades mayores, y ordinarios, y otros juezes, y juſticias quales quier de todas la ciudades villas, y lugares de los nueſtros reynos, y ſeñorios, aſsi a los que agora ſon, como à los que fueren de aqui à delante, que guarden, y cumplan eſta nueſtra cedula, y merced que vos aſsi hazemos; y contra el tenor, y forma della ni de lo en ella cōtenido no vayan ni paſſen, ni conſientan ir ni paſſar por alguna manera, ſo pena de la nueſtra merced. y de diez mil maravedis para nueſtra camara: dada en ſant Lorenço el real à veinte y nueve dias de Mayo, de mil y quiniētos, y ochenta y quatro años.

Yo el rey.

Por mandado de ſu Mageſtad

Antonio de Eraſſo.

EGo frater franciſcũs Ortiz luciũs hũmilis concionator ſancti Franciſci conuentus Madriti iuſſu conſilij Regij retroſcripta opera doctiſsimi & ſapiẽtiſsimi doctoris in ſacra theologia Roderici delgado doſina canonici Pacencis uidelicet de autoritate ſacræ Scripturæ, item de theologia natiua & notitia morali cum adiũctis tractatibus de diſciplinis entis & de qualitate propoſitionum uidi, & fidem facio nil me inveniſſe in eis, quod eccleſiæ aut fidei catholicæ repugnet, neque diſſonet, neque ullo meo pias aures offendat: ſed cuncta catholica, & multi iuga eruditione cumulata, & quæ magnam utilitatem afferre queant theologiæ & ſacrarum literarum ſtudioſis: ideo cenſui èxpedire ut impreſsioni mandentur & in lucem edantur. Madriti in noſtro conuentũ ſancti Franciſci die xiiij Maij. 1584.

Frater Franciſcus Ortis lucius.

IN ſuper dominus Franciſcus Mena Vici novi deſignatus, & .potuiſor officialis Pintianus, ubi libros hos de authoritate ſacræ ſcripturæ cum adiunctis expendendos demandaſſet eximio doctori Salmanticæ primario prælectori theologiæ in academia Pintiana, is que ipſos uti admodum utiles, ac ſanctæ fidei catholicæ in nullo diſſonos comprobaſſet: eius approbatione inſpecta facultatem conceſsit quibus que impeſſoribus Pintiæ degentibus, ut ſine ulla pœna, calūniaque poſsint prælo excudere libros eoſdem memoratos, dum tamen præcedat facultas regiæ maieſtatis, & ipſius regij conſilij: ſicut in illius literis continetur datis Pintiæ die octavo Aprilis anni milleſimi, quingenteſimi octogeſimi quinti.

## In libros quartuor de ſacræ ſcripturæ authoritate certiſsima divinitus reuelata index capitum. Procemium.

### Lib.1.

Cap.1.habetur Academicorum cõfutatio contendentium nilcertò noſci, & notitiæ ratio.
2. C.Rationis,ſenſuũ exteriorũ,& interiorũ diſtinctio
3.C.Certa notitia ſenſilis qualis ſit,tum etiam intellectus.
4.C. Certa intelligentia homini mortali non adeſt ſine certa ſenſili notitia.
5.C.De intellectus operationibus, & certa intelligentia, cui certa ſenſilis notitia eôdem ſpectans reſpondeat.
6.C.Quæ recta ratio,uſus rationis,& fides certa ſit.
7.C.De miraculorum ſignis.
8.C.Prophetia quid ſit.
9.C.Lumen propheticum quid ſit.
10.C.Inſtinctus differt à prophetia,quæ tũm abſoluta,tũm cauſalis eſt.
11.C.Modi prophetiæ,ac eius à fallacia diſcretió.
12.C.De raptu,& ecſtaſi.
13.C.De omnigeno inſtinctu;ac fide ſacra,& acquiſita.
14.C.De propoſitione credendorum.

### Lib.2

Cap.1.Bibliorũm ſacrorũm nũmerus,ac diviſio.
2.C.Sacra bibliorum autoritas iugiter certó agnita eſt.
3.C.Teſtamenti veteris conditores.
4.C.Novi teſtamenti ſcriptores.
5.C.De traductionibus,& vulgata editione authentica.
6.C.Fidei capita bibliorum autoritatę conſtantia.
7.C.Modus procedendi ſacrorum bibliorum.
8.C.Multiplex ſenſus ſacræ ſcripturæ.
9. C. A bibliorum cõditoribus aſſerta divinam habere aũtoritatem:ab inductis relatis aſſerta pro cuiuſque dignitate cenſentur.
10.C.Peculiaris inductorum exploratio in pentatheuco cum ordine manſionum Iſraelitarum.
11.C.Introductorum examen in ſanctis libris hiſtoricis.
12.C.Introductorum exploratio in S.libris Iob,pſalterij,ſapientũm.
13.C.Inductorum examen in S.libris propheticis, & Machabæorum.
14.C.Introductorum examen in S.libris novi teſtamenti.

Lib.3.C.1.De collatis alijs ſacræ ſcripturæ auctoritatibus, ac ratione humana.
2.C. De hiſtoriæ auctoritate, uſu, & examine.
3.C.Philoſophorum auctoritas.
4.C.Iuris civilis auctoritas.
5.C.Theologiæ ſcholaſticæ auctoritas.
6.C.S.veterum doctorum autoritas
7.C.Conciliorum authoritas.
8.C.Summus pontificatus, & Rom. quomodo unitus ſit; quid eccleſia, quid eius membrum, quomodo vertex adeatur, et amittatur.
10.C.Quomodo hæreſi, aliter ve quiſpiam ſummo pontificatu priuetur, & ſucceſſoris electio ſemper eccleſiæ reſtet.
11.C.Iuris pontificij authoritas, ac diſcriminatio.
12.C.S.fidei deciſionum authoritas.
13.C.Eccleſiæ catholicæ authoritas.
14.C. Apoſtolicarum traditionum autoritas; ac divinarum autoritatum collatio.
Libri.4.argumentum C.1.habetur.
2.C.Evidentia in genere aſſenſum non cogit.
3.C.Explicatione exhibitoris miraculi doctrina teſtata noſcitur.
4.C.Signa neceſſaria ſuperæ doctrinæ, ut eius teſtimonia plena ſint, ſermone in id explicentur, oportet.
5.C.Veteris teſtamenti ſigna.
6.C.Novi teſtamenti ſigna.
7.C.Sermone operantis circa ſignum id exponi debet.
8.C.Idem corroboratur exemplo.
9.C.Per evidentia miracula inductæ fidei, merito que ipſius loctus non tollitur.
10.C.Actus iuſtificati errore in vincibili editus, cætero qui inculpatus, bonus, & meritorius eſt.
11.C.Quatenus quivis fidei actum habere obligetur.
12.C.Minorum in reliquis fides, ſive non potiſsimis, ſeu quæ penetrare nequeant.
13.C.Non baptizati adulti evangelium in vincibiliter ignorantis actus in iuſtificatione fidei motum continet.

# Procœmium in libros tres de ſacræ ſcripturæ autoritate à Roderico Doſma Delgado doctore Theologiæ ſtudioſo elaboratos.

AD calcem trium librorũ, quos de theologica ſpeculatioue cudimus, appoſita deductione collectum eſt oportere, quedã fore à deo inſtituta, per quæ uti media ipſi placita generaliter ſupra cõditæ naturæ vim beatitutidinis finem homines progreſsi adipiſcantur: eſſe rurſus opus eam diuinam inſtitutionem, quam creatæ mentis acies nativa per ſe aſſequi minimè valeat, quæ preſertim arcanis tradita biblijs habeatur; per numinis revelatione manifeſtantis certum teſtimonium comprobari: expedire denique huiuſmodi teſtimonium, quale dei proprijs indicijs, velut veris miraculis in id editis exhibetur, ſumi. Itaque tanti negotij unde hominum ſalus æterna pendet, exitus eo deductus eſt, utexpendi neceſſarium ſit, qualiter divinitus revelata inſtitutio, prout maximè ſacris libris continetur, certiſsimæ ſupremæ que autoritatis eſſe ſignorum numinis mirabiliũ teſtimonijs ad noſtram uſque notitiã perlatis conſtet. Quoniam verò ampliſsima materia eſt cùm latitudine, tumpotius pondere: methodo eſt op⁹, qua diſtinctè, lucidè, ordinatè ſine confuſionis, et erroris periculo latiſsimum æquor tranſeatur: & in primis autoris, cuius faſtigium pandendum eſt, implorare opem, quæ ſola valet in arduis imbecillitatem humanã regere, ac voti compotẽ victricẽ in fine ſiſtere. Is igitur ordo commodus apparet, ut primó tractetur de certitudinis ratione, miraculorum ſignis, revelationis

prophetia,ſupera fide,ac miſteriorum propoſitione:de-
inde de expreſſa ſanctæ ſcripturæ autoritate, ac eorum
diſtinctione, quæ in ipſa comprehenduntur, & explicã-
tur:demum,quo ab alijs aſſenſionibus, & autortatibus
collatis diſcernatur; quantũ cuique ponderis inſit, quã-
tum aſſenſus,fidei, obſequij ſit adhibendum. Obſervan
dam autem duxi ſolitam anaſyſim, qua ſemper à notio
ribus proceſſus adminus nota pateat: verùm in priorib'
libris ſyntheſi ſua perpetim anterioribus ulteriora ſuper
ſtruentem: at in ultimo preterea etiam purè analyticam
ſimul ab inferioribus ſenſim aſcendentem ad proxima
quæque loca, & eò ſerie per ſingulos gradus conceden-
tia reijcientem: ut propria in ſede cuncta explorentur.
Quanquam verò ſtyli pariter haud neglecta cura fuit:
inter profundæ tamen ſcrutationis in principijs potiſsi
mè ſalebras dictionis cultus offenſus fieri nequit, ut non
obſcuretur: ſicut & ipſa intenta conſyderatio, ut ſæpe cõ
tingit, inamoena eſt. Facile autem poterit ſic affectus le-
ctor priora tranſmittere, atque à calce uſque primi libri
poſterioribus ſe oblectare, ac tãdem intuitus uſui eſſe re
licta relegere. Iucunda eſſe celſa moenia, templa que cõ-
ſummata ſolent, fundamentorum rudimẽta non item:
cum voluptate proceræ arbores explicatis ramis effuſæ,
viridantibus folijs ornatæ, decoris pomis onuſtæ ſpectã
tur à nobis fructus, ac perfectionis abſolutæ avidis: radi
ces deformes videntur. Sed ex ijs quæ in imo latent, vis
omnis ſublimibus fulciendis permanat: eoque pruden-
tibus non aſpernanda iudicantur. Sic erga hæc ſtudioſi
ſegerere debent, ut futurum fido. Evaſit autem opus tri
bus teſſeradecadibus confectum, quaſi iure dicandum *Mat.1.c.*
ei qui per totidẽ ad noſtrã perpetuam ſalutem inſtau-

randam

randam deſcendit. Sub eo vero divinæ ſapientiæ ac religionis candidatis noſcendum, probandum, emandandum, perficiendum offerimus. Offerimus autem precipuè ſanctæ catholicæ eccleſiæ, ſummique ipſius præſulis Romani definienti cenſurę, ut ſub incudem, ac limam eius exactiſsimam revocetur. Iamque nunc quod illinc reiectum ſit, reſpuimus, quod fuerit receptum, admittimus, nec aliud ratum habemus, quàm quod illius comprobationem digniſsimam mereatur.

# DE SACRAE SCRIPTVRAE AVTORITATE CERTISSIMA DIVINITVS REVELATA.

## LIBER PRIMVS.

### 1. C. *Academicorum confutatio, & notitiæ ratio.*

ACturi de autoritate ſuprema ſanctis potiſsimùm ſcripturis exhibita, certiſsimaq; teſtificatione inſtiutionis a deo revelatæ vim quāvis intellectualē creatam ſuperantis, qua mentiū conditarū ſalus & beatitudo ſempiterna nititur, in primis explicemus oportet, quo pacto in univerſum firma notitię certitudo acquiratur; ut eo gradu ſuppoſito ſcrutari apte ſub divina opitulatione ſuppliciter implorata queamus ſummæ revelationis, indiciorumque ipſius conſtantē, ambiguitatis & erroris expertem ſtabilitatē. *Aug.li.3.* Torſit quippe viros ingenio & eruditione inſignes ea

 difficul-

difficultas adeò, ut Academici aſſeruerint, nil poſſe per- *contra.*
cipi, nullique rei aſſentiendum eſſe, ac demùm ſapienté *Acad.*
nihil ſcire: ita illorũ perſtrinxerat aciem, quòd pro ve- c.10.14.
ris non nunquam falſis vero ſimilibus decepti mortales *&c.*
comperirẽtur: è cuiuſmodi nodis vix multo que ſudo-
re ſacer Auguſtinus extricare ſe valuit. Poteſt autem ea
ſecta refelli experimento ſenſuum, de quo dubitari non
poſsit, velutiqùm lucem cernimus, ignem urentem ta-
ctu ſentimus, amplius verò intellectus experta in multis
firmitate, de qua hęſitare, vacillare que neutiquam que-
at, veluti qùm primis diſciplinarùm principijs plerique
omnes aſſentiuntur, uti paribus ſi paria ſubtrahas
addas ve, paria evadere, contradicentia in idem non poſ
ſe competere, ac proinde non valere pronũtiatum quid
piam ſimul eſſe verum, ac non verum, nempe falſum: è
qualibus primordijs alia collecta non abſimili conſtan·
tia percipiantur. Rurſus iſthæc ſecta ſemetipſam ſi rectè
perpiciatur, explodit. Quamvis enim quæ ſequatur, nõ
certa, ſed pro babilia vocet, ac ueriſimilium nomen vi-
tet, ne cogatur verum aliquid eſſe fateri, cui aliud ſimile
ſit; veri ac fal ſi communes notiones certò percipi, diffite
ri non valet. Aliôqui quo nam modo nihil ſolide verũ
capi poſſe, ſuadere queat, niſi appareat ad veri menſu
ram notam, & expenſam nil pertingere valere? Quod
ſi tenebricones inſtar ſepiæ atramentum, quo ſe tegant,
diffundentes dicant, ne rationem quidem veri ſecertam
tenere; ſed ſi ea ſit, è tali ſuppoſitione propoſitum ſuum
colligere, neque id certo, ne prehendantur, verùm pro-
babiliter: illud ſaltem, quo ipſorum ſentẽtia ſuſtinetur,
quo ſublato corruat, affirment firmo aſſenſu neceſſe eſt,
nihil in cognitionem cadere, quod habeat cum falſo cõ-

mune

mune aliquod ſignum, unde incertum, quantũvis probabile relinquatur. Si enim quicquam aliter, nimirùm certè verum deprehenditur, non iam ita eſt, nil certò ac verè percipi quire. Quicquid itaque in notitiam venit, ambiguum certò aſſerant, oportet, atque ita ut minimũ ambiguitas in cunctis verè certa contra id quod aſſeverãt, deducitur. Sic iſtud placitũ illud publicè famoſũ cõſequitur, ut ſeſe interimat, quẽadmodũ ait Ariſtoteles

*lib. 4 metaph. ad fi.* de dogmate aſſerentiũ, cũcta eſſe vera, itẽque affirmãtiũ univerſa falſa. Si nãque hoc ſit, etiã hæc ipſa oratio extãs aliquid univerſorũ falſa eſt, nõ vera, ſubindeq, nõ ita eſt omnia falſa eſſe. Sin verò prius ſit, omnia vera eſſe, vera quoque redditur adverſa ei aſſertio, aliquid inter omnia extans, quã adverſus ipſũ dogma quiſpiã ferret inquiẽs falſum eſſe: vnde nõ ita foret, cũcta vera eſſe. Vlterius id verè certũ negare hi ſuſpenſi cũctatores nequirẽt, plurima ſenſibus, ac menti apparere, ſive verè, ſive falſò, ſive incertò, ex quibus quædam videantur vera, quædam falſa deprehendi iudicentur. Si enim haud ita certum eſt apparentia cognitoni obijci, omnis diſputationis cauſa tollitur, notitiæ vera certitudo, an deceptio eveniat. Verùm enim verò, ſi vel unum aliquod verum certò eſt, alia item aſsimili ratione verè certa fore quid prohibet?

*Prin. metah.* Mirum profectò, ac ſimile monſtri eſt deſperationem ſciendi, quod omnes natura deſyderant, hos inducere, quàm ſpem alere, uti potius par erat, maluiſſe. At quia hæc fuſius tractare non ipſo queſito initio, unde cuncta facilè patent, abſurdum fuerit, altius ſumpto exordio de notitia dicamus. Experimur plurima veluti lævia corpora, ceu liquores, terſa que metalla, & ſaxa, in ſuper & animantiũ pupillas, præter propriẹ naturæ ſpeciẽ, alio-

orum quoque ſpecies proprio in lęvore repręſentatas attingere. Porro ſpecularia corpora inſenſilia ſpecies aliorum ſublimiter adiacentium actu exhibent, quùm reſpectu habito ad aliquod animal appoſitum ipſas cõtemplans, ab ipſo repręſentationis ſigno, contemplantis diſtãtia, & altitudo eam proportionẽ ſervent, quam diſtantia & altitudo repręſentarę rei, ſicut in ſpeculari optice traditur, & nos explicuimus. Vnde fit, ut ſi multa circunſtent animantia, per totum lęvoris æquor varijs in punctis diſcretè repręſentationes integrę fiant, multę que pro numero contemplantium obiecti unius ſimilimę ſpecies appareant. Ex quo rurſum comprobatur, in ſenſilia ſpecularia corpora ſpecies obiectorum nõ aliter actu exhibere, quàm reſpectu habito ad animal quod piã contẽplans. Nã ſi abſque tali reſpectu, abſolutè ſpeciem ad aliquod punctum eiuſmodi corpus exprimeret, eadem ratione in cunctis redderet, quę ſumi ſine termino in lævi ſuperficie poſſunt; quę tamen actu infinita eſſe nequeunt; forent vero ſi ex potentia intermina in actum reducerentur ſpeciebus ubique actu exhibitis. Satius ergo eſt effigies huiuſcemodi potentia innumeras dicere, quę in actum non indefinitę prodeant reſpectu ad contemplans aſſumpto. Aſt animal ſine aliud contenplantis reſpectu per ſe abſolutè ſpeciem obiectę rei proprio in organo relucentem attingit. Atque hoc eſt, quo cognoſcentia diſcernũtur à nõ cognoſcentibus, nempe inſenſibilibus, quòd illa præter propriam, aliorum quoque ſpeciem abſolutè attingunt, ut & alibi diximꝰ, hęc verò non abſolutè; ſed vel nullo modo, qualia ſunt opaca, & ſcabra, vel reſpectu ad aliud contemplans habito, qualia lęvia & nitida ſunt. Declaratam

*lib.1. theol.c.2.*

*lib. 1.theol.c.11.*

ratam igitur habere poteſtatem eſt cognoſcitivam facultatem obtinere, ac eius actus notitia eſt, quę ut ad alia ita inquovis ad ſui perceptionem extenditur, quatenus inter ea pari ratione includitur. Ad hęc notitia cuiusvis obiectæ rei per ipſius ſimulacrum plerumque fit cognoſcentibus impreſſum, in quo reprę ſentante obiectum, ipſius ſpeciem attingunt, quam in ipſo per ſe non attingerent, quùm ob diſcrepātiam obiectum ineſſe per ſe cognoſcentibus, ſive organis eorum cognoſcitivis non valet. Ob neceſſarium quippe notitię dictum attactum, opus eſt obiectum quoquo modo coniungi cognoſcēti, quatenus noſcendi munere fungitur. Quòd ſi obiectū per ſe ita noſcenti uniretur, quùm quidvis per ſe prę ſtātius, quam per inferioris vicarium eſſentię operetur; perfectior planè cognitio reſultaret: qualis menti corporis immuni cùm createę, tum creanti de ſe inſita, tum etiam conditis beatis mentibus de autore obiecto beante habetur, ut ſuo loco fuſius explicatum eſt; ſed et lucis penetrantis in oculis inſerta; ſimiliter que lutei, & viridātis coloris oculos inficientis, quem rufa, praſina que reverberatione lucis eiaculantur. In cęteris plerisque non modo aliorum, ſed etiam ſui cuiuſque cognitio per effigiem fit organo congnoſcitivo infuſam; quòd corporea prę ſertim ita diſcrepent vel diſtantia, vel mole, ut apta non ſint ſine vicario ſimulacro coniunctioni notitiei neceſſàrię contingenti ad organi meditullium penetratum, ubi centrum ac radix cognitionis eſt; à quo impedimento incorporeę mentes liberę ſunt. Itaque noſcendi facultas obiectum vel in ipſo, vel in reprę ſentante ipſum effigie attingit, particeps itaſpeciei obiecti reddita. Ratio enim eſſentię cuiuſque ipſius ſpecies maximè dicitur

*lib.3.theol.c.11.*

citur,inde que ſimulacra, & effigies obiectorum veluti deflux' ea unde manāt,exprimētes,ſpecies quaſi cognationis iure vocātur,ut alias huius vocis acceptiones ſuis locis relinquamus. Vtrovis autem modo quid piam noſcatur ſive per ſe,ſive per ſpecimen,dum tñ parile,inſtar obiecti exactè reddens, in ſe cognoſci ducitur, etiam ſi non ſemper directè,ſed quādo que reflexè percipiatur, veluti qum pons non ſolum è regione, ſed & in fluminis ſubter labentis argento æquore reflexa effigie ita cōſpicitur,quaſi non aliquo interiecto medio, quod quatenus tale haud attenditur, ſed protinus cerneretur. In obiecto verò alio quid piam cognoſci fertur, quùm per ſimulacrum, non tamen parile noſcitur,ſedper ſpeciem obiecti continentis aliud veluti remotius obiectum; velut qūm in fluvio viſo,qui in ſe per parilem ſpeciem ſpectatur, ceu in toto continente redditus quoque pons, quatenus contentus eſt,per continentis effigiem noſcitur, in quo id remotius obiectum non quaſi protinus percipitur,ſed quaſi alio in obiecto medio exhiberi, atque interlucere animadvertitur. Evenit autē, ut quod in alio percipitur obiecto cognito per eius mediam formam continentem, confuſe plerumque, ac minus exactè, quam per parilem effigiem noſcatur,veluti qùm res diſtantes in ſpeculo conſyderato vix cernimus; ac deum per conditorum veſtigia immenſa eius ſublimitate infinito inferiora ſpeculamur: non nunquam etiam longè perfectius, expreſsius, & exactius,quàm per parile ſimulacrum,imo & quàm per ipſum ſimulacri obiectum; uti à deo in ſe ipſo exemplari obſolutiſsimo, intermino cęterorum condita conſyderantur tanto præſtantius quàm in ipſis,quanto eminentius in ſumma perfectio-

ne

ne cunctorum inde derivatæ perfectiones continentur: Cæteræ mentes etiam angelicæ, quantumvis vel infimis corporibus anteſtent, inſuperiori eſſentiæ gradu locatę, non ita tamen eorum perfectionem complectuntur, quamvis diverſam ſublimiorem habeant, ut in ſe ſint eorũ exemplaria ſimilis efficaciæ; qua nequeunt creare, vel producere, uti à ſeminimè manãtia. Poſſent nihilo ſecius mentes à copore ſecretæ per infuſas à deo ſpecies aliarum rerum ipſas intelligere indita ſimilitudine ab exemplari autore, à cuius prototypo productæ res deductione ſimilitudinis id quod ſunt, adipiſcuntur multo amplius quàm ab obiectis ſimulacra fluentia: ut nunc omittamus modum iam ſuperius tactum, quo res per ſe coniunctæ cognoſci queant. Cęterũm nõ eodem modo res in abſentia cognoſcentis, atque in pręſentia noſcuntur. Si quidem preſentia cenſentur, quæ cognitioni alicui offerantur, prout conſiſtentia ſint, quaſi coram extantia. Quare ut præſens quidpiam ſit, extare opus eſt, dein pro ut ita extet, notitiæ objjci cognoſcentis, ita ut ſi poſsibile ponatur non extare, minimè ſic objjciatur. Licet enim ſciamus rationabilem animam poſquàm à deo creata ſit, veluti Aprigio collatam, immortali duratione perſiſtere; non tamen id noſcentes Aprigij animam velut in præſentia noſtra pręſentem extantem intelligimus. Si namque deus ab anima illa conſervationis ſuę voluntarium in fluxum ſuſpẽderet, quod ſi liberet, libere poſſet, nobis inſcijs; tunc non extare poſita, æque atque ſi conſiſteret, ex immortalitatis ratione, perſtare à nobis exiſtimaretur. Quò circa quod itidem offertur extans, atque vel per impoſsibile non extans, ad notitiæ pręſentiam non pertinet, cum cuius

*lb.1.theo. c.6.7.li. .c.2.*

*li.3.theo. .c.3.*

ratione vel fictæ potentiæ huiuſmodi error locum non habet. Sic de dei ęterna exiſtentia, quę nullo modo quit non ſemper perſeverare, notitia naturali ratione conſtans nobis in præſentia non eſt. Ad pręſentiam quippę cognitionis, uti pręſignavimus, ſpectat, ut vel protinus coniunctis obiectis notitia reſultet, vel nō minus unitis exprimens ab ipſis ad ſimulacra fluentia proficiſcatur aſsimilatio, vel ab exemplari quod in faſtigio ſpeciei ſupereminet, ſimulitudo in res obiectas inde productas oriatur; vel ob inditas conditis mentibus ſpecies, ab exemplari univerſotum autore inter obiecta, illorumque ſpecimina reſpondens aſsimulatio non minus præſtans proveniat, quàm quę ab obiectis ad imagines exortas intercedit. Obiecta itaque noſcentis pręſentiam ſubeūt explicatam, ubi notitiæ in ſe offeruntur ſive per ſe, ſive per parile inſtar, aut in alio per tale continentis ſimulacrum quod parili non minus exactum ſit, ut potè contento expreſſè in amplectente; quò de obiectis quatenus extantia offeruntur, plenum indicium exhibeatur. Præſentium porrò notitia intuitiva vocatur à viſu ſenſuum pręſtantiſsimo, abſtractiva verò, quæ non pręſentium eſt, quaſi à pręſentia cognoſcentem abſtrahat, vel quòd ab ſpecimine rei alicuius pręſentis abſtrahi ſoleat. Vidimus Romam præſentem; unde in nobis veſtigium ei ſimile relictum eſt, ex quo poſtea intus eius etiam nō pręſentis notitia repetita redit. Nec ſoùlm huiuſmodi notitia emicat è veſtigio repoſito ab eodem obiecto pręſente, ſed etiam ab alio, veluti per inſpectivam conditorum notitiam plurimas illic relucentes divinę ſubſtantiæ perfectiones contemplamur notitiem dei nacti non per parilem ſpeciem, quę neutiquam eſſè queat, ſed per lon

lōgiſsimè inferiorem à creatis abſtractam. Inſpectivam notitiam alij viſionis appellant, ſimplicis intelligentiæ reliquam, in eo præſertim cotum, quę nec fueruntnec ſunt, nec erunt, eſſe tameu ab eo queant. Non pręſentia vęrò, ſive ſint, ſive non extent, abſentia latè ſumpta voce nuncupantur, tametſi propriè abſentia dici videntur, quę conſiſtentia in preſentia non ad ſunt. Ab huiuſmodi præſentia tractum vocabulum eſt ad inſtans interſtingués ptæteritum, futurum què tempus, quòd illud iam non ſit, hoc nondum ſit, inſtans verò protinus in præſentia notitiæ noſtrę adſit, per cuius medium pręteriti & futuri cognitio præſentię noſtrę oras attingat. Ex dictis habetur, qùm tanta diverſitas pręſentiæ, atque abſentię, ſit; fieri nequire, ut per ullam rem eadem ratione modoquè obiectum aliquod omnino repręſentetur pręſens eſſe dum adſit, & dum abſit, non eſſe præſens: quippe qùm eſſe nō poſsit, ut obiectū quatenus præſens adſit non extet; nō extare autē cū abſentia, pręſentiæ defectu non repugnet. Hinc neceſſarium fuit, utquę res nequeunt iugiter habere pręſentes, ad quas tamen in abſentia ferantur, oportet; veſtigia quædam ex pręſentium notitia retineant, per quæ abſentia aliter, atquè pręſentia percepta cognoſcant. Vt cumquè autem notitia proferatur, opus eſt, ut ſicut extitit, ita etiam perpetim, quā diu duret, promatur; quem admodum lucis radius ut à ſole prodijt, ſic dum perduret, conſervetur neceſſe eſt; qui aliôqui intercidet, ſi ſolaris influxus interrumpatur.

## 2 *C. Rationis,ſenſuũ exteriorũ,& interiorũ diſtinctio.*

IAm his prehabitis,quo pacto in preſentium,amplius que abſentium cognitione deceptio evenire, ac evitari queat ad certam notitię veritatem acquirendam, in ſequentibus expẽdetur. Ac primùm triplicem,in nobis præſertim,cognitionis gradum experimur. In veſtibulo,ſenſuum exteriorum cognitio,quę in pręſentia tantùm exhibetur obiectarum rerum, offertur,quę per viſum,auditum, odoratum, guſtum, tactũ dirimitur, ſicut in cęteris animantibus, prout plurium huiusmodi, pauciorumvè, aut ſaltem tactus conſortia reperiuntur. Secundus gradus ſenſuum interiorum eſt, quorum vim præcipuè in obiectorum abſentia non exteris ſenſibus interim apprehenſorum percipimus, veluti quo etiam animantes brutę ad inquirendum alimẽtum,ſocias que abſentes excitantur. Tertius eſt intellectus,qui ad mentes incorporeas pertinet, in quarum cõſortium naturę anima noſtra rationabilis concedit, quę quandiu intra corpus à ſe vivificatum permanet, ſenſuum adminiculo aliquo miniſtrante tum interiorum,tũ exteriorum ea intelligit, veluti deum incorpoream ſubſtantiam eſſe,ſe que adeò,ad quę nullius corporalis ſenſus per ſe facultas attingeret. Quando quidem dormiẽtes ſopitis exteris ſenſibus; infantes,inſani, ebrij etiam vigilantes & cunctis externis ſenſibus fungentes ob interioris alicuius ſenſus non exactam,aut lęſam vim utiquè adminiſtraturam ad intellectivam talem notitiam inepti ſunt. Sed an nullo modo ſine ſenſili miniſterio intelligere perfectè queamus, & quę ſit ratio, plenius poſtea. *lib.1.the. c.7.11. li. 3.c.3.*

poſtea diſcutietur. Nunc prius ſenſibus extrarijs obuijs planè atquè apertis brevi tranſmiſsis, de intrarijs latentibus agamus. Percipit ſanè ceu proprium ſenſibile colorem viſus, ſonum auditus, odorem odoratus, ſaporē guſtus, tactus uerò tangibiles qualitates, ut calorem, frigiditatē, humorem, ſiccitatem, duritiem, mollitiē, levitatem, pondus; alia que ſimilia; præter quæ ſecretè cuius què quinque ſenſuū exteriorum inter ſe propria, ſunt etiam ſenſibilia communia, quę cuncti communiter ſuo quiſque modo, nempe cum proprijs percipiant, motus, quies, numerus, magnitudo, figura, quæ tamen expreſsius viſui cum colore offertur. Cum colore vero lux velut in faſtigio viſibilis connumeratur, ſine cuius illuſtratione colores, quibus res inficiuntur, actu viſibiles neutiquam ſunt. Per horum autem ſenſibilium medium ea etiam quibus inſunt, à ſenſibus percipiuntur. *Senſus exteri.*

Succedit exteris ſenſorijs organis interni primi ſenſorij vis velut principium & radix communis illorum, unde communis ſenſus appellationem habet, non modò ſentiens ab eis cogintа ſimulacris ad ſe tranſmeantibus, ſed etiam ipſis virtutem ſuggerens, ut ad ſua centra propriаs per ſenſiones abſolvant. Id quod huiusmodi experimentis conſtat. Dormientes udo ſopore interna efficacia interclusа exteris ſenſibus nil cognoſcunt, etiam ſi ſpecies obverſentur, veluti qùm recluſis ab alio leniter palpebris, aut ſponte apertis, ſicut cantherios dormire ferunt, ſimulacra obiectorum in pupillis apparent; niſi oblati, ceu ſplendoris tanta ſit vis, quæ interiorem virtutem reſoluto ligamento ſomni plus minusve ciat, ut exterioris ſenſus notitia, uti viſio perficiatur. Prętereа non rarò evenit, ut vigilantes quædam coràm poſita non a- *Interni, communis.*

ctu noſcamus, quorum ſimulacra exterorum ſenſuum organis offeruntur, velut quæ circunſiti in pupulis noſtris apparentia ſpectant; quòd nimirum non attendamus, nempè internę virtutis energiam exreræ per ſenſioni neceſſariam uſque ad eius proprias ſedes non tendamus. Vtraque igitur vis exteri organi, & interni principij exigitur abſolutæ ſenſus externi cuiusq; notitię, atquè utraq; alterius auxilio eget. Nã niſi ianuis exteriorũ ſenſuũ ſimulacra obiectorum pervadãt, minimè ad internam vim pertineant; ne niſi virtus interior extendatur ad uſque centra extimæ perſenſionis inde usquè ſpecimine latè hauſto, nequaquàm talis cognitio conſummetur. Qum autem hęc vis ſimiliter in belluis, atque in hominibus comperta virtus corporis ſit, oportet interius ſubeſſe organum, in quo ceu trun co exteriorum ſenſilium organorum rami convenientes ſuſtineantur. Internus itaque communis ſenſus ſimul cum exteris obiecta ipſis primariè, præſentia nimirum apprehendit, & alijs in ſuper muneribus fungitur. Simulacra quippe ab extimis ad interiora ſenſoria tranſvehit, & inter exteriorũ ꝓpria obiecta, cuncta cognoſcens communis velut arbiter diſcernès diiudicat, uti album àdulci; & ſuper exterioram ſenſuum actus, ſuũque reflectitur; veluti qùm quidpiam à nobis videri pernoſcimus, id q; noſſè perſentiſcimus, quæ planè brutis ſuo quoque modo conveniunt. Catelli namque ad cretæ liquatæ candorem, quaſi ad conſuetũ lac accurrunt, mox non inventa lactis experta dulcedine candorem à dulci ſecretum cõmunis ſenſorij facultate in præſentia diiudicant; ſed & inſpeculo ſe contẽplantes, allatrant primùm, deiude vivi animalis deficiẽtibus indiciis, ne curant quidem, diſ-

cernen

cernentes utique in præſentia præter propria, communiaque ſenſibilia ea etiam quibus inſunt; demque ubi experecti repente quippiam deſyderatum cõſpicantur, non ſtatim aſsiliunt, ſed poſt brevem moram, quaſi ſecurè ſe cupitum intueri pernoſcentes. Poſt hæc à communi ſenſu traditas imagines continuum organum acceptas retinet in obiectorum abſentia etiam poſt diutinum tempus excurſum à præſentium notitia percepta. *Imagitiva phantaſia.* In corporeis ſiquidem recipere facilè, ac retinere ſtabilius ad principia diverſa reducuntur. Humidum facilè recipit impreſſas formas, parùm retinet, ac citò tenui vi deletas amittit: aridum vix cedens difficulter excipit, exceptas difficilius dimittit. Quare aptè ad conſervationem ſimulacrorum, quæ eximia multitudine, ac facilitate ſenſus exteri, communis que apprehenſa tranſmittunt, diſtincti organi potentia ſubſequitur imaginativa, ſeu phantaſia dicta, quaſi theſaurus imaginum ſenſibus anterioribus traiectarum. Atqui ut prior cerebri pars humectior communi ſenſui aptior, ita poſterior ſiccior phantaſię habetur. Huius facultatis eſt poſt inditas imaginum impreſsiones eas potentia conſervare, indeque aliquando in actum reducere, veluti qùm per ſimulacra redbibita, obiecta ipſa contemplamur, quùm non adſunt, qualia in præſentia ante à cognovimus; quæ functio velut affinis memoriæ ſubſternitur. Rurſus præter obiectarum rerum ſimulacra quæ ſenſus ipſos vel delectent, vel moleſtia afficiant, experimur animantes alia quęrere, vel vitare, non quòd ita tantùm congruant, vel adverſa ſint, ſed ob aliquas alias commoditates vel detrimenta; quæ proinde ab ipſis cognoſcantur, oportet. *Aeſtimativa.*

Pulli

Pulli rapaces aves refugiunt, non quaſi colore, figura ve indecoras, ſed quaſi naturæ ſuæ inimicas; canes blandienti velut amico caudis applaudunt. Itaque ſubtiliora quędam, quàm prioribus ſenſibus apprehenſa, inde facultate prędite animantes altiori eliciunt, quas intentiones multi dicunt, nẽpe amicitiæ, inimicitię q;, convenientiæ, ac diſsidij, abundantię, atque defectus, aliorũ que ſimilium complurium. Ea facultas ęſtimativa vocatur, qua de obiecta quavis re prioribns ſenſibus percepta ſive in pręſentia, ſive in abſentia per ſimulacrum continẽter illorum ductu tranſmiſſum animantes exiſtimationem faciunt, ſit ne conveniens, ac pro in proſequenda, necne, atque ita refutãda: unde in eis excitatur animalis appetitus ſenſilem cognitionem ſequens, ut oblatam rẽ inſequantur, vel fugiant. Qua propter hęc vis non modò apprehenſiva eſt, ſed etiam excitato appetitu medio motiva. Sunt qui diſtinguant æſtimativam in animalem, quæ non eodem iugiter modo agit, non nullum electionis veſtigium prę ſe ferens; veluti qùm volucres per aera liquidum varijs curſibus ac recurſibus ſpatiantur, nunc in ſublime feruntur, nunc alis contractis deſcendunt, vel ceſſant: equi, & boves iam curſim pabula carpunt, iam ſaturi faſtidiunt: & naturalem, quę uno perpetim ſe modo gerit, uti quùm aves nidificãt, mellificãt apes mirabilẽ ſtructurã à nullo edoctæ ſtato ſemper anni tẽpore componentes. Sed profectò ſi rectè advertatur, naturalis inſtinctus in brutis, nam hominum alia ratio eſt inferius ſuo loco explicanda, ubiquè relucet. Is ab autore belluis ingenitus ęſtimatiuæ, omnique cognitioni, tum etiam appetitui miniſtrat. Hoc ſi cuncta ſimiliter concurrant, eodem bruta modo perpetuò agũtur, utique

utique libertatis exortia; ubi variantur verò, varijs modis agitantur, ac ſe habent. Sic quùm tempeſtivum tempus abeſt, nec volucres nidulantur, nec apes ſobolem educunt. In ſuper Abē ceni ſententia diremit potentiam aliam, quam inter imaginativam, & æſtimativam locans propriè phantaſiam dicit, quę imaginatas formas componat, ac dividat, uti ex aquilæ ac leonis notis effigiebus grypi forma conſingitur, ex altæ rupis ſpecie, vel nubis diverſas figuras coagmentatas depingentis monſtroſorū animalium imagines diducimus. Attamen huiuſcemodi operatio vel tantūmmodò in homine reperitur; vel ſi tenuiter belluis quoquè, pręſertim in ſomnis cōvenit, ubi eis apparere, quibus terreantur, anxij gannitus, & excitationes attonitæ, repentini que ſtrepitus indicio ſunt; ſatius eſt unam æſtimativam facultatem, quàm abſque neceſsitate plures, agnoſcere tanta vi præditam, quæ convenientiam ac diſiunctionem corporalium expendens latè uſque ad imagines etiam obiectorum extendat, imo vero & imagines, ac ſuas vocatas intentiones nectat, ac ſciungat, has que invicem quantūvis ſubtiliſsimas. Ita elephas, ut à fide dignis perhibetur ſuſpenſum proboſcide lebetem qùm ad proximam ripam attuliſset, & aqua impleſſet, ſuſpenſum contēplans perflueretne, an rimas haberet, exploravit. Vbi aquæ fluidam tenuitatem, cum rimarum tenuitate fiſſa congruere, cum ſolidate integra non congruere diiudicavit; vel ſaltem experimentum eſſe probandum, quale comprobatum effectu à magiſtro norat. Diſciplinabiles ſiquidem ſunt preſtantiores animantes, & per inſtitutionem, ut per uſum, & exercitium naturalis in eis inſtinctus mirum quantum provehitur. Demum quęcunque

*Memoratiua.* facultas æſtimatrix in ſe percepta, ſive ſimulacra obiectorum, imaginum ve, ſive à ſe ſubtiles exiſtimationes elicitas unàcum propria percipiendi operatione pernoſcit; in memoriæ repoſitorium ſuccedens expreſsis omnium veſtigijs continuatè tranſmiſsis recondit. Nec enim ſolùm quæ exiſtimamus, ſed etiam eo diutius iuterupto actu, nos antea exiſtimaſſe, velut etiam vidiſſe, aut aliter ſenſiſſe memoramur: quod & ſuo modo brutis cōpetit, qùm excitati canes amici dñi abſentis tunc, antea benefici cogniti meninerint, cuius deſyderio perciti, quò eum inveniant, cuncta luſtrant. Atqui ſimili ratione illius, quæ imaginativam à communi ſenſu diſtingui organi ſiccioris ſede inpoſteriora capitis vergēte coegit, uti ſupius deſignavimus; oportet etiā memorativā ab æſtimativa diſcerni organi aridioris loco adpoſteriora magis tendēte; tametſi utrique ſiccius temperamentum, quam duobus imaginativæ, ſenſuique communi ſit aptum. Quando quidem ampliori ſubtilitati ſiccior temperies, quàm humidior magis cōgruit; quòd amplius uda obtuſa facile fiant, & hebetudini obnoxia ſint. Huius memorativæ facultatis eſt infixas ab æſtimativa impreſsiones eas potentia conſervatas retinere, inde que aliquando rurſus in actum reducere, reparatis prioribus ſpeciebus, quales principio receptæ, atque impreſſę ſunt; quod vel per ſe quando que, vel ab æſtimativa excitata præſtat, plerumque autem commota oblato aliquo ſpecimine affini reconditis ſpeciebus, ita in actum erutis. Sed non dum ratio memoriæ completa eſt, quo uſque nos id ſic antea perceptum noviſſe recognoſcamus. Quo circa qùm prius & poſterius in tempore ſit, temporis ſpatium, at-

que

que adeo prçteriti iam tunc interceſsiſſe ſive definitum, ſive non definitum notitiæ ad memoriam conſumman dam obijciatur, opus eſt. At tempus, ſucceſsiva duratio per prius & poſterius fluens, qualis unà cum motus cõmunis ſenſilis ſuccedaneo fluxu percipitur, notitiam ſu bit proinde, quç prioris ac poſterioris convenientiam, reſpectum que mutuum deſignans inter vocatas intentiones ab æſtimativa percipiendas eliciente computatur. Quare ut memoriæ ratio conſtet, eſtimativç actum ſupponi neceſſe eſt, durationem nimirum tranſactam a licuius oblati etiam actus ſui notãs, qu ç plane deinceps amplius ſemper, amplius que tranſacta habeatur. Huiuſmodi ſpecierum integra nota ubi memorativæ facultatis organo inuritur; poteſt ex intervallo de potentia denuo in actum plenum, abſolutum que redire memoriæ inſtar inuſti reddentem. Multipliciter autem nomen memoriæ ſumitur. Solet quippe ſignificare tum ipſam memorativam facultatem, tum habitum frequentibus actibus acquiſitum, quo facilius aliquid memoramur, tum actum, quo potiſsime ratio memoriç conſumatur. Sane quçdam ab æſtimativa vel vix, vel ita leviter memorative potentiç inſperguntur, ut vel omnino, vel magna ex parte ſpecimine deleto, non redeat nota qualis antea percepta plene reparata, ſed quãdo q; caſſa præcedentis cognitionis recognitç inſigniis, unde præcipui actus memorativi conſummatio deſit; habeatur tamen veluti oblata de novo ſpecies, circa quam valeat æſtimativa operari, qualis ab imaginativa ſimulacrorum tantùm rudiorum offertur, quæ cũ elicitis inde notionibus æſtimatitrix, cumque proprij actus notis mandare memoriæ receptaculo conſuevit.

Verùm recognitio illa exactæ memoriȩ nil aliud eſt quàm perceptio memorativæ facultatis, qua ſecundum eam animal ſe ſimiliter, atque prius ſpecie quavis affici perſentit. Hinc fit, ut qùm quidpiã nobis in notitiam venit, cuius dein expreſſè nó meminerimus, hoc eſt obliti ſimus, habere tamen rurſus cognitionem exactam cupiamus: alijs oblatis nõ acquieſcamus, quoad ſimilima nota recurrat, qua itidem atque prius nos affici percipiamus; cuius parilis congruentiȩ defectu, diuerſa omnia uti diſparia refutari merebantur. At verò quatuor interiorum ſenſuũ organa variè à multis aſsignantur intrà capita perfectorum animalium, quibus inſtrumentis animalcula imperfecta quidpiam proportione reſpondens ſortiantur. Alij ordine ſuccedere per cerebri ſubſtantiam imaginantur: quibus obſtat, quòd cerebrum ipſum in ſaucijs minimè ſentire comperitur. Alij cellulas quaſdam, quaſi ventriculos conſerunt; quibus adverſatur, quòd ventriculi in avibus animali omni facultate prȩditis vel omninò, vel propemodum defore inveniũtur, & in cȩteris inventi nil aliud eſſe apparent, quàm conceptacula ſuperfluorum cerebri humorum, quaſi q; cola, quibus elicati ad inferiora expurgandi deſcendũt. Non deſunt qui talibus, atque alijs permoti vim ſentiendi menyngibus aſcribant, quæ duplici tunica cerebrum, iudeque ortos nervos conveſtiunt, & in ſauciatis vel ſectæ vel attrectatȩ ſenſu eximio cũ doloris cruciatu præditȩ comprobantur: quæ fortè ſententia, niſi quid aliud repugnet in his adeo abſtruſis naturȩ ſecretis, conſentanea magis, accipienda que videtur. Sed & ipſa cerebri cum menyngibus conformatio interiorum ſenſuum exploratis functionibus apprimè congruit. Nam *Organa.*

prȩter

prętcr diſcrimen partium dextrarum à ſiniſtris, quę in hoc pręſertim à natura tributæ ſunt, cùm ut animales actiones non hinc inde differentes, ſed pariles licet, forent tamen ita præſtantiores, tum ut ſi quo caſu altero membro velut oculo relinquerentur orbatę; altero pari ad animalis conſervationem ſuſtinerentur: diſcretio anteriorum à poſterioribus in capite præſertim ubi cerebrum à cerebello poſtico diſcernitur duplici me nynge ſuperne ſe ſe inſinuante lata que conduplicatione cingente; expoſitis omnibus abundè ſufficit. Cerebrum quippe cerebello tenerius cum ipſo ſubſtantiā ner vis ortis ſuggerens, ſpiritus quoque ſenſi ficos quaqua verſum uſque ad membranas diffundens, quibus ſentiendi vis perficiatur; duplicem menyngem aptè inſtar tympani tendit, facilè, celerrimè que ſenſiles impreſsio nes uſque ad extremum ab extremo excepturam. Dein de menynx inferior cerębro, ac cerebello proprior humiditate ſub eunte uda magis evadit, quàm ſuperior; utraq; verò qua cerebellum durius aridius que ambit, ſic cior eſt, quàm qua cerebrum tenerius, humidius que cō plectitur: quamquam partes poſteriorem & anteriorem interſe continuas diſtinctione tantum intercedente habent; & utrobique inferior ac ſuperior in orbē contiguę vel etiam filis hinc inde meantibus continentes ſunt. Se cundum hęc menyngis inferioris anticus globus ſenſuum exteriorum organa in confinio excipiens ſenſui cō muni exe endo accommodatus eſt, poſticus imaginativę facultati continendæ: ſuperioris vero membranę po ſterior ambitus memorativę colligendæ, anterior ęſtimatrici iuxta cuncta, quę ſuperius explicata manent, in omnem partem exercendę protinus, ut & ex imagina-

tiva contigua imagines eruat, & continuę memoratię ſuarum exiſtimationum veſtigia tradat, ac reſtituta inde reſumat, circa quæ denuo negotians operetur, & ſenſui communi abſque alio medio continenter attigua, ex ipſo præſentium obiectorum ê veſtigio in ſe traducta ſubtiliter expendat, veluti quę principatum inter has ce potentias adiſpicitur. Experimenta porrò eorum quibus interna organa cum ſuis facultatib⁹ vel ictu, vel morbo læſa ſunt, vel prava conſtitutione non ſervãte rectam idpluribus obſervatam naturæ diſpoſitionem, ab his non diſcrepant, & ſi ea iuxta Hippocratem in præcipiti poſita non rarò fallacia ſunt. Oportet ſi quidem rectam exactam que naturæ diſpoſitionem adeſſe, ut functiones integrè gerantur. Facultatum non plenum uſũ habent infantes pullique, ac nimium ſenes, quòd illi nõ dum perfectam naturæ conſtitutionem nacti ſint, hi iã â perfectione declinãtem. Inſani quales etiam ſuomodo non nullas belluas experimur, à commuui plurium ſanorum pſenſione aberrant, vel ob ſtructuram depravatam, vel ob humorem vitioſum dominantem, ob quem & ebrij, quandiu ebrietas durat, inter inſanos cẽſentur, dormientes verò vapore conveniente ad naturæ fatigatæ reparationem in ſuperiora evecto ſomni tempore ab obiectorum pręſentium cognitione feriati ſunt, de quorum propria ratione ſuo loco diſſeretur. Vlterius adulti ſani vigilantes quo exactiorem naturæ diſpoſitionem ſortiuntur, eo potentiarum, ceu ſenſuum functionem abſolutiorem adepti monſtrantur. Inde ob æſtimativæ variam temperiem quidam amplius ingenioſi, alij magis iudicio pręditi habentur, quaſi in illis nimia mobilitas naturæ organicæ ingenita re quavis propoſita, plu-

*Prin. aphor.*

*Ingeniũ.*

ra

ra elicere, invenire que prompta ſit; in his ſtabilitas ſe datior apta magis ſit ad iudicandum, nempe rectè deter minandum quid ex inventis potius ſit, quòd nimia cele ritas in re nulla expendēda, morari patiatnr. Atque hu iuſmodi affectuum in bruta quoque ſuo modo veſtigia cadunt, qùm philomelas, ſimias que in genioſas, elephā tes iudicio magis vigere in ſpeciem deprehēdamus. Sed re vera conſummata tēperatura utrumque munus præ ſtantius implet, maturè quod ſatis ſit, ſeruens, nec ad a lia vix ſumpto cuiusq; initio migrans, ac demum inter bene percepta iudicium eminentiæ ferens, quæ ſanè vel pręcipua eſt intentionum vocatarum, quas elicere con ceſſum æſtimatrici eſt. Vtitur autē organis ſenſuū in ho mine rationabilis facultas, & quāto abſolutiorū miniſte rio nititur, tāto pfectius ſuas actiōes obit: ſed & vicisſim ipſa æſtimatrici, ac memorativæ præſtat, ut excellētiorē gradū quā in brutis attingāt. Luce quipperationis afful gente illuſtrata ęſtimatrix nō ſolū inſtinctu naturali ut in cęteris animātibus, ſed & per quandā contractiorem collationem ſubtilitates altiores ex oblatis ſpeciebus eli ciens colligens que deprehendit, unde pecalariter cogi tativa nūcupatur. Simili radio evectamemorativa facul tas nō tantū ſubitā pręteritorū recognitionem ſortitur, ſed & belluis non congruentē inquiſitionē collativā cu iuſcūque, quod cū alio colligationem habtns cū eo pa riter pręcognitum fuerat, ſed illo in memoriam veni niente, non pariter ad venit, imo in oblivione tunc man ſit; quod cum demum in memorię actum redit, eius non modò uti prius cogniti, verùm & inquiſiti re cognitionem promit, id eſſe recognoſcens, quod an tea quæſitum uti præcognitum non occureat.

Atque

*Iudiciū.*

*Cogitati va.*

*Reminiſcentia.*

Atque hoc quſitoriæ collationis, & recognition is altiorigadu memoria reminiſcentiæ, recordationis ve nomen aſsumit, velut a reductione memorię refugientis. Dicitur autem reminiſcentia tum facultas ipſa, tum actus conſummatus, cuius ratio ut plenè conſtet, exemplo res manifeſtior erit. Vidi Romę ante quadrienniũ curſorem quendam notum, cuius nunc memini, ſed quantum temporis exactum ſit, ex quo eum conſpexi, non memini, ſicuti temporis acti memoriam, non loci expreſſè, non etiam peculiaris nominis occurrentem habere potuiſſem. Dein memorativam facultatem laceſſens inquiro quod velut oblitum non ſuccurerrat retractans, & alia atque alia verſans, ac memoratrice vi expẽdens, numquid eorum quæ conferens ad generales manẽtes que prenotiones examino; cõparatione quadrare, nec ne deprehendatur. Denique ubi quæſitum in memoriam reducitur, ita ut memoratrice potentia recognitio exeratur, qua id non modò antea cognitum fuiſſe, ſed inſuper eſſe quod prius quęſitum velut antea notũ, memorię non ſuccurrerat, recognoſcatur: tũc reminiſcentiæ actus conſummatus abſolvitur. At ea recognitio memoratricis facultatis perceptio eſt, qua homo iuxta eam perſentit ſe paliter ex integro affici reducta in actũ ſpecie, atq; antea qùm primùm rei ſenſę notitiam perceperat; imperfectioris reſpectu, quam ubi poſt modum rei meminit, pręcepit anteriore notitia dimnutio rem; quatenus proinde ipſam inſtaurari quęſivit. Ad eam autem inſtaurationem eſt opus, ut non prorſus deleta ſpecies ſit, quamvis obſoleta non ſe facile offerat, velut in ijs, quibus etiam habitus memorię deſuetudine, alio ve impedimento aut exoleſcit propemodum, aut retar-

retardatur: imo ſpeciei veſtigium in potentia memoriæ maneat, quò rurſus in actum redire queat ad reſtaurationem peragendam. Aliòqui ſi penitus ſpecies emigraſſet; unde, quaque nota intermiſſę cognitionis reparatę recognitio coſtare valeret? Non eſt verò neceſſarium ad reminiſcentię rationem, ut quod quęrimus, per inquiſitionem in memoriam reſtituatur; ſed ut non perpetuò à memoria exulans, quod non raro cõtingit aliquando vel nobis iã non inquirentibus ita in memoriam redeat, ut recognoſcatur id eſſe pręnotum quod quaſi oblitũ memoriæ non ſuccurrẽs requiſitum fuerat Nã & ita omninò nos reminiſci dicimur. Quę vero licet non actu iugiter memoriæ obverſentur, quum volumus tamen mox in memoriam revocamus veluti firmiter, tanquam per vigẽtem habitum infixa, memorari ſolum modò, non reminiſci dicimur: ut & quæ non obvia quidem, verùm nec oblita ex ordinis ſucceſſu, ſicuti cũ qũm mandata memoriæ recitamus, ſeſe offerunt Prædictis omnibus conſyderatis ſunt qui cenſeant virtutem reminiſcendi non eſſe ipſam memoriam etiam nobiliorem in homine, quàm cæteris animantibus, ſed vel munus eſſe commune memoratricis facultatis ſubſervientis, & cogitativæ diſcurrentis ex uno in aliud ad inveſtigationẽ quſitię memoriæ non occurrentis, ut in eam actu recurrat: vel cogitatricis potius eſſe, cuius potiſsima vis etiam ad memoriam extendatur. At procul dubio ſatis ex expoſitis liquet reminiſcendi officium proprium eſſe in hominibus memoratricis poteſtatis no quidem prout nobis, beluis quecommunem rationem habet, ſed prout in rationis conſortibus ſublimiorem pręterea gradum inde nacta eſt. Nam illa in inquiſitione diuer-

*Ariſt. me, & reminiſ. c. 2.*

ſorum collatio, & ſpecialis uti loci, nominis, temporis, ſub generaliori notione comparatio ad rationis non nullam participationē attinet, nec non & in venta in cel ſiorem actum cōſummante recognitione pręnoti quęſiti que velut effugientis, in notitiam reſtituti; quæ planè recognitio ut cōmunior propria memoratricis facultatis eſt, ita ſublimior, ſub *til*ior que huius altioris, quę ſanè reminiſcentia vocatur. Verùm ille diſcurſus, qui ſępe ad inveſtigandum quęſitū adhibetur, ſine quo tamē aliquando reminiſcentia conſtat, ad cogitativam potius miniſtrantem pertinet; quæ huiuſmodi ordinata particularium collectione operam egregiam navans plerum que ad perveſtigandum quæſitum recordatrici potentię ita excitatę adminiculo eſt. Ex memorię quippe receptaculo cogitatrix, velut ex cogitatorū repoſitorio varia eruēs circa quę operetur, ordinē tēporis, actorū, rerū que ſeriē digerit, ſimul exiſtētia, poſtea, & antea, offert, ſimilia, diſſimulia cōiuncta, cōtraria, vicina, diſtantia, habitudine ve alia colligata recogitat: quę reminiſcētiat ſive recordatrix memoria è veſtigio excipiens ex recognitionis, tanquam functionis propriæ menſura confert, quę dum non adſit, cuncta uti diſcrepantia reijciat, qùm primùm verò adſit, in exacta congruitate recognita quieſcat. Non ſemper autem ita recordatrix cietur ad venandum quæſiti expreſsionem, imo eomodo in avia interdum ab ducitur; nec rarò quęſitum irrevocabile ſibi experitur; nonnunquam dum non quærit, alio fortuito commota retegit. Mira hęc, niſi ea non tam corporales facultates, quàm per ipſas motas rationabilis anima

Ratio ma præſtaret. Hęc etiam in inſanis, infantibus que mirificè ſuam efficaciā exerit, ut excogitatatorum ab ijs cōpara

para

paratione rudia ſint,quę vel præſtantiſsimæ beluæ comminiſcũtur. Hæc, intellectiva potẽtia vim corporalium omnium ſenſuum complectens & excuperans, quæ ipſorum ſubſeruiente prius miniſterio apud ſe intelligit, actu tranſeunte conſervat notis in eadem facultate repo ſitis,ad memorandum rurſus aut recordandum;nec diſtinctis ad id potentijs eget,ut ſtructura organis corporeis conſtans.Intelligentiam proprius comitatur appeti tus intellectualis,qui voluntas appellatur.His perluſtra tis,quæ brevioribus pro tractationis neceſsitate ſtringere nequivimus,in potentiarum interiorum notitia contingere deceptionem poſſe plerique conſentiunt, ſenſus vero exteros propriorum ſenſibilium, uti viſum illuſtrati coloris, perpetim eſſe veros, aut rarò admodum falſitatem ſuſcipere.Non enim falſus eſt, inquiunt ſenſus,ceu viſus,ſi purpureum obijci renunciarit,ſed ſi hoc, aut illud purpureum eſſe;veluti cùm ad lucis reflexioñe in palumborum collis purpureum colorem percipit,nõ tamen collum ipſum purpureum eſt;quaſi perſeverante colore;quin potius is color tanquam in iride coniectu quo piam lucis, ac viſus reſultat. Attamen id prorſus non ſatisfacit. Similiter quippe dicere queas cuicunque cognoſcitivę potentiæ id quod percipiat apparere, velut etiam viſui remum in aqua fractum, neque in hoc errorem accidere, ſed ſi tale quidpiam eſſe nuntiaverit, uti remum confractum eſſe. Quapropter de exploranda deceptione altius aliquid repetendum eſt.

*Ariſt.3. anim.c.3.*

### *3.C. Certa notitia ſenſilis qualis ſit, tum etiam intellectus.*

SAnè Platonis celebrata multis circumfertur opinio, velut à Pythagorę metempſychoſi derivata, qua exiſtimavit rationabili mēti fuiſſe in ſua origine inditas rerum omnium intelligibilium ſpecies, à quarum uſu craſsitudini humani corporis immerſa præpediretur: qùm tamen aliqua ex parte ſe expediens quidpiam intellectu perciperet, eam potius reminiſci, quam de novo addiſcere. Sed præter alia ſuis relicta locis hæc poſitio communi omnium experientiæ nequaquam conſentanea comprobatur. Qui enim fieri poſſet, ut mentem noſtrā tanta eorum quę naturaliter nouiſſet, oblivio caperet, ut nullius prorſus apertè reminiſceremur? qùm nō modò eorum quę dudum, ſed etiam quæ infantes vix à brutis diſcreti novimus, expreſſe poſt lōgiſsimum tempus memores ſimus? Abſonum igitur eſt cenſere aliam naturaliter menti eſſe intra humanum corpus notitiam, atque illam quę ſenſibus miniſtrantibus ab exteris uſque ſumpto exordio, uti cognitionis ianuis per ſimulacra illac traducta intellectus vi elicitur. Confirmat hoc non leviter indiciū ab exteris ſenſibus ſūptū. Cui nāq; deeſt abortu ſenſ' quiſpiā exterior, nullā proprij ſenſibilis explicatā notitiā inducere in mētē valet, veluti ſoni ſurdus, colorū cęcus. Vniverſa itaq; notitia in intellectū à forib' ſēſuū ꝓficiſcitur ꝑ medios interiores, ſicut & in hos ſua notitia, velut & in brutis quoque advenit, quæ tamen mentis expertia eſſe operationes ab intelligentiæ faſtigio in imum deiectę ſatis oſtendunt. Iam præſentium notitia ex trarijs ſenſibus cum communi obiectorum, nam cęteri ſenſus, ac vires cognoſcitivę abſentia quoque percipiunt; fieri nequit, quin vera ſit, prout præſentiæ ratio ſupe-

*ſu. c. 2. in pr.*

*ſup. c. 2.*

*ſup. c. 1.*

ſuperius expoſita exigit. At fieri poteſt, ut præſentia eſſe appareant, quæ præſentia non ſunt, ſicut hydrophobis canes: & quantūvis fieri non poſsit, ut viribus cognoſci tivis utens, non ſe uti eis percipiat, ijs tamen ſe uti ducere valet, quibus tamen haud utatur; velut auribus ad exci piendum ſonum apparentem, qui ut interdum evenit, nullus eſt, & in ſomnis viſu & alijs ſenſibus qui tunc pror ſus quieſcunt. Vnde igitur certæ notitiæ cardo ſumendus eſt? Age, ſi placet, negotium à notitiæ primordijs in cipiamus, ut latè luſtrata via id quod quærimus, aptius per veſtigemus. Infantes qùm primùm videre aſtantia occipiunt; ut omittamus alimēti primò appetiti ad ſumptum ſuccum reparandum, veluti conuenientis delectabilem preceptionem haud multo abſimilem ei, quæ ſine ſenſu plantis in eſt; & in viſu ſenſuum exterorum præſtantiſsimo rem melius ſcrutemur, non ſtatim oculis oblata certa eſſe deprehendunt. Verùm ubi ea, veluti matrem, cunas, tectum, & cætera deinceps eodem ſe habere modo apparere iterum, atque iterum perſpexerūt, memorijs preteritarū perceptionum cum preſenti prorſum congruentibus, ex repetitæ cognitionis conſtantia eadem firmiter eſſe certa certi vi eſtimatrice convenientiam attendente agnoſcunt. Id quod ſuo quoque modo in bruta competit, quod ſemel monuiſſe ſatis ſit Affert itaque in huiuſmodi agnitione memoria eximium adminiculum, egregium præſens aſpectus notitia, conſummationem eſtimativa facultas. Ac iure certitudinem à deceptione liberam ita eſſe accipiendam ratio in iudicijs etiam plurium teſtificantium atteſtatione valens oſtendit. Nam ut eodem ſe perpetim gerentia modo, aſsimili cognitione percipiuntur, niſi quod impedimen-

mentum veluti morbi aliquando intercedat; ita con ſimilis iugiter notitię apprehenſio ex perſeverante rei eodem ſemper ſe modo habentis conſtantia proficiſcitur. Hinc meritò certitudo colligitur, quę nil aliud eſſe accipitur, quam obiectæ rei, & cognitionis illam ſe habere ſicuti eſt, percipientis non aſsimulata fallacię vacillans, ſed firma congruentia. Quòd ſi aliquoties quędam apparent eodem ſe modo gerere, quæ tamen certa nō ſunt qùm id raro, non plerumque contingat, minimè officit regulę obſervata ex aſsiduitate collectæ. Huiuſmodi principijs progreſsi quo ad adulti ſint, non modo certã notitiam identidem ſe ſimiliter offerentium exerunt, ſed & aliorum primo occurſu oblatorum, quatenus affinia, ſimilia ve ſunt alijs certa iam cognitione perceptis quæ vim ſuam uſque ad reliqua tendit. Sic iter agentibus pręruptę vales occurrentes collatione minorum, ſicut mare flumium prænotorum, mox certam deſe notitiem præbent. Sed ſi penitus inuſitata veluti monſtri ſpecies obijciatur, ſubſiſtunt hæſitantes, num certa ſit, quoad ſenſim exploratis indicijs pręnotis certum de ipſa iudicium ferant. Qum verò exactus rationis uſus adeſt, culmen perfectionis notitię omni, certitudinique imponirur. Licet & hoc perſpicuè animadvertere, quùm repente, metuendo inſomnio experrectì, non dũ pleno liberę vigilię uſu recuperato, ambigunt, ſit ne certũ ſpectrum, an cubile tutum, quouſque paulatim & illud vanum ex inconſtantia, & hoc eſſe certum ex permanentia pręcognita tunc etiam conſtante agnoſcant, quo ſecurè gaudeant. Ad hunc modum certa notitia ſive propriorum ſenſibilium, ſive amplius præſentium obiectorum habetur, nec non & cognitionis aſsimili *ſu.c.2.fi. c.3.pr.*

vi &

vi & impreſsione repetit v, quatenus & ipſa inter cognita computatur. In hac autem explorata notitiei certæ perceptione memoria præteritorum, & præſentis obiecti ab extrarijs uſque ſenſibus apprehenſi notitia ſibi mutuò ex parili congruitate aſtipulantur: & ut illa hãc ſicut explicuimus, certam reddit, ita viciſsim hæc illam, ſicuti teſtes qui ſingulares in validiores cenſentur, atteſtãtes inter ſe certi amplius exiſtimãtur, ut quæ mœnia, quæ ſe iuncta infirmiora forent, inter ſe connexa invicem ſtabilimento ſunt. Qum enim præteritæ cognitionis nota inuſta memorativæ potentiæ in actum reducitur ſive memoriæ, ſive reminiſcentiæ ex præſentis notitiæ ſimilima nota impreſſa, hæc excitans illam per omnia reſpondentem certos nos facit tam rata congruentia obiectam eam notitiam præterito in tempore nobis perceptam fuiſſe. Etali rurſus apprehenſa in præſenti momento menſura recentis notitiæ, ac præteritę reſpondentis, qualis ſentienti vel ex ſe vel ex aliquo ſui ita ut antea noto aſsiduè offertur, atque adeſt: via parata eſt, ut inde vi derivata commenſuratione aſsimili aliorum quoque notitiam præceſsiſſe parili à quo vis in actum tunc excita, certò recognoſcamus. Huiuſce reſolutionis energia deſtituti, ſomniantes videmur nobis inter oblatas omnigenas ſimilitudines eorum quæ vigilantibus foris, intus que obverſantur; memorare nonnulla, quæ nunquam nobis in notitiam veniſſe, certò excitati deprehendimus. Vlterius ut memoriæ actus conſtet, præteriti temporis ſeu tranſactæ duratonis agnitio concurrat, nec eſſe eſt, quæ planè ſine inſtantis præſentis perceptione non contingit,

ſu. c. 2.

qùm

qũm id præteritum reſpectu preſentis inſtantis ſceſſerat protinus, ſive per mediũ alius, quod poſterius fluens anteceſsit momentum præſens; ſicuti obſolutè præteritum reſpectu ſuccedentis habetur. At preſens momentum tanquam tranſcurſæ durationis terminus cum motus, comunis ſenſilis, propriorum ſenſilium apprehenſionem comitante notitia percipitur æſtimatrice vi, ac dein memorativa, inde nota trallata Quando quidem ijs notis meminiſſe ſolemus nobis aliquoties etiam ſtatis temporis articulis aliqua in memoriam veniſſe. Inſtans porrò quod præſens dicitur, diſtinguens præteritũ exactum, & futurum ſuccedens tãquam abſentia, cum offeratur notitiæ prout extat, dum que quid libet eſt, nequeat non eſſe; patet ita obijci cognitioni, ut nequeat nõ ſimul eſſe; quo modo dum non conſiſtat, haud quaquã obijciatur. Atque ita in præſentia oblatum ad notitiam dictã intiutivã ſpectat. Expoſitũ eſt autẽ experimiẽto ꝑpetuo cõprobãte ſenſus exteros cũ cõmuni res in preſentia percipere, cæteros in preſentia obiectorũ, atque abſentia; itidem que intellectum, Præterea ut oſtenſum eſt per nullam rem ſive ſpeciem, ſive potentiam, actum ve ipſius, eadem ratione, modo que obiectũ quod vis omnino repræſentari quit, dum adſit, eſſe præſens, non preſens, dum abſit. Quare per cæteras facultates cognoſcitivas ſolas non poteſt haberi obiecti cuius que præſentis notitia, niſi adſit exterorum ſenſuum, communis que nunquam diſſociati perceptio, qua obiecta in præſentia tantum apprehenduntur; cuius præſenti vi reliquarum potentiarum communis ad abſentia præſentia que amplitudo ad præſentia expreſſè apprehendenda contrahatur, Id circo præſentis momenti ut omnium præſentium

ſu.c.1.fi.
ſu.c.1.
ſu.c.2.
ſu.c.1.fi.

tium cognitio ſine adminiculo exteri alicuius ſenſus, communis que virtuti ęſtimatrici,ac memorati væ non imprimitur quo nimirū deficiēte iuxta pręmiſſa memo rię,ſubindeque reminiſcentię actus non conſtat potiſsi mus,de quo ſanè agimus. Ea propter in ſomnis dum ex teri ſenſus ſopiti manent,memoriæ actus abſolutus exacta præteritę notitiæ recognitione conſtans non habetur. Memoratricis tamen facultatis non nullę operæ inferiores inter ſomnia æſtimativæ miniſtrant. Recipit quippe uti repoſitoriū æſtimatricis notas ab ea impreſſas eorum quæ illa variè comminiſcitur,unde fit,ut poſtea excitati certò ipſorum meminerimus:ſed & uti theſaurus prius reconditorū in inſomnijs æſtrimatrici materiam ſub miniſtrat,circa quàm mira confingens operetur. Quanquam autem æſtimatricis actio,ut & quævis res duratione ſucceſsiva fluens , vel inter inſomnia non niſi momento inſtanti iugiter ſubſtat,partibus præ teritis iam elapſis,venturis nondum extantibus; nihilo ſecius momenti pręſentis cognitioper demonſtrata,æſtimatiuæ non adeſt,ſicuti neque aliorum,quę qùm nō ſint,quaſi conſiſtentia obiecta fingit,ut & mox ſucceſſura providet,que nuſquam tamen locum habeant. In vigilia verò ut per inſtans præſens cognitum, pręteritum quoque notum ad pręſentiæ noſtrę notitiam attingit, ita futuri ab eo momento ſubſecuturi cognitio pręſumpta noſtram ad præſentiā quodammodo pertinet quatenus cum præſenti momento coniungitur; de cætero non noſtræ ſoli ſed alienę,ac maximè autoris poteſtati ſubiacēs,ac proinde à certa noſtra notitia ſecedēs, quod pręterito nō cōvenit,iam nō fuiſſe nequeūti, ac ſubinde ad preſenté notitiam aptiori. Declaratum itaque reſtat,

quo pacto cum præſentis notitia certitudo etiam de ab ſentibus acquiratur, nec ſine ipſa ſenſibus exteris communi que ſubſervientibus percepta memoriæ actus con ſummati evadant, quorum collatione cum prẹſentibus expenſa certa proculdubio notitia reſultat ex apprehen ſa obiectorum conſtantia ſive perfectius ſive imperfectius, prout horum veſtigia inbruta quoque competunt. At ſine huiuſcemodi collata congruentia, eius ve prẹſenti vi, quo ad in alia ſe porrigat, periculum eſt deceptionis non rarò ita contingentis. Exacta ergo non adeſt notitiæ certitudo à deceptionis prorſus diſcrimine libera ſine prẹſentis alicuius cognitione ſuppoſita cõmuni ſimul ſenſu, & aliquo ſaltem exteriorum percepta. Hinc patet, cur ligatis exteris ſenſib⁹, & communi, ut inſomno accidit, certitudo notitię pariter alijs cognoſcitivis facultatibus deſit. Patet rurſus ijs in recta diſpoſitione cõſtitutis, nempe memoratiuæ, ac æſtimatrici collocatæ incorporalium facultatum faſtigio certam notitiam adeſſe poſse, reſoluto communis ſenſus, & vna exteriorum ligamine, quale inſomno eſt; ita ut aliquo ſaltem externo pariterque commiuni præſens aliquod ſen ſile apprehẽſum ſit, cuius notitia in interiores tranſmittatur; quanvis exteri alij à ſentiendi uſu interquieſcant, quem tamen exercere queant, niſi qua ceu morbi læſione præpediantur. Atqui licet in vigilia nil intueamur, audiamus ve, nec vllum odorem, guſtum ue percipiam⁹, tactu perſentiſcimus ut minimum noſtrę molis põdus ei quo nitimur, impreſſum; cuius præſentis ita ut antea pluries percepti memoria recogniti, ęſtimatrice vi explorata certitudo ad aliorũ aliquo modo affinium, ſimilium ve venandam certam notitiem exemplo adiumento

ſu.c.co.3. ad pr.&c

mento que ſit. Primum itaque certæ cognitionis fundamentum exteri communis que ſimul ſenſus perceptio præbet, memoria ſtructuram cullatione ſtabilit, ęſtimatrix conſummans culmen imponit, ita ut ſine mutua cũctorũ recta opera certitudo non ꝓveniat; ꝙ fiet ſive taliũ facultatum operationes ſubtrahantur, ſive vitio aliquo deprauatę integram debitam que functionem non exequantur; vt pręter morbos, in cõfinio ſomni vigiliæ que haud ex omni parte liberæ, ac expeditæ contingit, Accipitur autem ſomnus eſſe vinculum primi ſenſorij naturale ab autore inſtitutum ad operantium virium animaliũ fatigatarũ inſtaurationẽ quietẽ per agendã; ꝓveniẽs a'imenti vapore in ſupera eiaculato, quum eo decidente ruiſus, ac ſenſim cõcreſcente ad conſinia cerebri, nervorũ que inde oriẽtiũ ſpiritus ſenſifici, ac motui præministrẽtes obſtructione ſuſpẽduntur; quib⁹ interclusis destituti motorij nervi à cerebello præſertim, eius que proceſſũ, ſpinali medulla egreſsi, lationẽ non exerũt; ſenſorij vero exteri perſenſionẽ nõ exercẽt, neq; cõmune ſen-

*ſu.c.2. de ſen. com.* ſoriũ ꝓinde primũ interiorũ, vtpote abexteris interceptavia, ſecũdũ pri⁹ tradita. Huiuſcemodi ligamentũ pro vaporũ varia tẽperie variè ſe gerit. Nã quãdoque tã denſa ipſorũ nebula diffunditur, ut internis quoq; ſenſorijs cũctis ligatis nullæ phãtaſmatũ imagines appareãt, quãdoque tenuior ſinit ſimulacra emicãtia ęſtimatrici facultati offerri, circa quæ operans diverſa cõminiſcatur, cuncta inſõnia dicta, quæ memorativa nonnunquã liberior impreſſa excipiat, nonnũquã inũbrata magis haud percipiat, unde poſtea expergefacti nequaquã ipſorũ meminiſſe valeam⁹. Sed interea ęſtimatricis cognitio, iudiciũ q; certitudinẽ nõ aſſequitur iuxta dudũ oſtenſa; verũ

 caſu

caſu quæ vera ſint, verſat. Vigilia verò fit, quûm abſũptis, attenuatis ve vaporibus, aut vi aliqua excecitante diſcuſsis animales ſpiritus motorij ac ſenſifici recurrũt, quibus motricia ſenſoria que organa vegetentur, & illa latoriam functionem exercere queant, hæc ſenſoriam actu, ſaltem aliquo ſenſu extero cum interno pariter neceſſario exerceant. Manet autem in multis plus, minus ve in confinio ſomni & vigiliæ nonnihil dilirij aut ebrietatis ſimile ob humoris rebellis difficilem diſcuſsionẽ: ſed ad certitudinem cognitionis percipiendam neceſſaria eſt iuxta ſuperius demonſtrata, exacta ſana que vigilia, quæ ſenſuum cõcurrentium exercitium integrum exhibeat, qualis non ſemiſopitis, nec dum adultis, inſanis omnigenis conceditur, inter quos parumper ebrij ſunt, dum temetum, ſimilem ve vim habens digeritur. In hiſce omnibus progreſsivus motus cum vigilia exeriquit, aut auctu exercetur, ſenſuũ tamen functio imperfecta eſt aut exteriorũ, aut interiorum, aut ſimul omniũ. Ac ſemiſomnes pro affectionis huiuſmodi diverſitate tenuiter nonnullos ſonos excipiunt, lumen ſuſpiciunt motus quoſdam ciunt, lingua verba volvunt, & nonnũquam ad interrogata reſpondent; dein expergiſcuntur, plenè, aut vapore vincente prorſus conſopiuntur. Nonnulli lecto ſurgunt, & curſu prolixo gradiuntur, & multa vel temerè agunt, vel qualia prius vigilãtes deſtinarant, haud multo ſecus, ac delirantes & inſani ſe gerere ſolent: quòd illorum non ſyncerus humor, horum humori affinis cũ ſomni vapore miſtus ſimilis inſaniæ ſpeciẽ prębeat, qualis lucida ſortientes intervalla conſuevit adoriri. Inſanorum quippe alij perpetua væſania laborant; alij recurrentes periodos ſuſtinent, ac di-

verſe agitãtur, prout mali moles in hanc, illam ve partẽ incubuerit. Phreneticis præſertim æſtimatiuæ organũ malè affectum apparet, memoriæ lethargicis, ut arrepti tios extera ſpiritali violentia percitos nunc omittamus. Differt ab his, ſomnoq; animi deliquium, extans ſenſuum deffectus haud abſimilis eius, quem ſufferunt, quibus iugulares arteriæ carotides apprehenſæ aſtringuntur, quarum meatibus à corde ad cerebrũ pulſatiles ſpiritus lati ad animalium ſpirituum continuam productionem, ſi intercipiantur, ſenſificis ſubinde ſpiritibus ſublatis, ſenſuum pariter functiones eripiuntur. Iam

Su.co.c. qum uti principio deduximus, intra humanum corpus menti naturaliter non alia notitia conveniat, atque illa, quæ ſenſibus primoribus, interniſque miniſtris per ſimulacra illac pervadẽtia intellectus vi eruitur: vt hęc certa ſit, ſenſilem ſuppoſitam notitiam certã eſſe oportet; incerto quippe fultam incertam evadere potius conſentaneum eſt. Itaque ut certitudo intellectualis cognitionis nobis eſſe queat, talem ſenſuum vigiliam eſſe præſtitutam opus eſt, quam uno verbo expeditam dicere liceat, qualis exſomnibus non impuberibus, nec inſanis adeſt, ne deliquio quidem, ſimili ve nexu ſopitis, ſed adulta ętate perfecta functione ſenſili exactè vigilãtibus, ſub qua iuxta expoſita ſenſilis notitiæ certitudo provenire valeat. Non adultis enim imperfecta naturæ conſtitutio, vt nimium ſenibus diſſolutio delirio affinis facultatum ſenſilium haud exactum uſum exhibet. Præcipuum autem intellectus inſtrumentum æſtimatiuæ organum eſt potiſſimæ ſenſilium potentiarum, cui memorativa cum imaginativa miniſtrat, communiſque ſenſus cum extrarijs. Itaque ſi æſtimatrici certa notitia

expeditæ vigiliæ nõ ſubſit,intellectus vel nõ intelligit, ubi nulla præceſsit,vel incertę innixus nõ certã cognitionẽ aſſequitur:ſed velut inter inſõnia, diminutas quaſdã ratiocinationes cõſerit, reminiſcẽtias,ꝓvidentias, recognitiones exiguas,ꝓmit,quę nõ certę notitię neceſsitate ſed fortuitò verę ſint;ꝙ maximè cõtingit,qùm exvigilię certa ĩtellectione memorię,impreſſę mẽſere,undepoſtea ĩter ſopo rẽ ruiſus in actũ eruãtur. Sic per ligamentum ſenſus impeditur intellectus iudiciũ,ſive certa cognitio iudicij nomine ſumpta. An verò intellectus ubi ductu certæ notitię ſenſilis certã intelligentiã elicuerit,inde aliã talem deducere valeat,haud ſenſili certa cognitione pręſenti nixam,ſubtilius diſquirendum reſtat, vi eorũ quę ſunt hucuſq; indicata, rurſum amplius expenſa.

## 4. C. *Certa intelligentia homini non adeſt ſine certa ſenſili notitia.*

ATqui ſimiliter,ut certã intelligentiã reſultare pareſt è conſtãtia obiectorũ apprehẽſa collatione habita per memoriã etiã intellectualẽ prænotorũ cũ præſentibus:ita ꝓpter eiuſcemodi collatã cõgruitatẽ,eiusve pręſentẽ vim,quo uſq;ad alia tendatur;diſcrimẽ eſt deceptionis in ſeorſim ſemelq; intellectis non ratò evenĩetis. Ad memoriæ itẽ intellectualis actũ exercendũ , cum agnitione pręteritæ durationis,inſtantis pręſentis uti termini concurrere intelligentiã opus eſt.Pręſentis verò momenti ad intuitivã notitiã pertinẽtis,ut & cuiusvis pręſentis cognitio haberi non poteſt per quaſcũque facultates cognoſcitivas ſolas eadẽ ratione modoque obiecta in pręſentia , & abſentia cõplectentes,interquas intellectũ eſſe humano in corpore cõmorãtem ſatis experimur;niſi adſit exteri alicuius ſenſus,communis que aſſociati interno pręſer-

tim ęſtimatiuæ, perceptio, qua intellect⁹ indefinita lati-
tudo ad præſentis momēti expreſſam apprehēſione de-
terminetur. Certa ergo intelligētia nō adeſt a deceptio
nis ꝑſus periculo immunis ſine præſentis alicui⁹ cogni
tione ſuppoſita intellectu, æſtimativa, ſenſu cōmuni, &
aliquo ſaltē externorū percepta, cuius ad pręſentē virtu-
tē, quo aduſque pertingat, in alia quoque certò noſcēda
intellectus ꝓcedere queat. Iudiciū igitur intellectus prę
peditur per vinculū ſenſus, nō modò ſi certa ſenſilis noti
tia nō præceſsit, ſed etiā ſi præſtituta fuerit, dū tamen in
præſentia nō perſtet cū ſibi neceſſaria vigilia expedita;
quæ ſi nō adſit, perinde certæ intelligētiæ iudiciū aufer
tur. Initiū itaque certæ intelligētię à cōſultis ſenſibus ſu
mēdū eſt è certa eorū expeditæ vigilię cognitione, vt me
*Iuvenal.* ritò à Satyrico dictum ſit, optandum eſſe, ut ſit mens ſa
*ſatyr. 10.* na in corpore ſano. Inſuper nullū actū intelligentiæ ha-
beri, niſi qua notitia ſenſilis adſit, quamvis anteceſserit,
experimēto infantiū cōſtat, qui nihil, cuius deinde me-
minerīt, per ſoporē ītelligūt, quoad internis ſenſibilib⁹
facultatibus ſimulacra rerū percipere incipiāt, quum eo
rū ſpectris pavefacti excitantur. Sed & ſi ponerentur in
*ſu.c.3. pr.* hominis ꝓductione animę inditę rerū intelligēdarū ſpe
cies, nō tamē intelligētia certa cōtingeret præter certā ſē
*ſu.c.4.pr.* ſilē notitiā aſtantē cauſa iā tradita; niſi tales ſpecies forēt
*3.c. me.* quæ diſcretę repreſentarēt res & ſecundū earū conditio
nes abſolutè, & ſecūdū cōditiones pręſentiæ peculiares,
*ſu.c.3. pr.* ꝙ lōge ab experiētia memorię noſtrę remotū eſt. At id
ad aliā angelicę tractationis, nec nō humanę mētis à cor
pore ſeparatæ ſcrutationē ſpectat. Nonnulli hāc ſenſilis
notitię ſolutē neceſsitatē ad humanę ītelligētię certitudi
nē obtinēdā ī de cōpēdio deducūt, qđ arbitrātur naturā

rei

rei ſenſibilis in materia corporali exiſtentem eſſe obiectum intellectui humano proportionatum. Verùm ut materiæ proximæ nihilo controverſiam inſcrutabilem miſſam faciamus; intellectus noſtri obiectũ parile haud reſtringi mõſtratur ad rei ſenſilis naturã; ſed id ad quod mentis corpori coniunctæ intelligentia terminatur, latiſsimè verum ens eſſe ſive materiale, ſive in materiale, ſive ſenſibile, ſive inſenſibile; quum is in deum quoq; faſtigium ſupremum, incorporeum, immenſum intelligendum extendatur: quanvis ad omnem intellectionem à ſenſibilibus moveatur, quorum reſpectu cuncta intelligit iuxta modum ſuo loco explicandum, abſq; quorum prævia quapiam aſsiſtenteq; notitia nil intelligit, vt ſuperius oſtenſum fuit. Amplius autem quòd hucuſq; indicavimus, ita etiam confirmatur. Iuxta præſentiæ, abſentięq; diſcrimen antea expoſitum, in abſentium quæ noſcentibus non præſto adſunt, cognitione, quàm præſentium erroris maius periculum eſt, quod in his non aliter tutò vitatur, atque collatione ſenſilis notitiæ præſentis toties declarata; licet & præſentia innoteſcere nequeant alijs facultatibus cognoſcitivis res in abſentia, præſentiaque apprehendẽtibus, niſi adiũcto aliquo ſenſu extero cum communi præſentia tãtum percipientibus. Multo igitur amplius ut abſentium cæteris noſcitivis proprijs facultatibus certa cognitio quæratur cùm ſenſilis, tum intellectualis, certitudine iudicij huiuſcemodi è præſenti ſenſili aliquo percepti fulciatur, oportet. Denique idem ita convincitur. Certitudo cognitionis iuxta ſuam rationem exigit, vt non modo vera notitia ſit, obiectam rem ſicuti eſt, ſe habere percipiens, ſed velut immunis à fallacium vera mentientium aſsimulatione

*Li.1.theol c.7.11.li.3 c.3.*

*s.eo.c. 4.*

*s.c.1.*

*s.c.3. me.*

*s.c.3. poſt pr.*

tione vacillanti, non ſolida, quibus non explorata vera eatenus aſsimulantur; firma prorſus ſit. Aſt qùm exeratur notitia à cognoſcente, ipſo nixa certitudinis firmitatem illius reſpectu conſummatam ſortitur, ut niſi ſe certum de cognita re agnoſcat, nempe obiecti notitiam certam eſſe percipiat, certitudo abſoluta nec dum ſit. Ad id autem apprimè apposita eſt reflexio conceſſa potiori cognoſcitivæ facultati, puta cõmuni ſenſui, quo & actus exteriorum ſenſuum, & proprius percipitur, dum in ſe potentia reflectitur; & multo potius præſtantioribus æſtimativæ, intellectuique. Vt verò cognoſcẽs ſe certò aliquid noſcere deprehendat, ſimul ſe tunc conſiſtere certò agnoſcat, neceſſe eſt, qùm ſe utiquè agentẽ extantem noſcat: & aliôqui ſi propriæ exiſtentiæ cognitio deforet, aut vacillaret, ei ſuperſtructa notitia cognoſcentis ſe noſcere, atq; obiecti cogniti quî firma eſſet, nõ potius nutaret? Cæterùm noſcens conſiſtentiam ſuam cum præſenti cognitionis actu, inſtans præſens pariter cognoſcat, opus eſt; cuius ut in ſuperiorib⁹ deduximu⁹, notitia in animali ſine adminiculo exteri alicuius ſenſus aſsiſtentis non adeſt: pro indeque certa noticia tam ſenſilis, quàm intellectualis nequaquam habetur, niſi adſit præſentis extero aliquo ſenſu iuxta expoſita percepti, uti planè inſtantis momenti, cognitio itidem certa. Sed illo præſentis momenti nunc interim ex abundanti omiſſo, animal cognoſcens certò ſeſe extans noſcens quidpiam, neceſſariũ eſt ut ſe ipſum, prout tunc omnino conſiſtat, velut in pręſentia oblatum expreſſe cognoſcat; quandoquidem cum eiuſcemodi cognitione fieri nequit ut animal non ſit, prout obiectum eſt apprehenſum certè modò cognoſcẽs quidpiam. Pręſentis porrò,

*ſu.c. 2.* (margin)
*ſu.c.3.me.* (margin)
*ſu.cap. 1. poſt me.* (margin)

F ut to

ut toties repetitũ eſt, notitia non adeſt per alias faculta-
tes noſcẽtes in abſentia, pręſentia que itidẽ res, niſi adſit *ſu.c.3.me.*
exteri alicuius ſenſus cũ cõmuni res in præſentia tãtum
percipiẽtis præſidiũ, quo illarũ, velut æſtimativæ, atque
intellectꝰ ampla latitudo ad præſens tantũ expreſsè ap-
prehendendũ coarctetur. Quare certa notitia ſeu ſenſi-
lis, ſeu intellectualis nequit haberi, ſine perceptione ſup
poſita ſenſus aliquiꝰ externi cũ comitibꝰ facultatibꝰ præ
ſens aliquid noſcentis, idque certò, ne incerto innixa in
certa etiã evadat, ad quod expeditã vigiliã neceſſariã prę *ſu.c.3. ad*
mõſtravimꝰ. Licet nãque poſsit animãti eſſe certa obiec- *fi.*
cti cuiuſpiã interna notitia, itẽ que ſui uti certò cognoſ-
cẽtis, ac tũc ita in præſentia operãtis, quæ notitia mini-
me ſenſu extero cũ comitibꝰ tũc ſimul excepta ſit: nihi-
lominꝰ quia ſimilis notitia ex pręterita ꝑ memoria offer
retur, vel perperã, vt in ſomnis, quiret offerri: exigitur,
ut aliqua cognitio ſenſu quopiã extero ad internas facul
tates cognoſcitivas trãſmiſſa pręſentis alicuiꝰ obiecti ad
ſit cuius interna notitia pręſens cognoſcẽti percipiatur,
ex cuius coram propoſitę collatione alia interna notitia
facultatum interiorum ad abſentia præſentiaqʒ indefi-
nitarum ad præſens determinata cõſtet; ut que certa cõ-
ſtet, exigitur, uti cõparata illa certa expeditę vigilię no-
titia ſuffulciatur, ſicuti de memoria ſuperius præfati ſu-
mus. Nec verò eſt cur nobis imponere queat ſimilitudo *ſup. ca. 3.*
reflexæ cognitionis etiam tanquam certæ inter in ſo- *poſt me.*
mnia oblatæ, ubi ſimilitudines cũctorũ ex vigilia repo-
ſitorum obverſantur, cùm pręter alios errores, quos ex
citati perpetim deprehendimus, illud ſatis documento
ſit reflexionem eam eſſe incertam, quòd ſomniantes ſę-
pe quos ſe eſſe imaginantur, nimium differentes veluti
diver-

diverſi vultus,ſexus,imo &generis animãtis effingunt. Demum aſtipulari poteſt,quod in pręmiſsis circa reflexionem certæ cognitionis contineri apparet,illic agens cognoſcitivum ſe ſe noſcere velut in prę ſentia oblatum, prout tunc conſiſtat certè cognoſcens quidpiam, atque proinde prout animal,quoddam q; peculiare ſit: quale ob molem & ei adiacentia perceptile in preſentia nõ eſt, niſi communi ſenſu cum comitantibus cognoſcitivis facultatibus apprehendatur. Verùm id pręter quã,ꝙ iam ex redundanti eſt,non videtur ſtabiliter collectum:imo ſatis eſſe,ut noſcens cognoſcat certò ſe percipiens quidpiam extare, ſive non ſit animal, ſive ſit,huius vel illius ſpeciei indiuiduum:cùm poſsit eſſe mens angelica completa ſubſtantia per ſe abſolutè conſiſtens & operans, &

lib.2.theo. c.3. mens humana corpori coniuncta ſubſtantia non completa,ſed complet ę, nempe hominus,potior pars,cuius abſque corporeo ſuppoſito quaſi ſe iuncta nec per ſe eſt, nec per ſe operatur,tanquam ſuppoſitum ; at veluti ſub ſiſtens per ſe extat,quippè quę per ſe operetur intelligẽs

lib.1.theo. c.7.11. lib.3.theo. cap.3. velut incorporeum autorem non cooperãte recipiẽteve corpore talem actionem ſuas vires excedente, unde & in corporea,ſicut mens angelica proditur, quibus nihilominus notitia reflexa congruat. Non eſt autẽ mirum quantũvis anima humana incorporea propriam intelligentiæ actionem naſciſcatur à corpore ne utiquam ex ertam,non tamen intelligentiam certam vel incorporei autoris ei adeſſe, niſi adſit notitia,ea que certa fulciens obiecti cuiſpiam præſentis ſenſu aliquo externo ad interiores potentias noſcitivas traducta,intellectumq; pręſertim,qualis expedita invigilia habetur, cuius certitudinis collatæ comparatione, certa intelligentia etiam

 in corpo

incorporei exploretur. Quando quidē ut antea deduximus, univerſa notitia in intellectum ab exteris ſenſuū ianuis per medios internos ita derivatur, ut nulla ipſi alia naturaliter ſit, atque illa quæ per ſimulacra ſenſibus miniſtrantibus traiecta, ipſius vi emicans inde elicitur, ac provenit reſpectu aliquo ad ſenſibilia ſic habito: ꝓut etiam coniunctionis animæ intellectualis cum ſenſifero corpore naturalis ordo requirit. Hinc patet, cur mens in corpore ſeſe per ſe ipſam incorpoream, intellectualē, non ſenſu apprehenſibilem minime percipiat: ſed ex intelligentia certa incorporei, uti dei, cuius corpus ſenſitivum capax nequaquam eſt, per eam actionem præſentē reſpectu ſenſilis alicuius in præſentia certè cogniti conſtantem, ſe agentem incorpoream deprehendit, indeq; deprehendiſſe memorat. Anima verò ſeparata cum ſe gerens aliter extet, alium intelligendi modum ſubit, ſeque per ſe ipſam intelligere valet, & cætera etiā per infuſas in ſeparatione ſpecies: nec nō per ipſas res oblatas virtutis contactu coniunctas, ac perinde intelligentiæ obiectas, inter quas ſimulacra, et ſigna ſunt, velut et in corpore phantaſmata item coniuncta habet, per quæ propoſita intellectui res intelligat, à ſenſibilibus quæ ita reſpicit, mota, ꝙ quemadmodum fiat, explicari iam tempus eſt. ſu. c. 3. pr.

## *C. 5. De intellectus operationibus, & certa intelligentia, cui certa ſenſilis notitia eòdem ſpectans reſpondeat.*

VT ab exteris obiectis rebus in organa ſenſuum exteriorum ſpecies proficiſcuntur, quibus ij ſuas

cogni-

cognitiones exerceāt, inde que ad interiores ſenſiles po
tētias ſua cuiuſque organi ſimulacra derivātur ſucceſſu
per ordinē cōtinenti poſteriorū imaginū ab anteriori-
bus deducto uſque ad æſtimatiuæ potiſsimæ phātaſma
ta: ita elici ab ijs intellect⁹ vi ſpecies intellectuales, quib⁹
in ſe formatus repræſentatas illis res actu intelligat; rece
ptū fermè à cūctis eſt, quanquā non deſunt, qui ſuas ra
tiones ſecuti negent. At qui aſſerunt, diverſis id vijs ſta
bilire contēdunt; ſuppoſito in primis ſingularia ſenſibi
libus facultatibus anguſtis ſanè, quales in brutis compe
riuntur, tantummodò apprehendi, non univerſalia di-
cta, quæ gradus eſſentiæ ſunt ex varia communitatis co
gnatione in ſingulis quibuſque reb⁹ reperta, ſubtili attē
tione abſtrahente collecti, quo generalis ratio conſum-
matur. Ad eorum quippe amplitudinem percipiēdam,
enuntiationeſque ex ijs præſertim ſive componendo, ſi
ve dirimendo deſignandas, inde que ratiocinationes cō
ſerendas capaciorem vim ſublimioris facultatis intelle-
ctualis ſolis inter animantes hominibus conceſſæ philo
ſophi neceſſariam animadverterunt. Itaque ſive intelle
ctus, virtus animæ humano corpori coniunctæ propriū
munus ſortiatur, noſcere formam in materia peculiari
exiſtentem ſub communi ratione etiam ſingularitatis,
non tamen prout in hac vel illa materia ſit; ac per talem
abſtractionem non ſit, niſi univerſalium directè cogno
ſcitivus; ac proinde ſingularium non niſi reflexè, dum
individuum non propria notitia expreſſe, ſed per alienā
notitiem univerſalis velut inconfuſo reſpiciens arguat:
Sive intellectus individua directè cognoſcat, ut fert ſu-
btile ingenium, dum percepta ſenſibus, eorum que unà
perſenſiones uti ſuperior nullo quod experiamur, diſpē

*Henricus quodl. 4. q. 7. quod. 5. q. 14. Goffred. quodl. 9. q 19.*

*Sco. 4. Sēt d. 45. q. 3. Dico.*

dio

dio reflexo apprehendit, ex quibus etiam in particulari apud ſe ratiocinatur, & ex animaduerſa inter ſimili modo intellecta ſingularia intercedēte affinitate vniverſalium collectorum ita intelligentiam eruit: neceſſarium eſſe aſſeverant, vt à pretentis æſtimatiuæ quorumvis ab ea perceptorum phantaſmatibus intellectuali virtute ſimilitudo ſeu ſpecies eliciatur in intellectu reſultās. Prioris ſententiæ ad id urgens cauſa, in illa explicita patet, poſterioris declaranda eſt, qua & ea patentius liquebit. Obiectum præſtituitur actui, vt è cognoſcitiva potentia obiectoque ipſi coniuncto vel in ſe, vel ubi id non contingit, in repræſentativo ſui ſimulacro, actus notitię pariatur. Itaque obiectum prout etiam in ſimulacri ſigno expreſſum habetur, notitiæ pręfigatur, oportet, ac proinde universale obiectum intelligētiæ, prout neceſſe eſt in alicuius ſimilitudinis ſigno expreſſum exhiberi cum proprię univerſitatis ratione, quæ licet in ſingularibus fundamentum nanciſcatur, nulla ſenſibili facultate cōprehēditur, qua ipſa vel nullo modo vel tenuiter nimis & confuſè adumbratur, ſed tantùm ſublimiore intellectuali explicatè prorſus per eius abſtractionem conſummatur. Qum igitur ita uniuerſale obiectum nec in ſummo ſenſili phantaſmate contineatur, nec in ſingularib' rebus ſcorſim ſit, opus eſt ut impreſſa intellectui aliqua exprimente nota prętendatur, quę intelligibilis ſpecies dicitur. Verùm quia dici poteſt, è ſingularium exactis intellectionibus communitate animadverſa ſpeciem ſanè intellectualem uniuerſalis colligi, qūmve. ò adeſt ſingularis cuiuſque licet non ſpiritualis, attamen corporalis ac ſenſibilis intelligentia, non requiri, ut præter eius phantaſma, ſpecies quoque intellectualis præiaciatur; id

*Sco. 1. Sen d. 3. q. 6.*

id etiã oſtẽdere ſententiæ aſſertor ita conatur. Sẽſiles cognoſcitivæ potẽtiæ habẽt in ſua quęque ſuperior ſpecie inherẽte obiectũ expreſſum, non tantũ in ſimulacris inferiorũ facultatũ: id ergo quod perfectionẽ potentiæ denotat, intellectui poti⁹ tribuendũ eſt. Quòd ſi dicatur abſolutioris perfectionis eſſe potentiã virtute cõtingere obiectũ extrariũ ſive in ipſomet, ſive inſenſili ſimulacro ceu phãtaſtico ipſum exprimẽte item eidẽ potentię extrario: Eo cõceſſo, nihilo ſecius innuit, exigi, ut mens humana obiectũ ꝓpria in ſpecie expreſſum apud ſe habeat non tantũ in ſpecie phãtaſtica mendicatũ, externũque, quò intellectuali facultate ſufficiẽter intelligentiæ actũ producere per ſe queat. Quandoquidem ſi operationẽ propriã per ſe nequeat exercere, ſine operatione inferiorũ ſenſiliũ facultatũ obiectũ repreſentantiũ, à quo ita oblato & intellectuali potẽtia intelligẽtia pariat: ne per ſe quidẽ eſſe poteſt, quod falſum eſt, qùm oſtẽdatur immortalis, & à corpore diſſoluto ſeparabilis permanere. Nec ſateſt dicere, id ob corporis cõiũctionẽ evenire: nõ enim ꝓpterea quod rationabili animę naturaliter cõvenit, aufertur. At ſic occurreri poteſt, nõ id cõtigere, quia mens in actione ſua depẽdeat a corporaliũ facultatũ actib⁹, ſed quia quodãmodò ad intelligẽtiã exercẽdã, ab obiecto pẽdeat, quod ſecum non fert, quale externũ corporeũ pręſerti eſt: ꝗ plane mẽte corpori coniũcta ut virtute ab ea cõtingatur, intellectui per ſe adiũgi nõ valẽs, in ſimulacro tamẽ ſenſilis facultatis, nẽpe ęſtimatiuę ꝺſignatũ ita iũgi poteſt. Vnde accidit, ut corporalis potẽtię opatio neceſſariò ꝺbeat eſſe ꝓſtructa. Nec veró ipſo etiã cẽſẽte, malè cõgruit, vt mẽs creata nõ omnẽ pfectionẽ ſortita, ꝗ ſoli⁹ dei eſt, notitiã vel ab obiecto corporeo recipiat

non ut

*2. Sent. d. 3. q. fi.* *4. Sent. d. 45. q. 2.* *lib. 3. the. cap. 3.* *2. Sent. d. 3. q. fin.*

non ut ab integra cauſa, quæ agens receptivo perpetiente nobilior eſt, ſed ut à partili inferiore ſubiuncta intellectus virtuti præſtantiori agenti, quam nobiliorem ipſa intellectuali facultate receptiva eſſe inconveniens eſt. Verùm ita in id quod is deſtinat, devenitur. Vis nanq; noſcitiva intellectualem obiecti notitiā percipiens, qua prius carebat, ea utique quæ intelligit, extās, obiecto eſſe coniuncta debet, ſicut & quæ vis potentia cognoſcitiva, quatenus talis, nempe receptrix eius, quod non habebat actu, eſt. Sed externum corporeum obiectum etiam in phantaſmate ſenſili contentum eo modo intellectrici facultati nequit inſinuari ob diſcrepantem indignitatem, quam dignior intellectualis natura ita ſuſtinere reſpuit, quòd ſuſceptrix paſsiva potentia ſuſcepto velut actu depreſsior ſit. Quare oportet, ut id obiectum ſpirituali nota exprimente incluſum intellectui cōiungatur nimirum intelligibili ſpecie. Eam vero ſpeciem in potētia intellectuali receptiua inſitam eſſe neceſſe eſt à vi agēte intellectuali præſtantiſsima, ipſius virtute contingente inferius obiectum in phantaſmate etiam expreſſum, eius inſtar elicitā. Sic intellectrix ſuſceptiva facultas ab obiecto per phantaſma quoque corporeo, tanquam à partili cauſa ſubiuncta potiori intellectuali poteſtati agenti recipere notitiem propriam valet, quanquam nō protinus, ſed per medium intelligibilis ſpeciei inde acceptæ: qua deinde intelletrix facultas formata obiecti notitiam in ſe profert. Nam vt in alijs ſenſitivis potentijs obiecti ſimulacro recepto, quævis illius in ſe notitiem promit in actum ſe ſe ex potentia reducens, neque ad id oportet facultatem agentem, paſsivamque diſtingui: ſic in potentia intellectiva uſu venire par eſt. Cæterùm ad

*1. Sentent. d.3. q.7. ad quæſt. &c*

ſpeciē

ſpeciem intellectualem, quam intellectiuæ facultati inſertam in primi neceſſarium eſt, eliciendam ex obiecto per phantaſma oblato efficacitatem ſanè agentem proprie diſcerni opus eſt, potiorem phãtaſmate, intellectualem utique, ut pote nec effecta ſpecie, nec receptiva potẽtia intellectualibus ignobiliorem. Sic ſecernuntur intellectus agens, & paſsivus, ſeu poſsibilis dictus, quòd in potentia ſit ut ſpeciebus elaboratis præformatus intellectionem edens ſuſcipiat. Id etiam diſcrimẽ amplius prior ſententia tradit, cuius autor diverſas potentias intel-
S. Thom. 1 p. q. 79. a. 10. lectum agentem, & poſsibilem aſſeverat, vt in cunctis aliam potentiam activam, aliam paſsivam ducit. Nihilominus ut phantaſia, ſeu æſtimatiua, quam illo nomine nonnulli appellant, præter percepta aliunde derivata ſimulacra ſuas intentiones dictas elicit vi activa quas et vi paſsiva ſuſpiciens noſcit; nec tamen duæ potẽtiæ ſeiunguntur, ſed unius ſecreta munia notantur: ita in poſsibili videtur intellectu ſentiendum, quum præter inditas ab agente ſpecies ſuas quoque dictas intẽtiones univerſalium, & quaſcunq; ſenſilis facultas elicere nequit, eruens promit, quas etiam recipiens cognoſcit. Idem quippe in ſe agere pro incommodo ſubtile inge-
1. Sẽ. d. 3. q. 7. ad arg. nium non habet, ſed tantùm idem ſe ſe omnino producere; & in actu, & potentia reſpectu eiuſdem prorſus actus eſſe. Denique ab utraque factione non modo exiſtimatur opus eſſe, phantaſma prætendi, quod ſua virtute contingens intellectus agens ita illuſtrat habilius reddens, ex cuius non ut ſubiecti, ſed ut inſtrumenti potentia ſubminiſtrante ſpecies intellectuales abſtrahens intellectui poſsibili imprimat: verùm etiã in quacunque intellectione oportere phantaſma præſtitui, ad quod

G ſpecu

ſpeculandum ſe ſe convertat intellectus poſsibilis, ut cō ſyderet etiam naturam univerſalem exiſtentem in parti culari per phantaſma medium intellecto, aliôqui nihil intellecturus. Verumtamen cauſa ſuperius reddita eſt, *ſu.c.4.* cur niſi qua notitia ſenſilis adſit, nulla intelligentia ſit menti corpori cōiunctę, neque certa, niſi aliqua certa ex peditæ vigilia notitia ſenſu extero intelectuq; perce- pta fulciatur; ſed an certæ intelligētiæ vel univerſalis ob iecti, ut cervini generis, certam qua nitatur, conueniat ſubeſſe notitiam ſingularis eiuſmodi non quidē exter- no ſenſu cum comitibus, intellectuq; tūc apprehēſam, veluti coram conſpecti cervi, quod conſtat neceſſarium haud fore; at ſaltem æſtimatiua, memoria ve ſimul men ti propoſitam, expendendum eſt, quanvis ut & hæc ſit certa, certam aliam cui conferatur, deſyderet notitiē ſen *ſu.cap.3.* ſilis cuiuſvis obiecti tunc externo ſenſu cum comitanti- *4.poſt me* bus, & intellectu expedita in vigilia ſuſceptam. Ac pro culdubio ſi tale phantaſma obiecti particulariter, eius vel uniuerſalis intelligentiæ ſubeſterni neceſſè eſt, certū quoque certæ ſubdi oportere conſtat, ne inceito nixa, non certa itidem etiam emergat. At naturalis ordo con iunctionis mentis cum corpore organis ſenſorijs prædi to exigit, ut utriuſque facultates cognoſcitiuæ adiunctę ſimul operentur, ac proinde ſenſibilium facultatū præ- cipua æſtimativa potiſsimum utique ſubminiſtrans in ſtrumentum intellectui ſubiūctum, ſimul agens cū eo pariter in idem tendat, cum ſubſervientibus ſenſilibus potentijs inferioribus Nam ſi penitus in diverſa ferren tur nullam inter ſe unius reſpectu unitatis copulam ha bentia, non iam unius coniuncti ſuppoſiti, imo diſpara torum actiones cognoſcitivi generis evaderēt. Quo cir

ca cùm

ca qùm in unitatem quod coniunctione unũ eſt, quo ad eius fieri poſsit, incunctis conſpiret, ſic debet æſtimativa cum ſubiectis facultatibus intellectum ſubſequi, ut reſpectu quopiam ad ſenſibilia phantaſmatibus expreſſa iugiter habito ita permotus quæcunque noſcit, intelligat. Ad hunc modum uniuerſale rationem eãdem in uniuerſis ſingularibus habens intelligimus in ſingulari aliquo vel aliquibus intellectis, phantaſmate quoque ſimul oblatis, aut etiam una ſenſu extrario, vnde ad cũcta ſimilia vis generalis extendatur. Rurſus quę de mẽtibus tum noſtris, tum angelicis, ac deo præſertim ad incorpoream, ſublimen, præſtantiſsimam naturam pertinentia intelligimus, non aliter cognoſcimus, atque reſpectu appreheſo ad corporale quidpiam pariter intellectum, phantaſmatibus expreſſum; aut etiam ſimul extero ſenſu obiectum: dum illius craſſam imperfectionem negantes remouentesq; depreſsionem, & indigẽtiam agnoſcentes intellectu ex collatione relata deprehendimus ſuperioris eſſentiæ à corporum impedimento immunis longe abſolutiorem perfectionem, excellentem eminentiam, & diffuſam in effectus inferiores efficaciã præſtabilem: vel huiuſcemodi talia comparatione ſimilitudinis, diſsimilitudinis, nexus, affinitatis, diſiunctionis, contrarietatis, alius ve animadvertimus. Præterea ubi generalia ſubiecti cuius vis uniuerſi axiomata prima in ſingularibus memoria, ſenſiliq; notitia prȩſenti, & intellectu perceptis perſpicua principio nativa intellectus acie intelleximus certa, certa inde dogmata colligentes derivamus intellectus vi ſenſim ſe dilatante. atq; ad conſyderata per omnẽ gradum cognata ſingularia, vel aliquo modo colligata incumbente, quę phãtaſmatibus

tibus, ſive ſenſu etiam extrario percepta eſſe certa per ſe vel alia planè certa intelligimus. Sic in diſciplinis cũctis regulari ordine deductis certitudo a ſeductionis periculo libera quæſita eſt ſive exactiſsima, ſive quæ ad talem proximè accedit, pro rerum varietate, tum etiam detecta eſt incertitudo inęqualis, quę à certitudinis conſtantia penitus abeſt. Servatur autem hic proceſſus in operationibus intellectualibus, ut primò quidvis intellectus ſimpliciter apprehendat, obiecti eſſentiam qua eſt id ꝙ eſt, velut in confuſo percipiens: de in proprietates, & accidentia, & habitudines rei eſſentiam circunſtantes, & ei alienas attendens paulatim ad perfectiorem intelligẽtiam progreſsus compoſitione utitur, quam enũtiationes affirmativę deſignant, uti qùm apud ſe conſyderat, quòd homo eſt animal, rationabileque, aut albus, componit ſuppoſitum appoſitaque, quæ ſeorſim intellixerat, in idem ea convenire denotans: diviſioneque, quam enuntiationes negativę ſignificant, uti qùm animaduertit, quòd animalis vita nõ eſt immortalis, ſuppoſitũ, appoſitũq; ſeorſim intellecta, ſicut re ſe iuncta ſunt, diremta notat. Poſt ab una cõpoſitione, diviſione que ad aliã deductione procedit, quod eſt ratiocinari: ex communitate multis in ſingularibus cognitis explorata univerſale colligit, velut ex humanarum perſonarum cõmuni affinitate univerſam hominis ſpeciem, & ex animantiũ ſuppoſitorum cognatione animalis genus: & ab univerſalioribus magis cõfuſis, diſtinctis minus ad minus univerſalia perfectius explicatius que diſtincta deſcendit, velut ab animalis notione ad hominis, leonis ve: & in ſumma à quocunque tanquam toto plura complectente, abſque ipſorum ꝓpria noticie perinde ſub quadam

confu-

confuſione noto devenit ad peculiarem illorum tãquã partium notitiam exactius diſtinctam. Ad hæc ubi ab intelligentia quorũcum que intellectus promotusque apprehendit, ordinat ad quidpiam aliud noſcẽdum vel operandum, is actus intentio, dum in intenti perſiſtit in quiſitione, actio ea nomine accõmodato cogitatio fert', dum excogitatum ad alia certa, unde oritur, examinatum refert, ſcire, vel ſapere ducitur, quod eſt phroneſis, ſeu ſapiẽtiæ, cuius recta iudicij determinatio ſublimior eſt; dum autem aliquid quaſi pro certo exploratum deſignat in ſe, quo modo alijs iam manifeſtare queat, ea diſpoſitio interioris ſermonis eſt, ex qua exterior locutio prodit Nam & mens apud ſe ſe locutionis inſtar exhibet, dum intelligendo ſuppoſita & appoſita componit, dividit ve, integræ orationi externæ internam, ac ſingulis illius partibus, peculiares conceptus reſpõdentes præferens ac prætexens, unde tanquam ab exemplari extera ſigna id exactè exprimentia voce promat. Solet autẽ cùm tota oratio ſententiam perfectam complexa, tum quodvis eius vocabulum in locutione verbum vocari, unde & reſpondens conceptus tam illi, quam huic interius verbum appellatur; quãquam de hoc variè diverſi deſceptant. Sunt qui hoc verbum ſive in prima intellectꝰ operatione, qua quodvis obiectum ſimpliciter intelligit, ſive in ſecunda, qua componendo, dividendo que complexa percipit, nil aliud eſſe cenſeant, quam intellectionis terminum, in quem feratur, ceu conſummantẽ, quo ſine perfecta non cõſtet. Alij exiſtimant qùm intellectus vel obiecto in ſe vel in ſpecie coniuncto formatus id intelligit, cognitionem ipſius integram abſque alio conſequente conſtare verbo, licet hoc in humano intellectu

*Sco. 1. Sententen. d. 2. q. fin. d. 27. qu dl. q. 1.*

ctu naturaliter intelligentiam ſequatur: pro qua ſenten tia facit, quòd angeli de ſua eſſentia per ſe ipſam cogni- ta, beati de divina ſubſtantia inſpecta verbum quod eá obiectam immenſam exprimere queat, minimè produ cere ducuntur, nec divina eſſentia, ſe ſe pleniſsimè intel- ligens verbum intimum gignit. Itaque vbi verbum in ternum producitur, actio qua id propriè protinuſq; à di cente oritur, quam prolationem dicere queas, diſcreta eſt ab intellectione obiecti, ſed ita tamen ut eam præſti- tutam exigat, quam reſpiciat, ſecundum quam prove- niat, ſine qua neutiquã ſit. Modus verò, quo id eveniat, à verbo extero apertiori ſic ſumendus offertur. Verbum huiuſmodi ſignum eſt ad repræſentandum quidpiam cognitioni non naturę inſtinctu proditum, ut gemitus afflicti affectum deſignat, ſed ex inſtituto ac placito im- poſitum, quod proinde reſpectum ad ſponte deſignan- tem præ ſe ferẽs ſignificatam rem denotat, prout ab il- lo intellectu percepta eſt. Simul ac enim audim[9] loquen tem, & res verbis ſignificatas, & à dicente intellectas a- nimadvertimus: nec in aliud propriè verba invẽta ſunt, quàm ut quæ de rebus intelligimus, alijs, vel alio in tem pore nobis tanquam alijs nota faceremus. Verbum igi- tur exterius rei quatenus intellectæ ſignum, intelligen tiam relatam obiectæ rei præmiſſam requirit, ſecundũ quam proferatur: ideo que ad eum ſe gerere modum in terius verbum debet, ſi modo verbi nomine dignum eſt habendum, quod ſi mereatur, præſtantius utiq; nanci- ſci par eſt. Ac revera intellectus per obiecti intellectioné impreſsionem quoque ſuſcipit germanæ notæ veſtigia expreſſa ſervantis, aſsimilis que eius quam refert, intelle ctæ rei obiectæ, ipſius quæ intelligentiæ, quæ & tranſeũ

te

unte intellectus actu firmiter retenta ex intervallo poteſt excitatæ memoriæ intellectualis actui, ſui copiam facere, qua rurſus idem obiectũ intelligat, id que ſe iam intellexiſſe ſimul recognoſcat, quod eſt meminiſſe. Niſi enim eiuſcemodi maneret indicium in intellectu, ad quod facta denuo converſione actu animadvertens recognitionem exerceret, non eſſet, penes quid affectionem talem mens perciperet ſive à corpore ſeparata, ſive corpori coniucta. Ex memoriæ quippe ſenſilis notis apprehenſis prioris ſenſilis cognitionis, non intellectualis velut incorporei obiecti haberi recognitio valet; quũ intellectivę facultati potiori, ac multo amplius invariabili diuturnam memorandi poteſtatem affore conſentaneum apprimè ſit. Monimentum ergo tale intellectualis impreſsæ notæ, cuius quatenus conſervativus intellectus eſt, memoria habetur, meritò verbum interius iuxta expoſita ducitur, eò que amplius, quod natura providè comparatum eſt, ut quod antea intellectum fuit, eo conſervatũ poſtea rurſus manifeſtatũ nobis recognitũ, indeque alijs etiam eſse queat; ſed & in aliũ præter iugẽ diſcurſus, pręſentẽ uſum ut dũ int⁹ ꝓfertur, ſit exẽplar deſtinati exteri⁹ ꝓferẽdi verbi, quod ut exactũ ſignum exprimens ipſum, per id inſtar intellecti obiecti, obiectum quatenus intellectum eſt, ſignificet: unde verbi appellatio principalius in exemplar competit. Dicitur etiam verbum interius conceptus reſpectu exterioris verbi quaſi externi partus inde profecti; quòd imago quoque ſit obiecti, & intelligentiæ ipſius, unde ab intelligente profertur. Verumenimverò incunctis intellectus operationibus iuxta ſuperius explicata ſenſiles potentiæ ſub miniſtant, eôdem quantum valent,

*ſu. cap. 2.*

*ſu. eo. c. 5 me*

tendẽ

tendentes, ita ut intelligentię ſenſibilia phãtaſmata ęſtimativa ſubſternat, memorabili verbo ſubdat affinis phãtaſmatis notas ſenſili memorię impreſſas, revocato rurſus memoriæ intellectualis actui erga recognitum ſubijciat ex memoria ſenſili reſumptum eô pertinens phantaſma: quò pariter ut oportet ſuperiores, inferiores que potentiæ progreſſæ ferantur, & per omnem gradum ſicut expoſitum fuſius iam eſt, mutuæ firmitatis ſtabilẽ certitudinem aſſequi queant. Ac tot de intellectus operationibus pro inſtituto ſtrinxiſſe ſufficiat.

## *C. 5. Quæ recta ratio, uſus rationis, & fides certa ſit.*

ENavigaſſe iam videtur oratio è ſcopuloſis locis nitorem reſpuentibus, non ideo tamẽ ob ulterioris fructus gratiam relinquẽdis. Nunc ut his colophonem addamus, de recta ratione, cui omnis in moralibus certa iudicij determinatio aſcribitur, agendum eſt. Eſt autem ratio recta quòd ad mores attinet, intellectualis notio, quæ liberos actus requiſita regula exactè dirigens dictat, quæ ad id recta eſſe, nempe appoſitè congruentia vel ſtati ſe offerũt intellectui nota, vel inde aperta deductione cõſtãt. Principia quippe operabilium ad mores pertinentium menti naturaliter indita ſunt per habitũ intellectus naturalem, qui ſynteréſis vocatur, quaſi conſervatio indelebilis primordiorũ, ad quorum normam operationes morales aptè dirigantur. Ea vero ſunt, appetenti conveniens abſolutè, nimirum quod cunctis expẽſis ſimpliciter conveniens evadat, eſſe acceptandum, perindeque bonum eſſe proſequendum, malum quatale

ſit,

ſit, refutandum, ac potius deteriori anteferendum: ex quibus cætera omnia moralia collectione perſpicua derivantur, uti peculiari tractatione inſtituta ea de re ſeorſim explicuimus. Vt namq; in reliquis diſciplinis, ita in morali è primis axiomatibus certis certa dogmata colligimus intellectus virtute ſe ſe paulatim dilatāte, ac per omnem gradum ad particularia ſenſilia innitente, quæ cum generalibus intellectis nexu aliquo copulata ſint, ut firma hinc inde iuxta ſuperius tradita, perpetim certitudo reſultet. At verò ut huiuſmodi recta ratio nobis plenè prælucere valeat oblata ſua conſtante certitudine, uſum rationis, ſive intellectualis cognitionis exactum deſyderat, quo certitudo intelligentiæ obvenire queat, qui ſanè in vigilia expedita habetur, prout antea declaratum fuit. Recta porrò eiuſmodi ratio ut plenè affulgere queat, poſcit quod ſatis eſſe ex prīcipijs expoſitis liquet, ut mens in ijs quæ appetenda offeruntur, certò & boni, hoc eſt convenientis notionem, & mali id eſt defectus boni expreſſè deprehendere valeat, atque ita oblata vel amplectenda fore, vel reijcienda dijudicare. Quapropter ubi hoc adeſt, exactus rationis uſus eſt, qui ob eminentiam deſignatur, qùm tantùm rationis uſus dicitur, quòd imperfectus uſus rationis, qualis in pueris, malè ſanis, ſemiſopitis interlucet, minus eo nomine dignus ſit. Et contrà ubi eſt exactus rationis uſus, illud adeſt, ut mens noſtra boni notionem, & mali in oblatis appetitui certò percipere poſsit; ſecundum quam homo planè mentis compos deprehendere queat, præter ſummum bonum cætera peculiaria bona, interq; ipſa ſingulos actus haud conſummatam prorſus boni perfectionem nanciſci, imo alicuius ſimul boni defectū, eatenus quē

*li. de cog. & ignor. mor.*

*ſu. c. 4. & 3. & 5. poſt me.*

*ſu. c. 3. ad fi.*

ut non bona ſumi quire; iuxta cuius conſyderationis fa cultatẽ reſpui valeant, vel approbari à voluntate potentente penes diverſas tales ſpeculationes in idem ita ferri, ut velit, ac non velit, velit agere, ac nõ agere, iam aliquid acceptet, iam renuat, & adverſum admittat, aut omittat. Atque hac ratiocinationis collatione iudicij determinatione varia voluntatis libertatem nactus adultus mentis compos arbitrium ita liberum ſortitur, ac ſuarũ operationum dominium adipiſcitur: quod & ſuo modo mentibus corporis exortibus conceſſum eſt. Ea libertate perperam vſus ubi, quæ fugienda debet animaduertere, velut expetenda elegit, culpam criminis contrahit: quæ iuxta oſtẽſa in ſemiſõnem, non ſolutè vigilantem, & in univerſum in quoquo modo actu, mentis impotẽ non cadit Solet autem non rarò qùm á ſomno ad vigiliam, aut contrà tranſitur in expergefactione, quæ quãdoque citra vigiliam in ſoporem redit, atque inter obdormiſcendum, offerri ſemiſopitis, quod etiam ſomniãtibus conſuevit, phantaſma ex vigiliæ vel inculpata cogitatione repoſitum ita expreſſum, ut caro etiam agitetur, & id ſequatur quod eum conſequi motum ſuevit: in quo utique per ſe eadẽ de cauſa peccati culpa nõ eſt. *S. Aug. de Gen. c. 15.* Sed verentur bonæ mentes culpam, dubitãtes, an quod ſub illiciti ſpecie oblatum admiſſum eſt, in plena vigilia contigerit, necne, quod non ſemper omninò diſcernere in promptu eſt. Verùm ſi in clara vigilia, qualis exteriorum ſenſuum cum internis, intellectuque copulatorum manifeſta functione exploratè liquet, ſe animo eſſe firmo cognoſcant, nequid ſimilis pravitatis admiſſum, admittendum ve velint; indicium indubium habent, quo dijudicent, ſe ſe prius in aperta vigilia ſui penitus

nitus compotes minimè fuiſſe, quo gaudeant tutò virtutis iura nequaquam fuiſſe ſoluta. Si enim ſimiliter in expedita vigilia verſati fuiſſent, pari ſe animo geſsiſſent ſtabili conſuetudine obfirmato: aut ſi ſecus foret, delictum liquidò adeò commiſſum liberè cognoſceretur, quod præter expeditam vigiliam non evenit, ut dubitandi anſa reliqua non fieret. Vlterius quandiu durat motæ concupiſcentiæ delectatio, corrumpit exiſtimationem prudentiæ, ita vt nemo dum in ea eſt, mente quicquam perſpicere valeat, ſicuti rectè Ariſtoteles ſenſit: quo circa Hippocrates inſigni vir ſcientia venercam iactationem comitialis morbi partem eſſe aſſeruit, ob ſimilem corporis affectum, & mentis alienationem. Qum igitur quoad ea excedat, rationis exactus uſus, eius que iudicium reſolutum deſit, ac ſub inde arbitrium liberum ſuo in ſtadio non currat, culpa conflari nequit, ſed forte continuatus effectus eſſe criminis principio liberè deſtinati, quod ſi obſomni obſtaculum initio non fuit, ne deinceps quidem ob nō minus impedimentum confici queat. Itidem autem flagitium non competit, uti nec meriti actus in quoſcunque à mente abalienatos ſive naturali via id accidat, ſive quam ſupra tetigimus, ſpirituali vi tum praua, tum proba, de qua latius inferius agemus. Cæterùm rationis exactum uſum adeſſe, non vulgare indicium ex eo ſumi poteſt, quòd tunc homo incorporei notionem præcipuè dei, tantùm intellectu incorporeo perceptilem corporea tranſcendens apprehendere valeat. Sed quia plurimi qui rationabili natura, ſtudioq; id aſſequi valent, minimè advertunt; cuncti vero bonum malum que ob neceſſarium-

*Eth. 7. c. 11. li. 6. c. 5 Macrob. Satur.*

*ſu. cap. 3. ad fi.*

uſum attendunt,inde vulgatum univerſis iudicium per
fectæ per ætatem,vigiliam que reſignatam rationis du *ſu.eo. ca.*
dum deteximus. Hucuſque de certitudine actū eſt,quæ *poſt pr.*
ex conſtantia obiectarum rerum prout ipſa noſcuntur
ſive ſola,ſive cum aliorum cognitorum adminiculo, re
ſpectu cognoſcentis habetur, permoti proinde obiecto
rum evidentia,non animi ſpontanea propenſione, qui
euidentibus vi naturæ adactus nequit non aſſentiri, ac
firmiter adhærere:verumtamē certitudo quoque nobis
non minus ſtabilis fidei non divinę modo,ſed & huma
næ non raro,ad eſt,quæ generaliter aſſenſus intellectus
de obiecta quavis re firmus ſine adverſæ partis formidi
ne ducitur autoritatæ teſtificantis, non obiecti eviden-
tia ſufficienter permouente nixus,atque ideo nō vi ada
ctus,ſed voluntaria propenſione animi adductus. Ab
utraque autem opinio differt extrema incendens, quæ
aſſenſus eſt de obiecto quovis habitus cum adverſæ par
tis formidine imbecillis citra talem evidentiam, per ſi-
milem tamen propenſi animi adhærentem inclinatio-
nem. Ad hunc modum poſſumus opinari ſtellas impa-
ri numero eſſe, quòd aptius ita veſtigium ſacræ triadis
referre quire videantur:ratione invalida,adhæſione in-
firma veriti partem oppoſitam, quòd pari multitudine
ſint,forte veram fore,ob id electione voluntaria in par
tem alteram vergente ſuffulti. At vero bella inter Hiſ-
panos Romanos que olim geſta Tito Livio referēte cre
dimus fidem gravi hiſtoriographo habentes,aſſenſu fir
mo plerumque contrariam partem non formidātes ob
claſſici ſcriptoris autoritatem;quæ humana ratio qùm
ex neceſsitate veritatem non concludat, falſum ſubeſſe
poſſe,non tollit,eo que magis voluntatis propenſionē

expo-

ſcit. Sed hactenus Hieroſolyma, Romam, Cõſtantino-
*Vega. lib.* polim ſeculis multis duraſſe, orbem uniuerſum ortu no
*9. cap. 4.* ſtro antiquiorem multo eſſe plurimorum itinerantium
ac ſeniorum per ætates ævi ſuccedentium, qui rebus ip-
ſis interfuerunt, atteſtata relatione, quaſi per manus tra
dita dubium non admittente firmiter aſſentimur fide
humana periculo falſitatis erepta, prædita ſubinde exa-
*ſu. cap. 3. poſt pr.* cta certitudine iuxta ſuperius expoſita. Quia verò evi-
dentia obiectorum deeſt, propenſio voluntatis eligen-
tis aſſenſum, nempe applicationem intellectus ad ea ut
ſeſe habeant, agnoſcenda quoquo modo exigitur. Ex-
preſſa nãque obiecti cuiuſque oblatio ex proprijs ad eã
attinentibus intellectui repreſentata vi naturali aſſen-
ſum attrahit, ut nequeat intellectus pariter in aſſenſum
nõ prodire, certior ita evadẽs: ſicut pari'is oblatio, unde
primùm evidentia eſt iniecta luminis, illuſtrati ve colo-
ris obiecti viſui viſionem eius, certam neceſſariò elicit.
At ubi nõ ita, ſed alieno teſtimonio quicquam offertur,
quantumuis explorato, ac fide digno, quamlibet actus
teſtificationis eiuſmodi evidens, ac certus ſit, relatũ evi-
dens ex proprijs expreſſum omnino non reddit, ſed tan
tùm credibile, ideſt creditu dignum exibet, ut iam non
leviter, ſed prudenter, ac perinde ſtudioſè fides ei utique
certa poſsit haberi. Quare adhuc opus eſt libera volun-
tatis electione, quæ intellectum iubens adducat actu ad
aſſertum tale quale teſtatum eſt, perpenſè aſsenſu co-
gnoſcendum, actu ita credendi conſummationem ade
pturo, quem exerere, vel negligere, in poteſtate ſitũ eſt
intellectualis arbitrij liberi; non attamen oppoſitum ve
rum eſſe cenſere, quod credibilis exacti agnitæ certitu-
dini adverſatur, quatenus in evidenti certiſsimo teſti-

monio aſſeveratum credibile certum evidenter, quod planè queat, ac debeat certò credi, prænoſcitur, non tamen in ſe recognoſcitur, ac nondum actu creditur. Sic ſummum bonum, perfectam que beatitudinem dum evidenter mens percipit per ſe apprehenſam, nequit nõ actu amoris proſequi, ſed ſi per conditorum longè inferioris gradus ſpecies tale obiectum advertat, non quidẽ odiſſe valet, ſed non actu amare; ac liberè propenſione voluntatis excitata, quod ſanè requiritur, alieno in ſpecimine oblatum diligere. Verùm hæc fidei certitudo cõſentientibus ſucceſsione teſtimonijs perſpectis fulta nititur eorum ſuppoſita explorata certitudine, qualis intellectu expedita que vigilia, initio quoque à ſenſib' exteris facto pro naturæ noſtræ ſubſtrata conditione capiẽda eſt, iuxta ſuperius indicata. Iam quæ de humana fide *ſu.ca.5.3.* certa deteximus, multo ſublimius, ſtabilius, certius divi *6.11.* næ fidei cõgruunt, qua dei teſtimonijs aſſertum quodvis credamus, oportet. Is namque ut in imenſa ſapientia *lib.1.theo.* falli nequit, ut ſumma bonitas, ac virtus fallaciã nequa- *c.11.et.12* *lib.3.c.10.* quam profert ab eius ratione ſuprema exorbitantem, quæ dictat propriæ naturæ que convenientia ſint abſolutè, amplectenda, contraria vitanda eſſe. At ut fallaciã promat, mens aliud, atque in re ipſa eſſe intelligit, ut edat, concipit, quod in primi autoris ſimplicisſimam, *lib.1.theo.* ac maximè uniformem perfectionem, accidentium ex- *c.9.8.7.6.* perteũ, adverſantiũ proſus natura diverſorũ exortẽ nullo modo cadit. Igitur is eſſentiæ infinitùm perfectæ naturali neceſsitate fallaciam nec admittit, nec exhibet, & inſita virtute iuxta rectæ rationis illimitatæ faſtigium perinde ut non convenientem abſolutisſimæ ſubſtantiæ, ſed ab eius nativa veritate cuncta luſtrante diſsiden

tem

tem repellit. Atqui opus eſt, ut dei teſtimonia quidpiã aſſeverantia, quò eis aſſerto prorſus certa fides habere queat, cui proponuntur, certa ſint dei ſolius eſſe, qualia præter eum à nullo promi valeant, ne aliôqui dubitatio ni vacillanti locus pãdatur, vtq; iuxta humanæ naturæ cõditionẽ initio à notitia uſq; ſenſibus, intellectuq; certa ſumpto, certitudinis omni gradu ſuperſtruantur. Ad id autem appoſitiſsima miracula ſunt, ea in primis, quæ certò ſenſibus percepta, intellectu noſcuntur universas conditæ naturæ vires ſuperantia produci tantùm ab autore primo extraordinariè ad aliquid ſibi placitũ

*lib.3.theo. c.10.9.* deſignandũ, de quibus aliâs fuſius egimus, nunc brevius repetemus.

## C. 7. *De miraculorum ſignis.*

AD veri miraculi potiſsimam rationem, quę creatas mentes omnes in admirationem rapiat, primùm requiritur, ut effectus ſublimis deo autore tantummodò fieri poſsit, deinde ut eveniat pręter ordinarium rerum curſum à deo univerſitatimũdanæ ſive ordiendum, ſive continuandum inſtitutum. Vnde mundi creatio, conſervatioq; miraculi menſuram non ſortitur, nec animarum humanarũ productio teneris quotidię corpuſculis infuſarũ, licet à deo tantùm profecta ſit. Hæc miracula maximè animaduertentes permovent, ut veſtigent ad quidnã peculiariter deſignandum inſolita deus exhibenda elegerit, quę ideo ſigna, oſtenta que dicuntur. Oportet quippe, ut egregiũ quidpiã ſit, ob quod pręſtantiſsim' autor ſecũdarũ quas inſtituit, cauſarũ ordine omiſso inuſitatũ

condi-

conditę naturę, arduum, ac ſuper eminentem virium eius extremo vigori effectum ſe autore ſolum editum voluerit. Tres autem pręcipue miraculorū gradus diſtinguuntur, ad quos cūcta referantur. Supremus eſt, qùm effectorum talium ipſa eſſentia toti⁹ creatæ naturæ vim excedit, qualis eſt, quòd ſe ſe duo corpora eumdem locū occupantia penetrent, quòd ſolis curſus ſiſtatur, aut retrocedat, quòd humanum corpus immortalitate, gloriaque cumuletur. Medius eſt, qùm effectus non tam ꝓpria cauſa, quàm ex parte ſubiecti, ubi fit, naturæ vires vincit, ut mortuorum vivificatio, illuſtratio cæcorum, ac ſimilia. Efficacia namque conditę naturæ ſecundum inditam diſpoſitionem, valentiam que ſecundarijs cauſis conceſſam, genitis vitam altis que ſuppeditare, non mortuis poteſt, facultatem que viſoriam in oculi apto inſtrumento, non in vitiato penitus orbe cæco largiri. Poſtremus eſt, qùm effectum naturæ poteſtatem ſupergreditur, modo ſaltem proceſſu ve, quo aliter fit, atque ab illa effici queat. Tale foret, ſi ſubitò ſerenus aer in nubes pluvias que magnas cogeretur, terra uſque ad intima dehiſceret, ægroto gravis morbus, ut febris abſcederet, ac ſimul vigor reperaretur. Vis enim conditæ naturæ quit imbrem largum deijciendum ſpatio temporis, nō momēto colligere, rimas que itidem in terra ducere, ut & ſarcire, remedijsque appoſitis morbos aliquot pro pulſare, adminiculisque adiectis vigorem reſtituere, attamen haud extemplo, ſed progeſſus diuturni ſerie uſq. ad faſtidium prolixa. In cunctis autem miraculis deus, prima veritas, qui mundi à ſe inſtituti gubernationem non deſerit, id propterea veritatis eorum inſigne decrevit eſſe, quod ſibi nec natura condita, nec fictio uſurpare qui-

re quiret:ne falſitas veritatis notis amicta pro ea quaſi meritò accipi valeret,quod tanti moderatoris ſummam providentiã minime decet. Id vero eſt, quòd miracula vera dei à naturæ conſuetis operationibus experientia ſatis notis latè diſcriminantur, conſtantia permanent, non vt ficta ludibria,quæ conſtantia carent; nec ullum examen,ut illa verentur,imo quo amplius explorantur pl⁹ velut igni aurum,effunlgent.Medius porro gradus maximè aptus eſt ad huiuſmodi certitudinem comparandam.Si quidem ſubiectum,in quo miraculum exhibetur,longè ante potentia naturali caſſum penitus nonobis expiriri licet,eam que per miraculum inſtauratã ac perinde ſubiectum in integram illius functionem reſtitutum diutina cunctorum experientia conſentiente comprobare.Ita inimitabile indicũ inexuperabilis certitudinis deprehenſum ad cęteros quoque gradus nõ adeo parum pertinet,ut non eos à fallaci aſsimulatione diſcretos ſuo modo reddat; & à calumnia omni aſſerat in dei nuntio ſuam legationem primo etiãgradu cõfirmãte.Non modò autem per dei legatos ei coniunctos & familiares pro collata ſuperna diſpoſitione divina legatio erga reliquos mortales non ita idoneos mirandis ſignis ſenſibilibus monſtratur, & voluntas eius ſpeciatim, ac veritas ſecretorum revelata patefit,ſicuti literis ſigillo ꝓprio regis obſignatis contenta verè profecta eſſe à regia voluntate indicantur:verùm & ipſis ſacris nuntijs ſimiliter quandoq; oſtenditur.Dux nãque Gedeon Dominum deum ſe reſpicientem compellantem que allocutus,dixit,Si inveni gratiam coram te, da mihi ſignum, quòd tu ſis,qui loqueris ad me,nimirum ſumm⁹ deus. Id que deus præſtitit,qùm paulo poſt virgę prętẽſę ſum

Indic.6.c. d.

mitate ſacrificium ſaxo impoſitum tetigit, & è petra fri gida ignem rapidum ſubitò extulit, qui panes azymos carnes que actutum abſumpſit. Antea verò deus ſub flã mæ ſpecie in rubo incombuſto primum cõſpectus Mo ſi ad Iſraelitas, Ægyptios que delegãdo dixit ob exigui tatem hæſitanti; Ego ero tecum: & hoc habebis ſignũ, quòd meſerim te: Cùm eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis deo ſuper montem iſtum. Vbi & præſens miraculum ignis validi, & illæſi rubi deſignavit, & certo loco tempore que futurum educto populo unde non niſi ſuprema vi educi poterat, ſacrificium præ nuntiatum, velut indicium ſcientiæ, ac poteſtatis in terminæ miraculis eatenus germanum adiunxit. Non tamen eſt opus, ut ſenſile ad hoc ſemper exhibeatur oſten tum, quod amplius erga cæteros ſenſibus maximè ductos eſt neceſſarium: ſed ſatis eſt ſpiritualia intellectu ap prehenſa numinis ſua myſteria revelantis documenta certò adhiberi; de quibus cum prophetica inſpiratorum à deo vatum revelatione locus appetit, ut agamus. Exo.3.c.d

## *Cap. 8. Prophetia quid ſit.*

PRophetæ, quaſi profantes prædictores appellantur, qui ea enũtiant, quæ procul ſunt ab eorum cognitione, quibus cum in codẽ præſentis conuerſationis ſtatu verſantur; atque ea enuntiatio, quæ ita ignota deinde in notitiam adducit, vaticinatio fertur. Et ea proinde potiſsimè ꝓphetiæ nomine habetur digna inter mortales, quæ occulta pandit ſupra humanam notitiem elata non niſi per dei ſapientiam vatibus aperta. At qui enuntians procul poſita ab eorum notitia quibus cum ſive loco, ſive tempore non eſt, haud hoc ipſo vates ducitur. Liquet enim ꝓphetam

phetam non eſſe,qui ea quæ in Hiſpania geruntur illic degens,Romæ habitantibus ſcribit,quique preſentis tẽpeſtatis,aut etiã præteritæ acta ſucceſſuris hominib⁹ hiſtoria cõdita teſtatur. Verũ ſi agẽs in Hiſpania incolis referat nõ quæ Romæ pri⁹ geſta fuere,quæ vel ipſe viderit vel alijs referẽtibus noverit, ſed quæ tũc eveniãt, divin⁹ ampli⁹ cẽſeat̃,quòd ea notitia nõ humanę ſciẽtiæ,ſed ſublimioris,ac ꝓpe diuinę iudicet̃. Quòd ſi deus vel ange
Dan.2.b. li,quib⁹ nõ eſt cũ mortalibus idẽ cõverſationis ſtatus,ijs abdita,ſibi ꝓ excellenti notitia perſpicua manifeſtẽt,id quantũvis intellect⁹humani aciẽ ſuperet,ad ꝓphetiã nõ pertinet,ut enũciãtes,vates exiſtimẽtur,quòd humanũ mortaliũ ſtatũ nullo modo attingãt. Rurſus ſecreta vati divinit⁹ revelata nõ neceſſe eſt,ut ꝓpriã ꝓphetæ notitiã excedant,ſed ſatis eſt,ut cõmunem ſtatus quẽ ſuſtinet, menſurã exuperẽt:uti nec opus eſt, ut ꝓcul remeta ſint à cognitione cuiuſlibet,eorũ quibus cũ verſat̃,ſed ſat,eſt, ut generali eorũ captui ſupereminẽat, atq; ita divinitus retegant̃. Sic Seruator humani generis quãvis cõprehẽſor cũ beatis iugiter fuerit fruẽs dei beãtisfacie cõſpecta, quia tamẽ cũ viatorib⁹verſans viator etiã cauſa mortalis
Luc.4.d. carnis erat:magn⁹,atque adeo maxim⁹ ꝓpheta fuit, dũ
7.c. orbi ſũma dei myſteria reſeraret;quòd ea licet nõ ꝓpriã ſcientiam ſive deitatis, ſive felicis animæ, ſive infuſam à cõceptionis primordijs ſupergrederentur,cõmunem nihilominus modum,ſcientiæ aſcriptũ viatorũ , quorũ ſtatũ ferebat, ſuperarẽt. Si quis pręterea occulta cordis,
Par.6.ſi. hoc eſt,intimę mẽtis ſoli deo nota hominis alicui⁹ vel ei
1.Cor.2. dẽ referat,vel alijs apiat,nõ id abſq; ꝓphetię munere prę
verſ.11. ſtiterit,quãvis ſpirit⁹qui ĩ ipſomet homine eſt,ea noſcat
Cor.14.c.f nõ alij ꝑter deũ,aut aliquis ali⁹ ꝓphetica dei revelatiõe:

quia

quia univerſim animi arcana longè à mutua notitia, niſi ea quivis ſponte fateatur, à deo tantùm revelanda, repoſita ſunt. Sunt denique multa quę hominum peritiā, non ſpirituum vel reproborum effugiant, qui qùm ſe ſe deo permittente hominibus inſinuantes abſcōdita ſuggerunt, ut alijs ꝓferant, divinatores cōſtituunt. Atque ij varijs nominibus nuncupati arioli, coniectores, magi, phytones, non abſolutè prophetæ, ſed adiecta diminutionis nota prophetę dæmonum, idolorum ve feruntur aut pſeudoprophetæ, quibus ſolenne eſt falſa, ut inſpirātem mendacij patrem decet, plerumque vaticinari. Prophetæ itaque ſimpliciter ij vocandi veniunt, qui quæ ſolus deus novit, nec niſi eo revelante peculiariter inferiobus patere queunt, ipſius ope nuntiāt alijs, cum quibus inſimilis ſtatus conſortio converſantur, ut pote procul ſimpliciter, nempe maximè ſemota ab eorum intelligē tia communi, qùm utique infinito intervallo inferiorē creatam vim intellectus cuiuſque relinquant. Qum ergo ad prophetiam propriè ſpectent, quæ nō ſunt ab homine noſcibilia, niſi per divinam revelationē extra ordinarium uſum, communemq; mortalium ſenſum collatam: ſub eius amplitudine multo potius continentur, ut revelatione divina noſci queant, quæ creata intelligē tia præter revelationem innoteſcere valerent, veluti ſpirituum incorporeorum ſubtilitates, & ſapientium diſciplinæ. Et quonium eo proprius quævis ad prophetiā attinent, quo longius ab humana cognitione recedunt, eorum triplex diſcernitur gradus, quo cuncta reducantur. Infimus eſt orum quæ procul ꝓſeiuncta ſunt à notitia ſive ſenſili, ſive intellectuali alicuius, aliquot ve hominum, ſed non omnium, itidem que ſpirituum, quæ *Ioan.8.f.*

pro-

proinde qūm aliter, atque per divinam revelationē noſci valeant; per eam cognoſci multo melius poſſūnt. Sic regis Ioram comminationes letales civibus anditas ab-
4. Re. 6. g ſens Eliſeus vates novit: Chriſtus æmulorum cogitatio
Luc. 20. d. nes capitales ſępe retexit: Salomon diſpoſitionem orbis
Sap. c. 7. c deo interius docente ſapiētiam, quæ caperet omnes ſpiritus intelligibiles, didicit. Superior eſt eorum, quæ in uniuerſum omnium hominum conditarumque mentium vim intellectricem nativam excedunt, non quia
Ge. 8. Pſ. ſecundum ſe cognoſcibilia non ſint; ſed ob creatæ co-
32. Iſa. 6. gnitionis defectum, uti ſacræ triadis, ac ſubſtātialis uni-
Ioa. c. 15. tatis diuinæ myſteria expreſſa patribus Abrahæ, Davi-
1. Ioa. c. 5. di, Iſaiæ, apoſtolis revelata, & cocarnati verbi arcana ma
Luc. 2. c. g tri virgini, ac diſcipulis revelatè prodita. Extremus eſt
Mat. 16. c eorum quæ ſunt procul ab univerſorum creata notitia, quia ſecundum ſe ipſa cognoſcibilia non ſunt, ut cōtingentia futura, quorum veritas definita non eſt, quemadmodum effecta cauſas non contingentes ſortita determinata ſunt in ipſis non ad oppoſita ex æquo ſe habentibus, ſed ad oppoſitorū alterū, in que ipſis ſub inde præ noſci vētura queunt. At illa ꝓut futura cōtingētia ſunt,
Lib. 3. the per cauſas ad utrumlibet ambiguas liberas que ita noſci
c. 7. ad fi. non poſſunt: ſed prout actu quandocūque ſunt, ut Pau
Act 27: li navigatio, ancipitem ita futuri contingentiam dictā
&c exuentia æternæ dei ſcientiæ, quæ cauſa prima rerum omnium non dubia, ſed neceſſaria ijs, ſibi certa eſt, perpetim nota ſunt, & longe ante quam ſint, per que ipſam alijs prophetica queūt revelatione priꝰ quàm eveniant, innoteſcere. Quia verò quod ſecūdum ſe competit, potius quàm quod ob alius defectionem; & quod uniuerſim, quàm quod particulatim, proprius congruit; infi-

mus gradus non tam propriè, quàm alij ad prophetiam pertinet, & extremus futurorum eventuum maximè propriè, quod & prophetiæ nomen innuit deſignans prænuntiationem planè alicuius quod nondum evenit. Huiuſmodi ſunt plures propheticæ revelationes ſacris literis contentæ, quæ ventura Iſraeli proſpera, & aduerſa, bella, excidia, & novæ gratiæ myſteria temporis etiã notatis articulis prędixere. Nihilo ſecius, ut explicuim⁹, ad prophetiam ſpectat, ut arcana pręſentia retegat, & quãdoque præterita. Ita Moſes de orbis haud æterni exordio vaticinatus dixit, In principio creavit deus cœlũ, & terram; ſeriẽ deinde definiti ævi uſque ad ſuam ętatem deducens. Licet enim ratione naturali oſtendi poſſe cenſeatur mundum fuiſſe nactum durationis initiũ, ante quod haud fuerit, quoto tamẽ momẽto, quãtum que diſtãte à ſęculi pręſentis pũcto extiterit, demõſtrari nequit, & ubi certa non eſt ſuccedentium relatio, nõ niſi divina revelatione certò cõſtare valet. Cæterùm quia quęcuuque ſupra conditorum cognitionem naturalẽ divinitus revelãtur, creaturę velut hominis ratione, quã ſuperant, confirmari nequeunt: ſecũdum operationem divinę virtutis inſuetã, in id exhibitam, qualis veris miraculis ineſt, debent comprobari. Vnde ad prophetiam ex conſequenti pertinet miraculorum exhibito, tanquã propheticæ nuntiationis confirmatio, ut & evangeliographus teſtatur, inquiens, Profecti prędicaverunt ubique, domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Hinc vates, qui cum prophetię munere miraculis quoque ad eam comprobandam editis claruerunt, veluti tantum donum cumulatiſsimè omni ex parte adepti, per excellentiam prophetę ſacris literis no

*Gen.c.* 1.

*Mar.* 16. *fi.*

tantur

Deu.34.ſi tantur,ſicuti Moſis ſucceſſor de ipſo ſcripſit, Non ſurre
xit,inquiens,ultra propheta in Iſrael,ſicut Moyſes,quē
noſſet dominus facie ad faciem,in omnibus ſignis,atq;
portētis,quę miſit per eum,ut faceret. Prętermiſſa vero
miraculorum potentia,tantùm que conſyderata vi mē-
tis,qua vates cernebant,quę cęteri non intuebantur, &
quę in myſterio erant abſcondita, proſpiciebant, olim
1.Reg.9.b videntes vocabantur. Demum non cōtinuo quivis ex-
iſtimantur prophetę,quòd ad eos ſermo dei ſecreta ſua
pandentis factus ſit ſive protinus,ſive per medios ange
los beatos adminiſtros,ne per vates dicam,quod palam
liquet. Nec enim qui Chriſtum audierunt arcana divi-
Exod.12. na reſerantem,neque qui ſub Moſe deum verba fœderis
promentem auſcultarunt, vates omnes propterea fue-
Act.c.10 runt. Neque Cornelius,cui angelus à deo delegatus lo-
cutus eſt,ideo propheta eſt habitus,imo ad Petrum dire
ctus fuit,ut ab ipſo inſtitueretur: plerique vero eorum
quos Moſes,ac vates alij ſunt allocuti, quàm à prophe-
tię ſublimitate abfuerint,ſatis ſuperque perſpicuū eſt.
Quid ergo eſt,quod propheticam revelationem pręci-
puè pręſtat,ut quę ſupra conditę mentis naturalem in-
telligentiam efferuntur,non niſi per dei ſapientiam pā-
denda,vatibus aperta reddat? quando ne dei quidem ex
terior allocutio ſatis eſt;ut quę prophetas à cęteris non
diſcriminet. Vtique divina interior illuſtratio neceſ-
ſaria eſt,à deo tantum menti vatis infuſa, exuperans na
turale intellectus lumē,per quam intelligentia ſupra na
tivas vires evecta manifeſtationem ſupernam ſibi fieri à
primo autore cognoſcat indubiè ſecretorum genuinā
conditi cuiuſque animi notitiam, excedentium.

Caput

## *C. 9. Lumen propheticum quid ſit.*

HÆC autem ut amplius pateant, de luce nõ nulla dicenda ſunt. Lux qualitas quædam eſt à corpore luminoſo proveniens, per quę diaphanum diffuſa, quę ſua vi ea quę videri queunt, actu viſui manifeſta reddit. Vnde trallato nomine lux dicitur quidquid manifeſtationem ſecũdum quãcunque cognitionem efficit: & inſpiritualibus potiſsimè ſumitur ꝑ eo quod intellectui veritatis manifeſtationẽ præbet. Sic naturale lumen intellectus humañi eſt impreſsio quæpiam ei ab autore primo indita per modum habitus permanentis, quo prima diſciplinarũ principia manifeſtata ſtatim vera eſſe cognoſcat. Itidẽ & propheticum lumẽ eſt irradiatio ſpiritualis à primario univerſæ lucis fonte orta, intellectui que impreſſà, licet non per modum perſiſtentis formæ, ſed potius tranſeuntis, qua mens præter naturalem, ordinarium que uſum tacta, & ſupra nativam intellectus vim elata percipiat ſecreta intelligentiam quamvis creatam ſupereminentia ſibi a numine manifeſtari revelante ſe ita interius agere. At lumen gloriæ felicis, reſplendens dei munus eſt intellectui beato per modum formæ perſeverantis inditum, quo præditus, roboratus, evectus perpetim aptus ſit ad immenſi iubaris facie perfectè revelata conſpecti ſupremam cognitionem, tam creatæ naturæ præcellentem. Quia vero adeò fauſta ſors termini potius, quàm viæ ſpirituum eſt, revelatio dei lumine prophetico contingens nec perfectè prorſus, nec iugiteer adeſſe ſolet, ſed quantum, quandoque univerſorum moderatori pro modulo peregrinantibus à beata patria decreto

provi-

providè placuerit. Quòd ſi cui, ut animæ Chriſti deum beantem ſine intermiſsione inſpicienti privilegio inſolito ſcientia etiam infuſa fuit, omnem propheticam notitiam ſupergreſſà, id communi legi non officit. Imo verò ſi cui propheticum lumen a deo continenter conſervaretur, naturæ ſuæ prætereuntis modum, ex quo cenſeri debet, haud amitteret: quemadmodũ ſi ſol ſiſteretur, lucem in eodem aeris ſpatio diffuſam continuè conſervaret, ſed non tolleret, quin luci modus formæ præterlabentis ineſſet, quæ per manentes radices in ſubiecto aere minimè figens, ad alienam tantùm ſolis præſentiam durat, ad abſcendentis abſentiam extemplo perit. Itaque propheriæ lumen non habitus, ſed impreſsionis interpolis inſtar habet; ut ꝓpheta ſemper nova revelatione numinis indigeat: quod & ſacra hiſtoria ſignificat de Samuele, quem cuncti de abditis conſulebant, dicens,
1. Reg. 9. c Dominus autem revelaverat auriculam Samuelis ante
4. Re. 2. b unam diem, quam veniret Saul: ac de Eliſæo donato du
c. 4. e. plici Eliæ ſpiritu ex eius perſona referens, Dominus celavit à me, & non inducavit mihi; cauſam videlicet amaritudinis Sunamitidem hoſpitam affligentis. Atqui ſi
S. The. 22. lumen vaticinum velut habitus permanens ꝓphetæ in-
q. 176. a. 2 eſſet, quo pro voto uti poſset, dei myſteria quæcunque
ad. 3. naturalem intelligentiam exuperantia penetrãdo, quid foret, quod haud noſſet? menſuram planè viatori generaliter præſcriptam tranſcenderet, & quod ꝓprium perſeveraturæ ſemper felicitatis eſſet, antecaparet. Nam & puri viatores qui putantur peculiari dei munere divinã eſſentiam intuiti, ut legifer Moſes, & Paulus gentium apoſtolus id raptim adepti, non perdurãtem felicitatis ſtatum, ſed eius inchoationem tranſeuntem aſſecuti nõ

omnia novere quæ beati permanentes perſpiciũt: & ter minũ nõ plenè cõſecuti, adhuc in via ſimpliciter gradiebantur, & ut ita ꝓcul poſiti prophetiam habere potuerunt, qua & deinceps eguere ad altiſsima dei ſecreta intelligenda. Sed quid pręſertim prophetica lux præſtet evidenter vatis intellectui cognitum, diſquirendum eſt: ampliorem quippe prophetis erga divina myſteria evidentiam fore conſentaneum eſt, quàm cæteris fidelibus quos velut magiſtri anteeũt, quib⁹ què licet ſacræ fidei dogmata credita ſint, eſſe tamen digna fide divinis miraculorũ ſupernorũ teſtimonijs evidenter certum eſt, ut ſuperius indicavimus. Potiſsima porrò divinæ religionis myſteria ſunt ad ſubſtantiam deitatis accidentium exortis pertinentia, quæ ut exacta expreſsione cognoſcantur ex proprijs evidenter, quatenus cõditi cuiuſquſque intellectus vires nativas ſuperant, exigiunt ut eſſentia ipſa diuina ſimplex per ſe intelligentiæ ſubvectę in altum creatæ mentis liquidò conſpiciatur; quod ad patriæ beatæ ſtatum potius quàm ad viæ curſum, in quo prophetia verſatur, ſpectat. Aliôqui ſi eſſentia, quæ indiviſibilis nec accidentiam ferens cuncta ſubſtantialia unitè continet, evidens intelligentiæ nõ ſit, ne illa quidem evidenter intelligi queât, inſpectiva ſane cognitione, de qua ſermo eſt, quæ obiectum in ſe oblatum percipiens vireis creati cuiuſvis intellect⁹ excedit. Nam quæ deum in aliena effectuum longe divina ſublimitate inferiorum ſpecie percipit intelligètia, genuinam vim intellectus conditi non vincit: quinimo evidentiæ quę ita ſumi valeat, modus ei german⁹ eſt, dum per impariles effectus extrarios propriorum apprehẽſionem venatur. Ea itaque divinæ ſubſtantiæ myſteria naturalem intellectus.

*Su.c.6.ad fi.*

*Lib.1.the. c.7.*

*Lib.3. the c.11.*

*Su.c.6.ad fi.*

*Sup.c.1. poſt ma.*

lectus creati facultatem ſuper eminentia vates prophetico lumine haud evidenter penetrar, qũm dei eſſentiã non intueatur illa complectentem: qnamvis ea certa & digniſsima fide noſcat evidenter ob dei veracis illa revelantis teſtimonium evidenter cognitum. Siquidem & in diſciplinis naturalibus collecta theoremata nunquã evidenter cognoſcuntur ſcientia parta, ſed aſſenſu appo-
Caï.2.2.q 171.4.2. ſito creduntur, niſi evidenter intelligantur principia cõtinentia concluſiones virtute, ipſarum que cum principijs vim ſuam uſque ad eas porrigentibus coniũctio evidens intuẽti intelligentię ſit. Quanvis autem prophetis divinæ ſubſtantiæ ſecreta eo modo evidẽter cognita nõ ſint, aſsimilia que concarnati verbi, & euchariſtiæ myſteria, talia que naturalem intellectus conditi potentiã ſupergreſſa: par tamẽ eſt, ut eorũ quę ipſis revelata ſunt, expreſsiorem hauriant à deo revelante notitiam, quàm vel eruditiſsimi reliquorũ fideliũ ſtudio habeant; qui cęteris rudiorib⁹ ſic pręſtant, ut quę ij velut in cõfuſo credẽda percipiũt, docti diſtinctius, explicatuis, exacti⁹ apprehendant perſpicientes quouſque veritas dogmatis cuiuſque tendatur, & quatenus ab eius perpenſa norma per errorem declinetur. Verùm cuncti ſuo quiſque gradu arcana ſuperna ob teſtimonium primæ veritatis aſſerentis credunt. Id verò teſtimonium veris miraculis in id editis viſis que, ſive perſenſis, aut eorum qui ſic percepere, indubia ſuccedente relatione cognitis reli
Vi.S.Th. 3.cont.gẽ. c.154. qui velut evidens accipiunt: at vates primam veritatem myſteria teſtantem interius prophetico lumine intelligentia evecta deprehendunt, id quippe quò diſcrminẽtur a cæteris omnibus reſtat. At exploratio deprehendentis deum pręter ordinarium conditarum omnium

rerum inſtitutum continuatum que curſum aliqua pe-
culiariter operantem, veluti tanquam primam veritatē
arcana conditas mentes excedentia pandentem, poteſta
tem nativam cuiuſcunque intellectus creati ſuperat; &
participatum à deo tantùm autore lumē flagitat, quo e-
lata inferioris intellectus acies divinam celſitudinem ſe
ſe ita inſinuantem agnoſcat. Id que nihilo ſecius neceſſa
rium colligitur, ſi ad eum modum deus per ſe quę aliô-
qui naturali via diſci queant, manifeſtare cupiam velit;
qùm ea ſpecialis dei extraordinaria operatio inter ſecre
ta præſertim ſit acumen conditi cuiuſvis intellectus vin
centia. Atque id eſt deum ſe ſe vati revelare, nempe ſpe-
ciatim operantem, extraordinarie que reſerantem ſibi
placita intellectui prophetæ ſupera luce ſublevato cate-
nus ſe perſpicuè, ac evidēter oſtendere: vnde & arcana
retecta revelata dicuntur. Atqui ad hoc quòd evidenter
deus quatenus operans cognoſcatur, non opus eſt eſſen
tiam eius conſpici; ſed ſatis eſt proprium eius effectum
evidentem noſci: vt ex creatione conditorum nota creā
tem efficacię illimitatę deum eſſe ſcientia exacta liquet. *Lib.1.Th. c.6.7.|lib. 3.c.4.*
De proprio autem effectu dei ſe revelantis menti vatis
iam iam agemus.

## C. 10. *Inſtinctus differt à prophetia, quæ tum abſoluta, tum cauſalis eſt.*

VArijs planè modis mentes vatum à deo
tangi compertum eſt, qui ad duos præci-
puè redigūtur. Potior eſt, quo prophęte in-
tellectus à deo inſtituitur per expręſſam re
velationem, ita ut prophetico lumine noſcat evidenter
teſtatum puidpiam à deo ſe id reſerare indicante. Ac dē

his

his quę hoc modo traduntur, vates ſtabiliſsimam certi-
*Su.c.6.ad* tudinem habet, qùm palā aſſertis à prima veritate neuti
*ſi.* quam falſitatis periculum ſubſit. Inferior modus eſt,
quo per inſtinctum quędam ſive impreſsionem obſcu-
riorem ſic de quibuſdam inſtitutionem in animum in-
ducit mens, ut non plenè diſcernere valeat, ea ne divino
inſtinctu, an proprio, alienove ducta ſpiritu cogitarit.
*S. Aug. 2* Nam & inſtinctus tales mentes etiam neſcientes quan-
*in Gen. ad* doque patiuntur. Et licet à diuino inſtinctu falſum non
*lit.* procedat, quia tamen qùm adeſt, plenum primi autoris
quidpiam teſtantis indicium nō pate facit ſed commu-
nes notas cū inferioris ſpiritus inſtigatione poſsidet, mē
tem non prorſus de cogitatis certam, nec de deo reſeran
te indubiam reddit, ſed ambiguam ac ſuſpenſam relin
quit. Eſt itaq; huiuſmodi inſtinctus imperfectum quid
dam in genere prophetię interdum vatibus cōtingens,
qui aliâs potiori modo perficiuntur, interdum alijs qui
*Ioan.11.g* ad eam perfectionem à deo non perducūtur, veluti Cai
phę de Chriſti leto univerſis expediēte. Quòd vero prę
ſtantioribus prophetis, qui eo nomine abſolutè digni
ſunt, inſtinctus talis nonnumquam eveniat, inde con-
ſtat, quòd ſimilitudine īferioris inſtigationis aliquādo
ſuggeſta eſſe à deo ꝓphetię ſpiritu ſuſpicātur. Sic Nathā
*2. Reg. 7.* propheta Davidis animum de templo conſtruendo ex
propria, quaſi ex mente dei comprobavit, ſed poſt à deo
correctus id ſucceſsori Davidis reſervatum vaticinatus
*Act.16.b* eſt. Itidem Paulus apoſtolus qùm tentaret ire in Bithy-
niam velut à deo ad evangelizandum actus, à Spiritu-
ſancto Ieſu permiſsus nō fuit. Differunt pręterea hi mo
di, quòd qui pręſago aliquo inſtinctu movētur ad quid
piam exiſtimandum, dicendum ve aut faciendum, non
modò

mo:lo non neceſſe eſt,ut id ſibi divinitus revelatum cognoſcãt,etiam ſi à deo proficiſcatur;verùm nec ut intelligant;quid ea ſigna cogitationis,verbi,operis denotent, quid ve per ea deſtinet ſpiritus ſanctus deſignare. Qum verò revelatio expreſſa modo potiori prophetiam propriè,nimirum perfectam præſtat, vates prophetico lumine non tantùm percipiunt evidenter deum interius cientem,indicantem que ſe quidpiam arcanum exhibere,quod interdũ dicto aut facto etiã exterius ꝓponatur; ſed & intelligunt perſpicuè,quid per ſimilitudinem intus foris ve propoſitam deus ſignificet, prout ad tale vaticinium pertineat:ut qui ſanè in prophetia reſerare ſe oſtendat,ſecreta intellectus conditi naturalem aciẽ excedentia.Ita que non eſt perfecta prophetia, cui eiuſmodi cognitio deeſt:ut & vir deſyderiorum comprobavit, inquiens,verbum revelatum eſt Danieli,cognomento Baltaſſàr, & verbum verum, & fortitudo magna;intellexit que ſermonem:intelligẽtia enim eſt opus in viſione. Tametſi autem aperta intelligentia opus eſt in prophetica viſione;nihilo ſecius quia ꝓphetæ mens inſtrumentum quadam tenus dificiens eſt à primæ veritatis pleniſsima revelatione,quæ in patria felici habetur; etiã veri vates non cuncta noſcunt,quæ in eorum viſis, dictis,factis ſpiritus almus comprehẽdit, & ſignata vult, ſuperno prçſidio cùm ſibi placuerit,palam eruenda.Ex ijs vero plura pauciora ve prout ſummo conſilio decrevit,prophetis pandit:ſed ut minimùm,declarat,quę ad ſingula quæque vaticinia peculiariter pro ſpeciali cuiuſque conditione ſpectant ; pro ut ijs aliquid propriè à deo revelante debet reſerari. Quædruplex namque vaticiniorum forma conditio ve diſtinguitur, prædeſtinatio-

*Dan.9.g.* *10.a*

*Su.cap 9. poſt prin.*

tionis, præſcientiæ, promiſsi, comminationis. Futura prout in ſe ipſis quandocunque ſunt, itidem, at que in *Lib. 3. the c. 7.* cauſis ſuis deus æterno prænovit, ſed prout in ſe ipſis ſint, velut à primo autore in cunctis eſſe ſortitis operante facienda prædeſtinat, ut verò a libero mentium arbitrio conditarum executioni mandanda, præſcire dicitur, quæ tum bona, tum prava eſſe queunt culpæ participia, quæ in deum uti cauſam non cadit: ac proinde *Lib. 3. the. c. 8. c. 11. ad fi. Su. c. 8.* prædeſtinatio, non niſi bonorum eſt, quæ proprius ad electos in felicitatem attinet. Prout verò in cauſis definitis, contingentibus ve ſunt, Deus noſcit ſtatos effectus, vel contingentes & evitabiles eſſe, non determinatos, cauſis ad utrumvis oppſitorũ evẽtuũ ex æquo ſe habentibus: quanuis etiam ſciat in quam partem contrariorum ancipites cauſæ inclinaturæ ambiguitatem ſuã altero ex adverſis tandẽ arrepto re determinaturæ ſint. Inter contingentes autem cauſas præcipue libera volũtas collocatur, quæ conditis mentibus pœnam pro culpa, pro rectè factis præmium à moderatore potiſsimè ſupremo re poſcit. Qum itaque primus cũctorũ autor orbem univerſum iuſtiſsimè temperãs ſubditis animis pro iuſtis actibus præmia pollicetur, pro delictis ſupplicia comminatur, ordinem cauſarum ad effectus notat, nempe iuſtę actionis ad præmium, pravę ad ſupplicium. Quia verò hæ cauſæ cum aſcriptis effectibus, prout ad liberam cauſam voluntatem referũtur, contingẽtes effectus ſunt, impediri queunt, voluntate liberè declinante à virtute, ac præmia virtuti repoſita ſic amittere commerente, aut contrà per dei opem ac pœnitentiã peccata refutante, virtutem amplectente, ac ita pœnas criminibus debitas ſecundum dei clementiam vitante.

Igi-

Igitur ubi propheticę denunciationes pręſcientię ſiunt, ſub qua & prædeſtinationis clauditur, ut ad omnes futuros eventus, prout iu ſe ipſis ſunt, præſcientia divina extenditur: opus eſt, ut menti vatis explicetur abſolutè, ac particulatim eventurum, quod prorſus futurum eſt, ſicut Iſaiæ revelatum eſt, quod regi, domuiq; Davidis dixit, Dabit dominus ipſe vobis ſignum, Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Nec minus qùm arcana ſive pręterita, ſive in præſenti conſiſtentia, etiam ad ſubſtantiam divinā pertinētia ſingillatim prophetis refert, oportet, ut quę maximè cuique myſterio propria ſunt, elucidet, veluti myſterio unius eſſentiæ divinæ cum hypothaſeon trinitate Iſaiæ reſerato, nimirum ea, ſine quorum explicatione germana ſecretum confuſum, nō expreſsum habeatur. At ubi vaticinia pollicitationis, aut minarū de pręmijs, pœnis ve offeruntur, non ut de proſperis vel adverſis eventuris abſolutè, quorum idem eſt, ac pręcedentium prorſus futurorum iudicium, ſed prout ad cauſas referūtur effectus: ſatis eſt, vt vati mutuus is ordo pandatur liquidò inter cauſam, effectumq; expreſſà intercedēs; nec neceſſàrium eſt, ut reveletur, ſit ne omnino effectum eventurum, nec ne, item què cauſa ne penitus duratura ſit, an amolienda, ut vel cōſequatur effectum ipſam perſiſtentem, vel impediatur. Sic Ionas prophetica revelatione Ninives malitiam, & ſubverſionem futuram in illa tanquam in cauſa debitum everſionis ſuppliciū exigente perſpicuè novit, ordinem cauſæ ad effectum flagitatum intelligēs, ita ut ſi ea ad quadrageſsimum vſque à prædicatione diem perſtaret, excidium traheret. Nō tamē deprehendit, an ſi Ninivitę pœnitētiam pręoccuparent,

*Iſa. 7.c.* *Iſa. c. 6.* *Iona. c. 1.* *Iona. c. 3.*

parent, diſcrimine forent eripiẽdi, quanvis id fore apud ſe ſermocinatus exiſtimaret, pro dei clementia explorata, qua in ignoſcentiam, quàm in vindictã pronior eſt, ut ipſe vates poſtea cum deo expoſtulans aſtendit. Rurſus inter ſecunda Iſraelitis eventura videtur multa Moſes cum cęteris vatibus vaticinatus in cauſis, hoc eſt religionis ſtudio, & erga deũ pietate prævidiſſe, veluti mercedis inferioris loco pro legis veteris imperfectiori ſtatu; quæ quòd abſolutè prænuntiaua non ſint, haud mirum eſt non eveniſse ſublatis cauſis ob Iſraelitarum in deum ingratorum admiſsa ſcelera ſive prophetis interdum cum infelici ſucceſſu ignota, ſive pręnota interdũ, ut varijs in locis animadvertere licet. Eadem cenſenda ſunt de quibuſvis alijs effectis, ſive per ſe contingentia ſint, ſive ſortiantur ſui neceſſarias cauſas in ſe tamen cõtingentes, vel evitabiles, quibus quoquo modo præpeditis, effecta quoq; impediri poſsint. Ita Iſaias Ezechiæ letali morbo laboranti prædixit; Morieris tu, & non vives: quòd eius cauſę mors neceſſarius effect⁹ foret. Morbus vero licet vitiata corpus conſtitutione naturali neceſsitate adeſſèt, erat cum illa evitabilis quanvis non potentia naturali, ſed ſuperna, inſtaurata recta valetudinis diſpoſitione, cũque morbo nex etiam evitabilis; quod prorſus futurũ vates primùm non præuidit, paulo mox deo revelante prænuntiavit; ſed nec abſolutè conſecuturum letum, quin potius prout in cauſa continebatur, deſignavit intuitus prophetico lumine deo reſerante collato, cui falſum ſub eſſè non valet. In cunctis ergo vaticinijs & ſi numen pro immenſa ſapientia plurima denotãda myſteria quit includere, quæque ſibi placeat ex ijs, vati aperire: non tamen eſt neceſſarium ut in quovis in-

*Ion. c. 4.* (margin, beside "ut ipſe vates")
*Iſai. c. 38.* (margin, beside "ditis, effecta")
*4. Reg. 20. a.* (margin, beside "deo revelante")
*Su. eo. c. pr.* (margin, beside "lato, cui")

intellectui prophetæ aliud explicet, quàm quod ad oraculi ſpecialis peculiarem materiam, conditionemq; vel cauſalem, vel abſolutam iuxta verborum interius, exterius ve oblatorum, aut ſignorum germanam expreſsionem ſpectat. Is primarius ſenſus, & intelligentia genuina vaticinij eſt, id que ita vates à deo reſerante, ſeque revelante teſtatum lumine propætico evidenter agnoſcens, ut & quid vis à prima veritate aſſertum expreſſè cognitum, indubiè certiſsima cōſtare veritate recognoſcit, & cæteris aſſeverat. Quod ſi narrata oracula nō diſſertè ac planè ſignificanter, quid ſibi diſcretè velint, referentis ſermone aperiant, qùm plerunque non omnia dicta geſtave relata habeantur: ſagaci ſolertia ſub dei ope implorata exploranda vaticinij ſecreta intelligentia eſt. Nam prophetiæ quæ abſoluta deprehendatur, ſenſus proprius eſt, id quod verbis, ſignis ve accomoda, nativa que ſignificatione notetur, abſolutè ſic eſſe, vel fore prorſus eventurum; eius verò quę cauſalis perſpiciatur, legitimus eſt ſenſus, quod inferiorum cauſarum ſive naturalium, ſive liberorum actuum denotata diſpoſitio exigit, ut propoſitus effectus eveniat, ſive re futurus ſit, ſive alia de cauſa non ſit. In cūctis expoſitis nō aliud habetur, quo prophetiæ ratio, ſeu eſſentia compleatur, niſi divini luminis impreſsio, ſub qua intellectus motus & illuſtratus percipit exacta intelligentia, & recta certi iudicij determinatione arcanum quidpiam ſuper naturale à prima veritate retegente, ſive revelante expreſsè aſſertum. At qùm vates dei eſſentiam non inſpiciat, non niſi ex effectu, operationequè propria illum evidenter noſſe quit, ut agentem ſe, ſua que ſecreta retecta, teſtata què revelātem. Talis vero eſt immiſsa intel- *Sup.c.9.* *Su.c.9.fi.*

lectui

lectui ſuperni luminis impreſsio à ſolo autore primo ſe ſe ita inſinuante menti profecta, ut antea indicavimus. Sed quib' indiciis queat ſemper à propheta internoſci, & à quibuſvis alijs impreſsis intellectualis affulgentis cognitionis motibus diſcerni, non alia via ſe offert, quã illapſus divini à deo ſolo fluentis, ac ſe menti apertè indicantis. Illabi autem deum conditis non aliud fore accipitur, quam intimè eſſe, ac intimè operari, quod potiſ ſimè dicitur erga mentes, in quibus altiora, quàm cæteris autor operatur, qui per præſentiam, virtutem, eſſen-
*Li.3.the. c.7.* tiam que ſuam, quæ ipſius eſt actio, penitiſsimè incunctis eſt. Deus itaque intellectui vatis ſic illata luce illabi
*Iere. 23.* tur tanta, tam claravi inſtar ignis penetrans, & corripiens, qualem is ab autore tantùm ſuo in opere exeri quire perſpiciat, nota cunctis alijs inimitabili.

## *Cap. 11. Modi prophetiæ, & eius à fallacia diſcretio.*

VT autem hæc latius pateant, modi, quibus prophetia contingat, diſcutiendi ſunt, ac ſupponenda in primis quæ cunctis prophe ticis revelationibus communia ſunt, ut ad ſingularũ peculiaria diſcrimina veniamus. In omni pro
*Sup.c.8.* phetia intellectui vatis à deo ſupernum lumẽ imprimi-
*fi.& c.9* tur, quo à prima veritate revelatũ quidpiã nativã ſuã aciem ſuperans tũc agnoſcat apertè certiſsimã de reſerato iudicij rectã determinationẽ exerẽs: qua perceptione ꝓphetię ſubſtantia perficitur. Prius verò deus diſponens o
*Sapi.8. a* mnia iuxta ꝓprium cuiuſque modulũ ſuaviter, mentẽ rationis participẽ ratiobili motu ad ꝓphetiam excipiendam excitat, volũtatẽ ope ſua inſpirans, ut attẽdat intellectũ, intentũq; ac ſublatũ reddat ad apprehẽdẽda ſublimia dei arcana. Nec enĩ in liberoarbitrio prę ditis, quorũ

 natu

natura poſcit, ut ſponte moveantur, prophetiam haberi quaſi per influxum in intellectum deſcenentem, ſine libera ipſorum operatione tanquam pręparatoria conſentaneũ eſt. Quouſque rurſ⁹ in omni ꝓphetia vatis intelligentiam ut minimũm extẽdi opus ſit, iam explicuim⁹. Hæc ubi adſunt, prophetia exhibetur, etiam ſi vati non alia viſa ſpecies ve promantur de novo, ſed vel alijs oblatæ aperiantur. Sic Ioſeph ꝓphetico ſpiritu ſomniũ Pharahonis, Daniel Nabucdonoſoris, ac ſcripturã Baltaſſari oſtenſam prophetia diſtituto interpretatus eſt: ſic dominus apoſtolis aperuit ſenſum, ut intelligerent ſcripturas ſacras, ad quod pertinet interpretatio ſermonum ſpeciatim dicta eiuſdem ſpiritus lumine collata, quæ etiam ad variorum idiomatum explicationem tenditur. Quandoque autem prophetica revelatio fit non per ſolam vaticini luminis influentiam, ſed & ſimul per ſpecies recens immiſſas, ordinatas ve, ſive oblatas exterius veluti viſas, auditus ve, aut aliter ſenſibus exteris acceptas, internis que uſque ad intellectum tranſmiſſas: ſi ve internis ſenſibus inſcriptas, velut in ſomnis obiectas, qualiter & vigilantibus obtendi queunt, unde ad intellectum permeent, ſive intellectui pręſertim inditas, quibus tamen pro compoſitæ humanæ naturæ conditione ſubſerviant oportet reſpondentia ſimulacra æſtimativę cum alijs facultatibus, ut in ſuperiorib⁹ traditum eſt, & ſenſus exteri ſubminiſtratio ad iudicij dein certitudinẽ capiendam. Prius nãque natura ſpecierum oblatio eſt, quam intelligentiæ determinatio, quæ illam conſequi nata eſt; ſed etiam interdum ea tẽpore præcedit, ut qũm inter ſomnia evenit, in alia ve alienatione ab externis ſẽſibus abducta, ſicut & ubi quocunque impedimento

*Su.c.10.*
*Gen.c.41*
*Dan.4.5*
*Luc.24.*
*1.Cor.12.b.14.*
*Su.c.4.*

exacti uſus rationis homo impos eſt, quæ quo quomodo intelligit, nõ perfecta determinatione iudicans. Poſt modum quippe ſui compos expedita vigilia redditus per ſpecies prænotas memoria intellectuali, ſenſiliq; ſubſerviẽte reſervatas, denuo excitas poteſt intellectu, ſenſilibus facultatibus internis, & exteris miniſtrantibus de præcognitis non ſecus, atque de relatis ab alio prius perceptis certum iudicium ferre, ac ſub prophetico lumine deſuperantibus naturalem intellectus vim, certiſſimum. Ita Iacob quùm evigilaſſet viſa in ſomnis ſcala pertingente à terra in cœlum, cui deus inniteretur, angelis ſubeuntibus ac deſcendentibus, ait, Verè dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Salomõ quoque ubi per ſomnium optatam à deo ſapientiam impetraſſet, evigilavit, & quod eſſet ſomnium, intellexit. Cæterùm incũctis enumeratis prophetiæ modis, nõ opus eſt alienationem à ſenſibus exteris præcedere, niſi vbi formæ imaginariæ internis ſenſibus ita inſculpuntur, ut non pro ſimulacris, ſed pro rebus quaſi præſentibus capiantur. Siquidem de abſentibus, ut curia Romana, Salmanticenſique academia per phantaſmata repoſita memoriæ nõ tanquam de præſentibus, ſed quales antea fuere præſentes, cogitamus. Atqùm præſentia ſenſibus extrarijs, qui ſoli cum communi tantùm præſentia percipiunt, offeruntur, ad ſe trahunt internas ſimilitudines, ita ut non ad alia, velut præſentia repræſentata referri aptè queãt. Quo circa ut id fiat, abſtractionẽ à ſenſuum extera functione intercedere neceſſarium eſt: vel perfectã, ubi nil foris apprehendatur, vel imperfectam, ubi parum ad exteriora homo attendens vix imaginata diſcernat ab ijs quæ velut in præſentia ſenſibus externis accipiuntur.

*Su. c. 3. ad fi:*

*Gen. 28.*

*3. Reg. 3. c*

Placet

Placet autem numini non raró huiuſmodi abalienationem vaticinijs præmittere: ne diſtractus homo in alia obiecta intentè verſanda, ſenſilia præſertim vehementē aliquem affectum velut iræ, aut cupidinis cientia, malè aptus redditus ac depreſſus impediatur à mentis ſublatione maxima ſuſcipienda, quę ſpiritali divino influxui capiendo neceſſaria eſt ab inferiorum occupatione quo ad eius fieri queat, exſoluta. Præter ſedatos autem corporis motus abalienatio etiam humanę naturę imbecillitati ſuaviter moderandæ idonea eſt ad obiectas à deo ſimilitudines ſuſtinendas, qùm ita inſtar inſomnij offerātur, quo ſolemus vel inſueta vigilię ſine moleſtia excipere, qualia in expedita vigilia oblata non niſi ægrè ferremus. Denique uſui eſt, ut amplius vates nil ꝓprię intellectus inventioni, uti liberè non operantis in myſterijs divinis deſignandis, ſed univerſum à principio vſque primo autori acceptum ferant. Poſtea verò in iudicio cō ſummando opus eſt ſupernum lumen ſuperminere, uſum que rationis exactum expedita in vigilia exertum ſubſterni, ut & rationabilem naturam divinæ revelationi ſupponi. Vnde inſani, & in ſumma pleno rationis iudicio deſtituti ad propheticam inſpirationem ſubeundam neutiquam diſpoſiti ſunt. Alias vero naturalis complexorum humorum temperiei diſpoſitiones, quibus errantes ethnici vaticinam vim, ut & certis locis, ac flatibus aſcripſerunt, deus minime requirit, ut pote qui & ſupernaturalem effectum, ipſam prophetiam producat, & cum effectu congruam eius diſpoſitionem valeat inducere. Aliarum autem ineptitudinum ad mores præcipue ſpectantium cauſam iam deteximus, ex qua fieri poteſt, ut pravus propheta- Su .c.4.

phetiæ dono aptus non ſit, qui ſanè improbis percitus affectibus idonea tranquillitate careat qua ſi aliunde velut ob ſeceſſum, ſpeculationem, temperamentum ve placidum potiatur, non eſt cur nequeat cum gravi aliquo delicto, vitio ve ſicut elationis, vaticinij munus habere ad veritatis oſtenſionem intellectui, non ad virtutis poſseſsionem voluntati collatum. Verũ tamen eſt aliquod eſſe hominibus futurorum naturale præſagium, non animæ nativa vi, ſed experientia comparatum in cauſis effect' frequenter evenire ſolitos præſumens, velut ex aeris mutatione pluviam ſecuturã conijcimus, ex pluvijs anni ubertatem: qui eventus cum ſæpe fallant, liquet, quàm hoc predictionis genus à verę ꝓphetiæ ineranti celſitudine deſciſcat. Idque apertius inde conſtat, quòd brutæ animantes huiuſmodi præſagiorum notitiem prę ſe ferũt, qua de re apud naturales ſcriptores collecta plura videre licet: nec rarò tali prȩcognitione hominib' prȩſtant circa diverſa occupatis, qui per quietem aptiores ſunt ad modicas etiã impreſsiones percipiendas, indeque rationis excellentia effectus ingruentes venandos. Ad hęc quia prophetica revelatio à patriȩ felicis claritate declinans obſcuritatem nõnullam intelligibilis veritatis præfert; licet non impropriè prophetia ſit, imo nobiliſsimum ſortiatur modum, quę per intellectualia ſupernę veritatis ſpecimina ipſam inſpicit prȩter imagines ſenſilibus facultatibus denuo impreſſas, qualiter pſalti regio divina myſteria revelata cenſentur: proprius tamen prophetia eſt inferioris modi, ubi ſimulacra, ſigna ve rerum ſive foris, ſive interius producta, ordinata ve recenter ſenſibus offeruntur. Hæc autem infimum in inſomnijs modum nacta

*Plin. lib. 18. c. vlt. Virg. lib. 1. Geor.*

*Sup. c. 9. prin.*

præſtantio-

præſtantiorem in vigilia exhibet,ubi nondum à ſenſili bus exteris advertendis abſtractum hominem altiore ſua efficacia ad ſuperna inſpicienda corripit. Rurſus eo potior eſt, quo ſigna oblata expreſsiora reddit, inter quæ principem vim verba obtinent, explicatius quippe ſeptem ubertatis anni verbis hiſce, quam ſeptem ſpicis pullulantibus deſignantur. Dein altius effertur, cùm quaſi prophetiæ principium revelans proprius notans objicit vati colloquentem, vel quippiam demonſtrantem, eo que ſublimius, quo celſiore ſub ſpecie velut angeli, vel ad ſummum dei converſantem inducit. In cunctis his prophetiæ miniſterium electorum angelorum admittit hactenus, ut ij queant exterius ſimulacra vel ſigna efformare, ac imbecillitatem humanam ſublevantes inſtituentium modo percipienda exponere pro inferioris naturæ captu; interius que humores ciere, variè que diſponere, itemque ſubtiliores vapores ſpiritus appellatos, unde in ſenſuum organis ex veſtigijs repoſitis diverſę formæ reſultent: ſed & reſervatas ſpecies, ut imaginativæ ac memoriç in actum excitatas denuo aliter, atque aliter ordinare quòd & noſtrę poteſtati ſubeſt, unde ſicut ex multiplici earũdem literarum ordinatione differentes nimium intelligentiæ proveniant. Sed ꝓpheticum lumen à ſolo deo protinus intellectui vatis infunditur, quo ſubvectus in expedita vigilia deo revelante reſerata ſuperna ſecreta certiſsima iudicet, alijsq; ita uti rationabile numinis inſtrumentum denunciet. Itaque vates à deo inſpiratus prophetica illuſtratione revelata myſteria expreſsè intelligens ſui prorſus compos certa iudicat, ac reliquis enuntiat, ex proprio ſenſu, mẽte que quieta quid loquatur, noſcens. Qua propter qui per-

*Lib.3.the c.10. poſt me.*

*S.Tho.1.q 111.a.3.*

*Su.c.eo. pr.med.*

perturbata mẽte inſtar delirãtium aut arreptitiorum ra
tionis impos non ſua ſponte, ſed ut omnino ab alio act*
vaticinia ineruditis exiſtimata profatur; longè alio, quã
2. Tim. 2. cap. divino ſpiritu percitus habẽdus eſt, in errorem cæteros
mittens, & errans. Id apoſtolus ſilentio non præterijt, in
quiens, Spiritus prophetarum prophetis ſubiecti ſunt,
1. Co. 14. f. nimirum ut & ipſi mentis compotes ſint, & valeant li-
berè loqui, & vicißim tacere, ac vates alios audire, ac di-
iudicantes comprobantes què ſuſtinere. Imo etiam ſi
quando ſenſuum alienationem præcedere numini pla-
cuerit, quam propheticum iudicium, ac denũtiatio ſpõ-
tanea ſequatur; in illo mentis exceſſu nil inordinatum,
indecens que ab autoris ſumma virtute proficiſci par eſt,
ut neque in toto ꝓphetico negotio, neque in univerſis,
quatenus ab illo manant. Is igitur qui rationabilem na-
turam à ſe conditam perficere curat, non deſtruere, non
violare, non dedecore afficere, propheticum exceſſum ſi
ve abalienationem pacate ac temperanter evenire faciet
per aliquam ordinatam cauſam vel naturalẽ ut ſomniũ,
vel ſpiritualem ſive inferiorem, ut contemplationis ve-
hementian, ſive ſupernam, ut divinum raptum. Vbi er-
go ſenſuum exteriorum uſus citra ſomnium ſuſpendi-
tur cum dißipatione naturæ inordinata vix ac ſero repa
rabili, corde intemperatè ſaliente, membris irrequietè ia
ctatis, veſtibus abiectis aut laceratis uſque ad verendorũ
denudationem, alijs que violentiæ validæ indicijs, ut ge-
mitibus inconditis, ſpumis que editis: non alienatio pro
phetica exiſtimanda eſt, ſed vel gravis morbus, vel fictio
ſubdola, vel diabolica illuſio ab hoſte humani generis
non ſine corporis nocumento procedens. At quia non-
nulla ſacris relata literis accidiſſe veris prophetis, adver-

ſari dictis videntur, ijs ſigillatim ſatisfaciendũ eſt. Saul mutatꝰ eſt in virũ alium, qùm occurrẽs cuneo propheta rum pſallentium varijs muſicis inſtrumentis inſiliente in ſe ſpiritu domini ꝓphetavit. Ea tamẽ mutatio magis ad cor ſive animum, ut eodem loco explicatur, quàm ad corporis membra, ut manus, pedes, vultum refertur. 1.Reg.10

Quanvis vultus quoque pro divini ſpiritus energia clariorem acrimoniam præ ſe tulerit, qualem in vultu & flammeſcentibus oculis nitorem concionanti Servatori emicãtem intuiti familiares furorẽ rati ſunt, ſicut olim ſtulti prophetas inſanos ducebãt. Cecinisſe quoque Saulem, & ſaltatione chironomia tripudiaſſe in laudes numinis gaudio mirificè affectum pro gentis more minimè abſonum eſt, ut & aliâs cũ Samuele, Davide, cuneo que prophetarum vaticinantiũ poſt miſſos tertios nuntios pariter prophetantes progrediens vaticinatus eſt nudus qùm etiam ſe veſtimentis expoliaſſet. Id autem non ita ſumendum eſt, ut penitus nudus manſerit, ſed ſimplici lino amictus depoſitis regij faſtus veſtibus, quo & divinę dignitatis faſtigium, & ſyncerisſimum candorẽ ſum misſus & candidatus agnoſceret. Mar.3. Verſ.21. 4.Re.9.c 1.Re.19.d.

Quemadmodum vates David in pompa coram arca dei muſicis organis pſallens, ac totis ſaltans viribus ephod interula linea fuit accinctus, propterea que à ſuperbiente Michol per lœdoriam dictus eſt, quaſi unus de ſcurris nudatus. Iam quod ſublato ſacco, & calciamentis Iſaias propheta iuſſu dei tergo, ac pedibus nudis inceſſerit ad præſignandã Ægyptiorum, Æthiopum que ignominioſam & extremam captivitatem: non aliter accipiendum eſt, atque prout indicata captivitas exigeret, in qua quãtumvis trux victor ſit, ac rapax, pudenda velari exigua tænia verecũdiæ gra 2.Reg.6. Iſai.c.20

tia permittit. Itaque ſemucinctio medium cinxiſſe corpus Iſaias credendus eſt, ut qui execrationem latam in poſteritatem inverecundi Cham, & in pudibundos filios fauſtam Noe precationem noſſet. Denique non officit, quòd ad angeli ſub virili ſpecie conſpectum Daniel conſternatus, ac tremens dixit, Domine mi, in viſione tua diſſolutæ ſunt cōpages meę, & nihil in me remanſit virium; ſed & halitus meus intercluditur. Nam & id non rabidum pectus, & aggreſsionem violentam denotat, immo debitam humiliori naturæ depreſsionem agnoſcenti ſuperiorem poteſtatem pavido ſtupore: & ea, ut ſe beneficam demonſtraret, mox timorem faceſsere iubens, ac vatem tangens confortavit, is que roboratus convaluit. Quod verò alibi Daniel ait ſe lāguiſse, & ægrotaſse per dies, eò ſpectare poteſt, ut rem aliam geſtam velut hagiographus narret, vel ſi ad viſionē præmiſſam referat, non eius cauſa, ſed ob ſanctorum vaſtationem prænuntiatam dolore concepto accidiſſe indicet: ſicut & faciem ſuam immutatam cogitationibus conturbantibus ob præcedentis alius viſionis terrifica pręmonſtrata inquit. Secundum hæc plura diſcrimina inter veros vates, & pſeudoprophetas perſpici licet, itemque inter electos angelos, & deſertores ſpiritus apparentes. Licet enim angelis commune ſit pro ſublimitate naturæ occurſu primo humanæ imbecillitati metum incutere: ſancti continuò infirmitati medentes robur ſuggerunt, ſolido gaudio mentem delibutam reddunt, claram divinæ diſciplinæ illuſtrationem afferunt, igniculos ad virtutem cupiendam ſuaſione ſuppeditant, ad numinis colendi amorem accendunt, ac vitæ perpetuò manſuræ.

*Gen. 9. d.* *Dan. 10.* *Dan. 8. fi* *Dan. 7. fi*

Lucifugæ verò reprobi, dei à quo deſciverunt, & hominum adverſarij, quanvis ſe in angelum lucis tranſfigurare laborent, documenta inſitæ nequitiæ ſe ſe prodentia preſpicuè prębent. Vires quippe nõ inſtauratas prorſus, ſed male affectas, nec leviter labefactatas relinquunt; animum ex potiori parte deſolatum, & inani, cum maximè, lętitia de vanis rebus geſtientẽ dimittunt; quidquid aperiũt, curtè, malignè, invidè tradũt, ita ut intellectus offuſcatus, vel etiam falſus maneat; irritamẽta perpetim malorum inſinuant, ſtimulos que penitus adigunt, ut ad vitia trahant, à virtute retrahant, a numine abalienẽt, perituris mentem immergant, æternis bonis avertant. Talia indicia improbus dœmon ſenſim ſe retegentia non largiri nequit, quamlibet cautè fraudes occulet. Certiorem verò, ac celeriorem eorum explorationẽ diſcretio ſpirituum affert, quæ pars prophetię eſt, prout ad ſpiritus, an ex deo ſint, diſcernẽdos aptatur. Sed prophetiæ impreſsio à patre luminum immiſſa præterlabitur, non aſsiduè perſtat, niſi fortè ut extenditur ad ea quæ alioqui naturali ratione cognoſci quirent, altiori tamen modo per divini luminis illuſtrationem manifeſtantur; eatenus quippe modum permanentis habitus ſubire poteſt, ut linguarum omnium donum apoſtolis cõceſſum, & rerum naturalium ſcientia Salomoni per divinam revelationem infuſa, qualis & de rebus humanis ad actuũ humanorum directionem indi, ut & ſapientia de altiſsimis cauſis valet. Imo ut proprius ad res divinas creatam aciem excedentes tenditur, ad ea pertingit, quæ ſapientia peculiariter accepta luſtrat, nempe altiora fidei myſteria, quæ planius noſſe perfectiorum fidelium eſt; & ad ea quę communiter cunctis credenda proponuntur, quæ fides

*2. Co. 11. d*
*Vi. ſu. c. 8 poſt prin*
*1. Co. 12. b*
*1. Io. 4. a*
*Iacob. 1. c*
*Act. c. 21*
*3. Reg. 3.*
*1. Co. 12. b*

des amplectitur. Verùm ut ad alia proprie velut eventus
Sup.c.9. prophetia ſpectat, identidem à deo ſuperna illuminatio renovari eget: qua etiam actu ceſſante prophetæ dici po tuere, qui ex deputatione divina officio prophetico fungebantur, ſicut is cui deus dixit, Prophetam in gentibus
Ier.c.1. dedi te Inde pſeudo prophetæ oſtenduntur, qui de ſimilibus iugiter, vel ſtatis diebus, horis ve vaticinari parati ſunt.

## C. 12. De raptu, & ecſtaſi.

DE abalienatione porrò ſenſuum, intellectusquè, quę multis indiſcretè velut egregium quiddam celebrata imponit, fuſius prout inſtitutum poſcat, & amata ſemper brevitas ferat, diſtinguẽdum eſt. Atq; in primis ea miſſa facta, quã natura vel rectè conſtitua obſuam reparationem requirit, putà eam quæ in ſomno contingit, aut depravata valido morbo, cui velit, nolit, ſubeſt, ex cõſequenti neceſſario fert, veluti eam, quæ lethargo, phreneſi, delirio, inſania evenit: de illa dicamus quę vel ſuperiore poteſtate ſuſpendente cognitionem noſtram, vel ex inclinatione appetitus ad ea quæ extra ſunt, tendente, & cognitionem abducente accidit. Vocatur hæc eſtaſis, ſeu exceſſus, ſecundum quem quiſpiam extra ſuam ordinationẽ quadam tenus conſtituitur. Raptus autem peculiariter ſumptus, prçterea violentiam quandam deſignatam adijcit. Violentum verò dicitur, cuius principium extra eſt, ſubiecto paſſo nil conferente, ſed reluctante prout ab extero cogitur. Quare qui rapitur, ab exteriori aliquo corripiatur inquidpiam oportet, quatenus in id propenſione propria ſive naturali ſive voluntaria non tendit, imo adverſatur, vel termini vel modi ratione. Nam violentus

eſt mo-

eſt motus lapidis ſurſum iacti ad terminū cui renititur, oppoſitum infimi centri appetens; & motus deorſum proiecti celerius, quàm per ſe ferat modus gravitatis ei à natura tributus, quem ſervare cupiens, eatenus à diverſo refugit. Similiter dici poteſt homo rapi vel in id quod penitus averſatur, ceu moleſtias, & cruciatus; vel in ea in quę natura ordinat̃, velut ĩtellectualia, modo alio quàm qui ei naturalis eſt, ut per ſenſilia exteriora veritatem intelligat, nẽpe abſtractione haud naturali ab exteris ſenſibus per vim externam illata. Is raptus fieri divina virtute poteſt, & prophetis frequenter obveniſſe ſacris literis traditur, & uti potiſsimus eo nomine abſolutè uſurpato notatur. Quit etiam vi angelica vel dæmonum reꝓborum afferri, deo permittente uonnullos pro elationis inſyncerę culpa in eiuſmodi deceptionis diſcrimen incidere, cui periculo amplius obnoxij ſunt, qui raptus nimium deſyderant, & contemplationis immoderato ſtudio ſpiritibus ſenſorijs ſubminiſtrantibus ad intima verſis, & ab exteris ſenſibus proinde avocatis, abſtractionẽ ab ijs identidem incurrunt, & conſequenter mentis exceſsum, rationis certo iudicio ſublato, utpote ſui non liberè compotis, ubi exteri ſenſus adminiculum non ſub ſervit. *Sup.c.6.* Huiuſmodi exceſſus, ſeu ecſtaſis iam non in ſe poteſtati hominis ſubiacens, haud ita ſubit volũtarij rationem, ſed prout ad cauſam ſpectat, ideſt apetitum priorẽ liberum, cuius nimia cupiditas vi ſua imperatis alijs facultatibus noſcitivis alienationem invexit. Ecſtaſi tali ubi non iuxta rectam rationem, & virtutẽ appetita eſt, par eſt diabolicum ſupervenire raptum, qui nec tam facilè ceſset, & maiores fallacias ſubdat. Ita quippe contemplationis vehementia in ſpiritualibus adhibenda eſt, ut

conſy-

conſyderetur veritas, & in agnita vera bona voluntas dirigatur, quæ intellectum non quidem vagum, ſed præmonſtratorem ſemper expoſcit. Cætera quæ media ſunt, & rectè vel pravè geri, & appeti queunt, non aliter quærenda ſunt, quàm prout materiam virtuti ſuppeditent. Ecſtaſis itaque, ſive raptus etiam, per ſe nõ deſyderanda ſunt, ſed prout percipiantur numini, cui prorſus obſequendum eſt, placere, ad aliquid ſibi gratum menti ſignificandum. Sic enim & ſtudioſè, & magno cum merito amari queunt. Aliôqui in ipſis intercepto rationis exacto iudicio, & libero ſubinde voluntatis arbitrio, nec virtutis elicitus actus, nec meriti erga deum maximè conquirendus locum habet. Operante
1 Cor.13.b nãque charitate, quę non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſuut, deum demereri, magis quàm vel prophetia illuſtrari, & miraculorum præſtantia, etiam benefico ſanitatum dono effulgere expetendum eſt. Immo illa ob deum ſummum finem amatum ſimpliciter expeti debet, hæc non niſi ob illam curanda ſunt. Cæterùm ut evagationem mentis, quæ inchoatio ecſtaſis, aut raptus eſſe poteſt, præter propoſitum in diverſa tendentem pati quiſpiam valet, ob affectum præſertim non ubi oportet, ſtabilitum, ſed aliò propenſum: ita ex eius proclivate infreni ad maiorem mentis exceſſum quit deveniri, ut aliquis ex libidine, aut contumeliæ indignatione inſanire incipiat, vel etiam amplius affectui laxatis habentis ex toto inſaniat. Sicut enim lignum ſemel accenſum & reſtinctum aptum eſt ut facilius iterùm inflammetur, ita valida in corpus affectio admiſſa paratius reddit, ut ſimili adorienti pareat, quoad prorſus, ut igni abſumpturo,

ro,

ro lignum corripiatur. Ad hunc modum ecſtaſis, cui amplectendæ quiſpiam ſe ſine moderamine dediderit, morbi recurrentis inſtar, velut inſaniæ, aut furoris parata iugiter ceu ad manum præſto eſſe, ac redire poteſt, eã que proprius comitari raptus etiam ab extraria violentia inducti vitioſi humoris accerſitus. Ea propter celebres prudentia & ſanctitate viri, à quib⁹ rectè ac religioſè vivendi exempla nobis repetenda ſunt, contemplationi vacantes hiſtorijs referuntur non prorſus captaſſe raptus, nec ecſtaſibus poſsidendos ſe penitus tradidiſſe: quin potius ſæpe ubi ſolitis indicijs adventare talem exceſſum animadvertebant, tota vi ad propria obiecta facultatibus attentis contendiſſe retinacula figere, nõ quidem ut numen impedirent, cuius poteſtati quis reſiſtit? ſed quod in ſe foret, ne à iudicio cum extero ſenſu alienarentur. Rom. 9. d

## C. 13. *De omnigeno inſtinctu, ac fide ſacra, & acquiſita.*

IAm ut propius ad inſtitutum accedamus, inſtitutio dei naturalem intellectus conditi aciem exuperans, iuxta quã numini placeat, ut mentes in felicitatem directæ ipſam adipiſci valeant, ipſius atteſtatione conſtare debet, quæ viatoribus à patria felici peregrinantibus innoteſcere queat, non dei ſua in eſſentia conſpecti, cuiuſmodi plena revelatio beatorum eſt, ſed operantis inſolitũ effectum univerſæ conditæ naturæ vires excedens, notitia evidenter percepta. Nec in aliud potiſsimum inſueta dei ſolius effecta exhiberi par eſt in mentium cognitionem deferenda, quàm ob eximium tale operepretium, deſtinatum à Su. c. 9. ad fi.

nu

Vi.ſu.c.7 numine veluti ſcopum in ſe fine ultimo ſitum haud ali-
ter aſſequendum. Dei verò præter ſolitū creatæ univerſitatis curſum operatio prolata peculiare quid tale indicans mirabilis ſigni faſtigium ſubiens in prophetico lu-
S.Th.3.q. mine revelationis factæ vatibus eluceſcit, ſed cæteris o-
44.a.3. mnibus per miracula ſenſilia legatis edenda in ſupernæ
ad.1. inſtitutionis comprobationem a numine conceſſã. Cōſentaneum que eſt, ut arcana inſtitutio dei non itidem ac prophetis cōſtans alijs haud pari luce donatis, alia parata via emicans percipiatur certiſſima, ut à deo teſtante aſſerta, per extera miracula oſtenſa, ceu divina teſtimonia publica propterea edita dei nuncijs delegatam diſciplinam ita cōfirmantibus. Ad id autem veluti numinis inſtrumenta legatos moveri oportet divino inſtinctu, qui generaliter eſt impreſſio primi autoris moventis. Is quippe non ſolum movet ex inſpiratione, ſive afflatu ad aliquid cognoſcendum; verùm & diſtincto influxu ad aliquid faciendum, quod miraculi quandoque cōſequatur effectus à dei principali virtute, omnipotentia incōmunicabili productus. Poteſt quidem cum operatione virtutum ſeu miraculorum prophetiæ clarus actus inve-
Su.c.10. niri principium, ideſt deū revelantem myſteria, ſignum-
S.Th.1.q. que promendum indicans, vel inſtinctus cognitionis,
111.a.1. principio non ſic animadverſo. Sed licet uterque nō ad-
ad.3. ſit, ſemper adſit, opus eſt, motionis inſtinctus hominem agens, ut quidpiam faciat, quo facto proprius dei mirādus effectus ſequatur, velut inſtrumento quoquomodo medio, quamlibet effectum, requiſitam ve ipſius diſpoſitionem non attingente, tamen eò utcunq; ſpectante, uti ſigno, impetratione, vel merito, quo quaſi ſecundaria cauſa poſito, deus proprium opus exequi ordinarit.

Inter præcipua verò ad impetrandum, fidem pro fidu- *Mat.* 17.
cia convenientia obtinendi, nequaquam hæſitante, nu- *v.*20.
mini prorſus, non adverſis innixa, Servator non ſemel *Luc.* 17.
commendat; & apoſtolus effert, quanvis à charitate prę *v.*6. *Mat.* 21.
lata ſecernat; fortè ſicut fides, qua deo ſua ſecreta teſtan- *v.*21.
ti fideles credunt, formata, charitate cum ea licet ſit, pro *Mar.* 11.
pria tamen ratione ab ea diſtinguitur, & æſtimatur. Ad *v.*22.
hæc ſupernum inſtinctum deus ad alia egregia largi- 1.*Cori.*13
tur, veluti Iepte ad circumeundam regionem, excitan- *v.*2. *Iudi.*11.*f.*
dam que ad libertatem, ac vovẽdum domino ſacrificiũ,
cui tamen aliunde proprio è ſpiritu errorem potuit ad-
miſcere. Nec enim prout à divino inſtinctu, quicquam
oritur, falſum, pravum ve exiſtere valet. Nihilominus
uti cum prophetia pravi mores, ſeu vitia fieri poteſt ut *Su.c.* 11.
inveniantur, itidem & cum divino inſtinctu ſive cogni *ad me.*
tionis, ſive operationis comperiri queunt, ac proinde cũ
miraculorum oſtenſiva poteſtate, niſi à dei legato ederẽ
tur ad oſtendendam propriam ſanctitatem cæteris co-
gnitu neceſſariam, cuius deus talia ſua teſtimonia profe
rens teſtis falſus eſſe nequit. Miraculorũ ad hæc promẽ-
dorum facultas modo explicato dei nuncijs, velut orga-
nis conceſſa, vel alijs nonnihil delegati numeris partici-
pantibus ad communem hominum utilitatem, quam
deus ſe ſpeciatim curare ita deſignet; ſimiliter atq; pro-
phetica illuſtratio, non per modum formę immanentis *Su.c.*9.11
ineſt, ſed velut impreſsio præteriens, quæ identidẽ à deo *ad ſi.*
quovis in miraculo exhibendo renovari eget. Aliôqui,
quo pacto, niſi ſingillatim à deo excita peculiariter ſit,
velut inſtrumentum ſumi valeat, quo ſuppoſito numẽ
omnipotentiæ ſuæ germanum opus mirabile, non ſo-
liti naturalis curſus, ſed inſueti ordinis producat? Itaque
hu-

huiuſmodi facultas non aliter intelligi poteſt inſtar habitus collata, quàm pro deputatione quadam divinorum miniſtrorum, qua deus nonnullos velut a-
*Mat. 10. 28. fi.* poſtolos elegiſſe habetur, qui omnigena miracula velut ex officio iniuncto quùm numini viſum foret præſtare, oſtenderent. Similiter ad ſpecialia miraculorum ut ſanitatum genera deputatio fieri quiret: ijs quæ ſunt explicata, ſervatis. Vnde deceptionem illorum perſpicere licet, ab aliquo pravo ſpiritu profectam, qui virtutem ſibi ſtatis diebus, horis, punctis adfore ad miranda effecta, ut rabiem ſanandam, aut etiam iugiter, quod amplius eſt, profitentur. Verùm ut ad inſtitutionis divinæ comprobationem redea-
*Sup. c. 6.* mus, iuxta ea quæ de fide ſuperius in univerſum demonſtravimus, ubi quiſpiam percipit prolatam doctrinam, ſeu legem tãquam divinã ab eo qui ſe dei nuncium afferre aſſerat, confirmatam miraculis ob id exhibitis indubia relatione cognitis, aut etiam perſpectis; quantumvis evidenter noſcat cerciſſimis teſtimonijs eſſe aſſeverata dogmata, quantumvis teſtimonium ex proprijs perſpicuè apprehenſum cognoſcens, natura-
*S. Thom. 2. 2. q. 5. a 2.* li vi ad eliciendum pariter aſſenſum ſive agnitionem eius trahatur: non tamen continuò neceſſe eſt, ut aſſerta documenta in ipſis agnoſcens aſſentiatur, quia non ex proprijs indicijs expreſſa, ſed alieno in teſtimonio incluſa, & quaſi adumbrata deprehendit. Itaque liberi arbitrij compos non tantùm poteſt ea, ut & quęvis
*S. Thom. 2. 2. q. 2. a 9. ad. 2.* etiam demonſtrata theoremata non actu conſyderare: ſed etiam ſpeciatim animadverſis non aſſentiri. Quocirca pręterea neceſſaria eſt libera voluntatis electio, quæ intellectum imperio adducat ad placita in ip-

ſis actu, excitato eſſenſu agnoſcéda talia, qualia certiſſima teſtificatione deſignata ſunt Eiuſmodi libera propenſione in aſſenſum intellectu excito credendi actus cõſummatur. Ingerunt autem ad id peculiarem difficultatem divina ſcita conditam ratione ſupergreſſa, ſub quorum pondere inferior, putà humana imbicillitas inſuetam celſitudinem quaſi averſans nutat. Ideo deus ſalutis mentium avidus, ut conſentaneum eſt immenſæ poteſtati, ſapientiæ, bonitati dirigenti cęteras mẽtes in ſe fruendum ſummum bonum beans, metam naturę conditorum ſupereminentem: tanto ſcopo aptam viæ diſpoſitionem ſupernaturalem accedentibus ad ſe largiens habitus infundit charitatis in voluntate, qua erga ultimum finem rectè ſe habens reliquorum habituum, potentiarumq; actus abſolutè ſtudioſos prędſtet; & in intellectu, fidei, qua illuſtratus flectatur in credendorũ præſertim ſupernaturalium aſsenſum exercẽdum, idoneus ita redditus ad voluntatis motionem obſecundandam. Cum quibus etiam virtutum chorum, naturalibus conſuetudine acquiſitis excellentiorum infundit, & quicquid opis, ac ſubſidij exigatur, quo rectè ſe gerere mentes, & ad tantum faſtigium pertingere queãt, ut pareſt, ſufficit. At qui mens intellectu, ac voluntate in præſtitutum ſcopum fertur, intellectu pręmonſtrante, voluntate ſubſequente, ac rurſus intellectum excitante, ipſo que tunc obſequente. Quapropter inter placita ſuperna, per quę tanquam media mentibus ad felicitatem ſortiendã eius collator unicus opituletur, ſublimia in primis dogmata credenda fide collocari conſonum eſt, quæ proponant deum ſupernaturalem finem, & quę ad eum capeſsendum ita pertineant. Obiectum igitur ac finis fidei

*Lib. 3. ths c. 11. ad fi*

divi-

diuinæ, nempe divina credentis, nec non diuinitus collatæ, deus eſt, cum cæteris, quę prout ad eum attinent, ſub eo attenduntur, quatenus creatam rationem excedens conſtare peregrinis à beata patria valet teſtante veritate prima, quæ & deus eſt, & ita manifeſtati rationem formalem obiecti erga habitum determinat. Multa etiam
S.Th.2.2 quæ de divinis vi naturalis rationis indagari queunt, fi
q.2.a.4. de ſuſcipi oportet à pluribus, quatenus eorum nativam aciem prætereunt, veluti ſubſtantiæ divinæ unitas, ac ꝑ providentia intermina. Paucis namque ocio, cõmoditate, ingenio, ſtudio que abundantibus, poſt diutinum tẽpus in cæteris pleriſque diſciplinis prçparatorijs exactũ, per diſceptationes nõ rarò ancipites, divinorum prima, quaſi que præambula ſecretiorum notities genuino intellectus acumine veſtigata patere quit. Attamẽ cũctis, ſimul ac rationis cõpotes ſunt, certiſsima neceſſaria eſt, ob ſupremum ſinem indubitatè quærendum: cui neceſſitati appoſitiſsimè à deo gubernationem potiorum à ſe conditorum peculiariter curante per ſacræ fidei habitum & credendorum atteſtatorum propoſitionem proviſum eſt. Sic omnibus oblato cœleſti munere, nec ignari de autore primo ſuam ob inſcitiã quæri, nec docti ob ſcientiam poſsunt, quaſi propterea deterioris conditionis erga deum demerendum reddantur. Sat eſt enim infuſum fidei habitum prodire poſſe in actum credẽdi penes multa divina dogmata omnem aciẽ intellectus crea
Cai.2.2. ti vincẽtia, penes alia verò quę plures, nõ univerſos con
q.175.a.3 ditos intellectus excedunt, ſatis eſt eum qui talia natura
fi. li demonſtratione norit, eam habere animi præparationem, ut ea ſi alioqui ſcientia non pernoſſet, ob divinam tantùm autoritatem teſtantem crederet; ſub qua condi-

tione

tione, ac mentis preparatione fidei habitus in actum credendi exiturus erga ſimilia habetur. Habēt quoque ſapientes è charitatis radice maius meritum fidei, qum ab ea non recedunt ob adverſantium rationes difficiles in contrarium inductas, promptam proinde amplius, & in fide firmam volūtatem exerentes. Cæterùm ex hu huiuſmodi divinis dogmatibus ea fides catholica, ſive univerſalis amplectitur, quorum veluti divinæ ſubſtantiæ, ſacræ que triadis apprehenſione mentium conditarum ſupernaturalis beatitudo conſtat, ac ſub inde per quæ uti media numini placita creatam vim & aciem ex cedentia in eam metam communiter diriguntur. Privatæ nanqua revelationes ad eos pertinent ſuſcipiendæ, quibus particularia dei ſecreta retegūtur, â quorum credendorum obligatione reliqui eatenus ſoluti ſunt. Illa verò dei arcana generalia ſunt, quę ad univerſum genus humanum in felicitatem ordinandum, numen ſuis nūtijs patefacta proprio teſtimonio palàm confirmavit, quas ob id in communi obſervare teneamur. Hæc autē ſacris vocatis biblijs continentur, de quibus ſuo loco fuſè agemus. Huiuſcemodi generalis inſtitutionis ſupremæ fides & habitu, & actu eiuſdem eſſe rationis cenſetur, & eandem habere obiecti formalem rationem, in quam ultima creditorum dogmatum reſolutio fiat, nimirum divinæ autoritatis teſtificantem aſſertionem, tā in vatibus, quàm cæteris fidelibus: quòd ſane cuncti ea credant, quoniam divino teſtimonio aſseverata ſint. Diſcrimen verò in eo eſt, quòd teſtificationem divinam vates prophetico lumine intusclare perſpiciunt ex propria numinis operatione, ac myſteriorum propoſitionem ꝓtinus plerumque accipiunt, ſemper tamen protinus eo- dem

*S.Th.2.2 q.2.a.10. ad.3.*

*S.Tho.1. p.q.1.a.8 ad.2.*

*Cal.2.2. q.1.a.1.fi*

*Sup.c.10. ad fi.*

*Sup.c.10. ad pr.*

dē lumine ꝓpoſita expreſſà perſpicuè, quoad vaticiniū ſpeciatim poſcat, intelligūt: at alij deū teſtificātem liquidò noverūt ex miraculi ꝓpterea editi per experiētiam, relationē ve indubiā cogniti ꝓpria numinis operatione, ac myſteriorū ꝓpoſitionē à dei legatis explicatā percipiūt, aut ab ijs qui à divinis nūtijs quaſi per man⁹ ſucceſſū in-
Sup.c.9. ad fi. dubitato traditā ſuſceperūt, ut & ſuperius tetigimus. Ea rurſus numinis pandentis, & arcanorū reſeratorū aperta notitia iure revelatio dicitur, ubi propheticū lumē adeſt, quo tegumentū obūbrans diſpellitur; unde & ad reliquos à vatibus ſucceſsione inſtitutos extēditur, quib⁹ nō itidem congruit, ut ita proprie appelletur. Illa porrò ſuccedentis traditionis exacta conſtantia ſic ſummenda eſt ut non ſingulæ quæque teſtificationes aliæ alijs ſerie atteſtentur, prolixo que ambitu teſtimonium ultimum credibile reddant noſcenti evidenter proxima, unde recurri retrorſum cœptum ſit: immo cunctæ inter ſe mutuò atteſtatæ hinc fultæ ꝓximo quoque teſtimonio perſpicuè cognito, inde divino teſtimonio culmē certitudinis nacto ad ſupremū conſtituto, & evidentiā atteſtationis cōtingant, & dogma ꝓinde aſsertū teſtatū evidēter credibile præſtēt, cui certiſsima fides divini ordinis queat, ac debeat haberi. Quanquā hic evidentiæ modus longo circuitu collectus inferior exiſtimari poteſt eo, qui ꝓtin⁹ perſpecto divino teſtimonio exhibeatur. Verūtamē in acquirēda teſtimioniorū invicē conſentientiū notitia per narrationes, hiſtorias ve, quāvis è cunctis colligatur evidēs divinę inſtitutionis teſtificatio, ſingillatim nihi-
Sup.c.6. an fi. lomin⁹ certa fides humana quę acquiſita vocatur, ſubminiſtrat de qua ſuperius actū, quā ſubſervientē deus ſacræ fidei autor, & naturæ, ita vt naturā noſtram rationabilē

ac ſen-

ac ſenſibilem ſuppoſitam admittit. At verò quibus adeſt infuſus fidei habitus, ut antea indicare inchoavimus, *Su.to.c.* intellectum inclinat, ut is voluntatis motioni liberæ parens, actu in aſsenſum feratur credendorum ſupernaturalium documentorum, à diſparatis, contrarijſq; diſcretorum, in quæ credenda non inclinat, atq; ita legitimum aſsenſum inducit. Sed & qùm ſit habitus intellectus, ac ſupremi ordinis: in rectè diſpoſitis, ratione plenè utentibus ſupernorum dogmatum expreſsam propoſitionem adeptis dignum eſt, ut inſtar lucis, tãquam *Cai. 2. 2. q. 171. a. 2 me.* aſsenſus cauſam, evidentiam præferat, quod illa prorſus credibilia, ſeu creditu digna ſint. Attamen quia id non *Cai. 2. 2. q 1. a. 4. fi.* omnibus, ſed perfectioribus fidelibus tribuitur evenire, itidem ac tantùm charitatem cum gratia ſortitis intelle *1. 2. q. 68. a. 5.* ctus ſublimius donum, cæteraq; intellectualia, & volun tatis dona per ſpiritum ſanctum conceſsa: erga cunctos *2. 2. q. 8. a 5.* ad fidem accedentes non immeritò cenſetur deus animum invitãs addere interiorem ſuum inſtinctũ; quo is *2. 2. q. 2. a. 9. ad. 3.* cum habitu fidei infuſo ſufficienter induci queat ad aſsẽtiendum credibilibus ſuper naturalibus ꝓpoſitis. Quo *2. 2. q. 10. a. 1. ad. 1.* niam verò vt & almum ingenium fatetur, numinis in- *S. Th. 2. 2 q. 171. a. 5* ſtinctus intellectualis imperfectnm quidpiam eſt ingenere prophetiæ; non omnia quę divino inſtinctu noſcimus, ſub certitudine prophetica nobis manifeſtantur; ſed quandoq; ad percepta per inſtinctũ ſic ſe habet mẽs, ut nõ plenè diſcernere queat, ea ne divino aliquo inſtinctu, an proprio ſpiritu cogitarit. Idcirco cum inſtinctũ ſufficiẽtem deſignaſse iudicari debet, quo exactè diſcernantur oblata eſse divina inſtigatione, non alieni ſpiritus apprehenſa: quæ plena certaq; diſcretio non ſemper cum inſtinctu dei quãdocunq; oblato adeſt: & cũ adeſt; *Su. c. 10. ad pr.*

inſe

inferior licet ſit ea, quam ſublimius prophe ticum lum affert, nihilo ſecius talis eſt, cui reniti, ſicut deo moventi repugnare, qui autor inſtinctus expreſsè noſcitur. grave peccatum ſit. Sateſt igitur præter altiores fideles alijs
2.2.q.1.a. generaliter, ut & eiuſdē enarrator rectè ſenſit, credibiliū
4.ad.3.fi evidentia ex fide digno uti miraculorum teſtimonio dudū deſcripto, quod & omnino requiri præmiſſum, nec per alia excuſari apertè idem alibi tradit, aliâs, inquiens,
S.Th.1.2. nō eſſet efficax ipſius doctrina ſacra doctoris. Quin imo
q.1.11.a.4 huiuſmodi evidentia, qualis ſaltem è teſtimonio miraculorum in hoc habetur, quod aſſerta inſtitutio creditu digna penitus ſit, non incertior notia exigitur, ſicut idē
2.2.q.1.a expoſitor ex avtore colligens affirmat, ad hoc ut ſtudio-
4.ad.2. ſè credatur.
Dicen. Ita quippe non leviter, ac imprudenter, ſed ſtabiliter abſque partis adverſæ vacillante ambigua que formidine, ac prudenter cūctis ad rem pertinētibus exactè libratis ac perperſis quivis nō paſsibus corporis, ſed recto animi progreſſu ad numen accedens, cui citra vir-
Lib.3.thes tutis proceſſum, contraq; rectæ rationis dictamē nemo
c.11. acceptus ſit, credet ſupernam diſciplinam conſulta electione non reluctans ſed obſequens deo vocanti agnito. Inde liquet eos, qui divinam inſtitutionē nullo tali prudentię adhibito examine ſumūt, haud aliter, atque quālibet aliam erroris ſectam, fictè, ſive in ſyncerè accipere, nec vero numini gratos eſſe, ut erga ipſum non rectè uſos officio expeditæ rationis ab eo collatæ. Nec enim de infantibus baptiſmate initiatis nunc agimus. Illius indicium eſt, quòd pleriquc ſic ſegerentes, quales referuntur Indi appellati occidētales, ut leviter ſuſcepere ſacram religionem, ita leviſsimè relinquunt ad idola ſua, erroreſq; relapſi. Sunt alij ex adverſo qui ambitioſa quadā per-

O vica

vicacia tanquam patriam poſſeſsionem, avitumq; decus veram religionem retinent, haud multum abſimili, pertinatię, qua Machometani ſtultiſsimam ſectam tuētur, quòd eam à maiorib' acceperint, quos ſecum erraſſe magnū dedecus putantes, rectè ſentire contendunt. Sed religionem verè divinā non humanę opiniones quantunvis inveteratę, non mortalis honoris fluxi tituli, verùm ſummi dei certiſsima teſtimonia conſtabiliunt, cuius eā princeps autoritas ſtatuit. Hinc eam æſtimari, admitti, defendi à ſyncere amplectentibus numen cupit, & gratum ducit, ut abſoluta conſtantia ſit altiſsimè ſublata & à levitate inani, & obſtinatione pręfracta. Cæterū quia ſanctæ inſtitutionis ſcita nō modo eodē cūctis omni tēpore ꝓpoſita ſunt, ſed ꝓut primo autori vniuerſorū placitū eſt, cui condita omnia iuxta præſcriptum cuivis oblatum parere, ut ſummo iure ſubdita ex debito teneantur; de propoſitione illorum ad noſtram delata notitiā iam agamus.

## C. 14. *De propoſitione credendorum.*

SEcundum Apoſtolum ad Hebræos ſcribentem, credere oportet accedentem ad Deum, quòd eſt, & inquirētib' ſe renumerator ſit: cuncti deinde aſſerunt, in primis almus Aquinas, duo dicta diuinæ inſtitutionis capita explicitè credere omni ſæculo, cunctis que neceſſarium eſſe, ut in quibus virtute cętera omnia contineātur per ſe ad ſacrā fidem pertinentia, nempe quibus fruendis mentium ſuprema felicitas conſtet, quibus que uti medijs ſupernis à deo autore ordinatis ad eam metam perveniatur. Eo nā que quo deus eſt ſubſtantia unus, perſonis trinus ęterno per eſſentiam beatus, cæteræ mentes electæ fruentes participa-

*Heb.*11.6 — 2.2.*q*.2.*a*.8.*ad*. 1. — 2.2.*q*.1.*a*.7. — 2.2.*q*.1.*a*.8. — *Sup.c*.13. — *Lib*.3.*the c*.11.

ticipatione beatę redduntur; & in fide remuneratricis omni ex parte providentiæ cumcta includũtur, quę à deo diſpẽſantur ad hominũ ſe requirentium perpetuã ſalutẽ quibus uti via in finẽ fęlicẽ tendãt. Atqui ſine huiuſmodi notitia quî fieri poteſt, ut homo ſe in deũ expreſſè dirigat? in eum que ſe ſcopum inclinet, quem uti ſuperum pręmiũ deus iuſtis pręſtituit? At in ea explicitè ferri quẽvis, ubi expeditiore ratiõis uſu facultas affuerit, primi autoris eiuſdẽq; finis ultimi dignitas expoſcit, & magnitudo fructus ita creſcentis efflagitat, ut ſub divino iuſſu tales erga numẽ explicito fidei motus iure cadant. Similibus de cauſis ubicunque ꝑ ſęculorũ diverſitate deo placuit, explicatiorẽ divinorũ myſteriorũ diſciplinã haberi de ipſius ſubſtantia, & hypoſtaſibus, de celſis opitulationibus, de operibus inde ſublimiter præſtandis, ſacris ſuſcipiẽdis: ad eã ex autoris inperio prorſus obſervandã cuncti ꝑ ſuo modulo tenentur. Amplior quippe quã legis veteris in religione Chriſtiana explicatio habetur: & qui maiores ſunt, at quos attinet reliquos inſtituere, pleniorem perinde de credendis, exequendis que notitiem expreſſè habere debent, ad quorum perſpectam lucẽ in difficilioribus ſibi minores recurrant. Cuncti tamen fideles etiam ſimpliciores potiſsima religionis dogmata, qualia ſunt ſymbolis incluſa, vocata fidei articuli, expreſſè noſſe prout valeant, obligati ſunt, quò uti tenentur, arcana dei illic deſignata credant diſcretè, ac ſacra, opera que obeunda ex debito ſignificata, re præſtent; de quo ꝑprio loco fuſius egimus. Ea ſunt quæ pręcipuè ſacris literis traduntur, ad quæ reliqua illic contenta ſpectant alto dei conſilio inſerta, ut ſuo loco aperietur, quæ ſubinde ſecundario ad fidem pertinent.

c.7. not. ig. mor.
Lib.2. ſeq
S. Th. 2.2 q.2. a.5.6

Erga hęc ſatis eſt inferiores paratum habere animum in univerſum, ut explicatè credant, qùm ea contineri conſtiterit in doctrina fidei ſacris ſcripturis habita, quibus univerſim fidem habere profitentur dicentes credere ſe in ſpiritum ſanctum, qui per prophetas locutus eſt earũ conditores. Quandoquidem divina inſtitutio per dei prolata nuntios, præ monſtratis confirmata miraculis, uti divinis teſtimonijs ad noſtram exploratè notitiam delata eſt non modo voce tenus, qualiter varijs prodita linguis diverſis præſertim ętatibus raró conſtantem certitudinem obtinent, ſæpe ambiguitati obnoxia ſunt; ſed etiam ſcriptura, quę permanentior qùm ſit, per omnem ævi ſucceſsionem ſimiliter à plurimis obſervari, agnoſci, tranſcribi certiſsima conſtantia valet, & cum primis apta fuit, cui myſteriorum ſuorum theſaurum dei ſapiẽtia cõcrederet. Sic ſacra ſcriptura exarata eſt quæ ampliſſima divinæ inſtitutionis traditio eſt, & conſtantiſsima, deo curante ut ad noſtram ſpiritualem ſalutem oracula ſua ita iugiter ac perfectè ſervarentur. Quamquam quę præterea dei autoritate ſancita conſtēt, nõ minus quàm ſacris deſcripta biblijs, nobis obſervanda ſunt. Dicuntur autem ſacri libri per prophetas cõditi, quód principales earum conditores prophetiæ lumine vel ſaltem prophetico inſtinctu donati divinitus credantur, unde vel propriè, vel quadam tenus vates appellari queant. Prophetico lumine dictati plures habentur, velut pentatheucus, Ioſue, Samuel, Iſaias, Ieremias, Ezechiel, & duodecim ꝓphetarum liber, & ad inſtrumentum novum pertinentes. Alij verò ſaltem divino inſtinctu cenſentur à ſuis cõditoribus editi ad eandem inſtitutionem amplificandã, velut Iob ſupputatus inter hagiographa, ideſt ſancta

ſcri-

ſcripta. Eſther, Eccleſiaſticus, Machabęorum libri: quos ij ſiue per ſe, ſive per exceptores alios, ſicut & prophetæ, conſcribentes dictata ſpectantia frequenter ad ea quæ

*3. Th. 2. 2 q. 174. a. 2. ad. 3.* humana ratione noſci quirent, quaſi ex perſona propriâ magis quàm dei relata, licet non luce prophetica, cum adiutorio tamen divini luminis inſtinctu dirigentis digeſſerunt. Ita Machabæorum hiſtoriam poſteriore libro

*2. Mach. 2. f.* collectam Hieroſolymitani ex quinque libris Iaſonis Cyrinæi in compendium redegerunt, inſtinctus divini ductu acti, ut ſeligerent, quæ vera prorſus, digna que ut fidelibus proponerentur, forent, reſectis multis fortè reiectaneis, quæ Iaſon comprehenderat. Quanvis autem huiuſcemodi diſcrimen ſit inter hos & propheticos libros, nihilominus ex parte dei primarij autoris teſtantis aſſerta tam his quàm illis veriſsima æquè ſunt. Non oportuit autem ut ſingulorum librorum conditores eam inſtitutionem miraculis comprobarent: ſed ſatis fuit, uti talem tractationem ederent, quam probarent alij qui ſe ad homines inſtituendos divinitus delegatos miraculis oſtenderent: quò ita nobis innoteſceret illorum quoque diſciplina divina eſſe. Atque ad eum modum veteris inſtrumenti libri, ſed & Marci, & Lucæ ſacræ hiſtoriæ ab apoſtolis, qui primitias ſpiritus acceperunt, ac legationẽ

*Ro. 8. v. 25. Act. Apoſto.* ſuam ſummis miraculis cõfirmarunt, itidem ac reliqui apoſtolorum ipſorum libri, comprobati tanquam divini ad notitiam cæterorum fidelium ad nos uſq; conſtanti ſucceſsione devenerunt, ut mox pãdetur. Tametſi euangeliographi Marcus, & Lucas inter ſeptuaginta diſcipulos à Servatore ad euangelicum officium delega-

*Lib. de diſcipulis.* tos à Dorotheo epiſcopo Tyri numerati, & ab Epiphanio non uno in loco, ſpiritu ſancto pleni ſuos libros pro

*Lib. 2. Pan. to. 1. ſecti. 51. li. 1. to. 1. ſi. Anaceph.*

phe

phetico lumene condidiſſe meritò exiſtimari queunt. Profitētur porrò fideles ſe fidem apoſtolico teſtimonio habere, dicentes in ſymbolo ſe credere ſanctam eccleſiā catholicam & apoſtolicam; eam univerſam cum ſua cōfeſsione a primoribus membris ac fundamentis ſumptā amplexi. Non officit autem quòd miracula plurima, quibus divina inſtitutio firmata eſt, ſacris literis referantur, quæ ut cuncta eis contenta fideles ſimiliter credere debeant. Nam & prætera publica totius orbis fama, & ſuccedente iugi traditione, ac hiſtoriarum narratione in dubia, delata cum alijs multis mirandis ſignis ad eandē comprobationem editis in ſequentium omnium ætatū notitiam fuere. Licet verò hæc via, qua pervenimus ad expreſſam notitiem ſupernaturalium dogmatum nobis ita propoſitorum, iuxta humanę naturæ conditionē neceſſaria ſit, ut ea explicato fidei actu credamus: non tamen ea potiſsima, genuina, ſive formalis ratio credendi eſt, quin potius divinum teſtimonium exactè cognitū, ſeu primę veritatis autoritas ſacrę diſciplinę inſtitutrix. Quippe haud nimis diſsimiliter neceſſaria conditio eſt ut credere poſsimus, quòd intellectus ſive rationis ſim' participes, ita ut niſi eſſemus rationabiles, non crederemus, eam nihilominus precipuam propriam que rationem credendi nō eſſe, cunctis liquet. Cæterùm ut verax dei teſtificato agnoſcatur, ea que notities quaſi prævia ſtudioſo fidei actui præiaciatur, multa exigutur, ſed quę uſus rationis expediti experientiam nonuullam poſsidenti adeſſe valeant. Quanuis enim pauci ob humana impedimenta queant veſtigantes exactę indaginis demonſtratione deprehendere deum eſſe, ac ei omnem abſolutam perfectionem interminam ſubſtantialiter con-

Apoc.21 v.14.

Sup.c.13. an.fi.

venire

venire: alijs tamen multis primi autoris notio non ita perfecta, diſtinctaq;, verùm quæ ſatis ſit, quaſi naturæ ductu offertur. Ex ordine namq; univerſi animadverſo, plurimorum ortũ præferente, patet autorem omnium ſcientia, veritate, virtute, poteſtate, ſapientiſsimis quibuſq; inde ortis, ſummèq; veracibus, ſtudioſis, potentibus incomparabili exceſſu ſupereminentem veraciſsimum eſſe, quæq; nequeat condita natura, extra ordinarium rerum curſum proferre poſſe, & ubi proferat, quod

*Li.3.thc. c 10. me.* iuxta perſpectum uſum ſatis liquet, ad quæpiam teſtificandum, aſſèveratis ab eo indubitatè fidem exhiberi debere. Notitia talis adulto non adeſt, qùm primùm rationis

*1.2.q.89. a.6.q.113 a.2.3.4.* nis uſum attingit, ideo q; Aquinas cenſet non baptizatum gratiam conſecuturum, ſi ſe ordinarit indebitum finem prout in ea ætate capax diſcretionis ſit: nec petit in

*In li.not. ign.mor. c.10.* fuſæ fidei motum explicitum gnaris debitum.

# DE SACRAE SCRIPTVRAE AVTORITATE. LIB. II.

## *1 C. S. Bibliorum numerus, ac diviſio.*

SAcræ ſcripturæ inſtitutionem ſuper naturale intellectus conditi acumen latam divina primæ veritatis teſtantis autoritate ſtabilitam indicavimus: eiusque libros, & notitiæ ad nos uſque delatæ modum perſtrinximus; & ex ea nonnulla velut exempli gratia prælibavimus. Iam explicatius aperiendum eſt, quot divinitus inſtitutæ regulę canonici libri, quo pacto hucuſque certò agniti ſint autoritate divina pollentes, quomodo in eis ſuprema ſit autoritas ſumenda, & ab alijs ibidem inductis vel autoritatibus,

bus vel opinionibus, vel erroribus relatis diſcriminãda iuxta perſpicuam in cunctis diſtinctionem adhibitam. Feremur que ubique ſub invocata numinis ope plenis conſtante iam ibilo ſpiritus almi velis ad portum deſtinatum, qui prius humanis præſertim navigantes remis vix divini ſoni auram attigimus. Ac primum inſtrumẽti veteris libri ſunt, Geneſis, Exodis, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Ioſue, Iudicũ, Ruth, quattuor regũ, duo paralipomenon, Eſdrę primus, & ſecundus qui dicitur Nehemias, Thobias, Iudith, Heſter, Iob, Pſalteriũ Davidicum centum quinquaginta pſalmorum, Parabolæ, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus, Iſaias, Ieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim ꝓphetæ minores Oſeas, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, Machabæorum primus & ſecundus. Novi vero quattuor evangelia ſecundum Matheũ, Marcum, Lucam, & Ioannem, apoſtolorum acta, epiſtolæ Pauli apoſtoli ad Romanos, ad Corinthios duæ, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philipenſes, ad Coloſſenſes, ad Theſſalonicenſes duæ, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos, Iacobi apoſtoli una, Petri apoſtoli duæ, Ioannis apoſtoli tres, Iudæ apoſtoli una, & Ioannis apoſtoli apocalypſis. Hunc indicem ſeu catalogum œcumenica Tridentina ſynodus no viſsima contexens eoſdem libros pro ſacris & canonicis ſuſcepit integros cum omnibus ſuis partibus, prout in eccleſia catholica legi conſueverunt, & in veteri etiã vulgata Latina editione habentur. Et cunctis fidelibus ſimiliter ſumendos ſub anathematis execratione imperavit. Itaque novi teſtamenti libri ſeptem & viginti enumerã

*Seſſ. 4. c. 1.*

draginta

tur, euangelia quattuor, acta, quatuordecim Pauli epiſtolę, ſeptē alię catholicę dictę, apocalypſis: veteris qua-
2. doctri. Chriſt. c. 8 draginta quattuor, quot & ſacer Auguſtinus ſupputat. Diuus Hieronymus in verſionis prologis de cunctis agit, ſed veterum eam diviſionem tradit, quam Hebræi ſequuntur. Hi ſanctos libros diſtinguũt in tres ordines, legem, prophetas & hagiographa. Legem, pentatheucum, ſeu quinque volumina Geneſin, Exodum, Leviticum, Numeros, Deuteronomion Moſis vocãt. Prophetas octo libris cõplectuntur Ioſuæ, Iudicũ, in quem & Ruth cõpingunt, cuius hiſtoria tempore iudicum eveniſſe narratur, Samuel, qui tranſlatus in primum, & ſecũdum regum ſcinditur, & Malachim, ſive regum, qui etiam in duos tertiũ, & quartum ſecatur, Iſaiæ, Ieremiæ cum lamentationibus, Ezechielis, & duodecim prophetarum, quos vno volumine ſtringunt ob ſcripturæ breuitatem, unde & minores ſolent appellari. Quattuor anterioribus libris priores prophetas comprehendunt, nẽpe antiquiores poſt Moſen legiferum, ſequentibus poſteriores à ſe appellatos, hoc eſt recentiores qui per Eliæ, & Eliſæi tempora iam Iſraelis proſperitate labente ſuc-
Sup lib. 1 c. 8. ad. fi. cedere cęperunt. Videntur autem ꝓphetas vocare illos, qui non ſolùm vaticino ſpiritu, ſed mirãdis etiam ſignis
Ioſu. 10. c effulſiſsent, quales hiſtoria ſacra referente fuere Ioſue, qui prę ter alia ſolem, ac Lunam ſtare fecit; Debora, qua
Iudic. 4. 5. c. pugnante cõtra Siſaram è cœlo, & ab ſtellis dimicatum
Iudic. 6, & 7. eſt, Gedeon, qui velleris roſcidi, ac ſicci ſigno ſumpto, lampadibus oſtenſis in lagenis, ac tubis clangentibus ſine certamine de hoſtibus divinitus cęſis egregiam victo-
Iudic. 13. 14. 15 16 riam retulit, Samſon mirabili robore pręditus; Samuel,
1. Reg. 7. c quo ſacrificium offerente deus intonans fragere magno

Palæſtinos exterruit, quoad internecione cæderentur, quo rurſus invocante dominus voces, & plu- Re. 12. c.
vias per meſſis tempeſtatem, grande oſtentum edi- 3. Re. 17.
dit, Elias, & Eliſęus, qui etiam mortuis in vitam re- d. 4. Re. 4. ſi.
vocatis reſplenduere, Iſaias, qui ſolem decem lineis in horologio ſignatis retrocedere adegit invocato nu- Iſai. 3. c. 2. Ma. 2
mine, ac Ezechiæ ulcus ſanavit, Ieremias, qui arcam a. b.
dei cum altari ac tabernaculo in montem Nebo, ubi
Moſes vita excedens conditus fuit, intulit, ac ita ob- Deut. 34.
ſtruxit locum, ut quærentibus prorſus ignotus fieret, Ezechiel, qui recordatus eſt inimicorum in im-
bre planè impetrato, ut & benefaceret ijs qui vias re- Eccli 49. e.
ctas oſtenderunt, Ionas qui prodigio magno flagita- Ion. c. 1. 2.
tus à mari commoto & intumeſcente ipſum immerſus ſedavit, & in ventre ceti vivus ſervatus tertio eiectus die incolumis evaſit, & ex abundanti Abacuk à Iu-
dæa in Babylonem cum prandio deferendo Danieli, Dan. 14. f.
clauſo in lacu leonum, cincinno capitis mirabiliter g.
ab angelo portatus. Hagiographa demum, ſive ſancta ſcripta diſcriminis cauſa nuncupata novem libris claudunt Iob, Davidis, Proverbiorum, Eccleſiaſte, Canticorum, Danielis, Paralipomenon, qui de relictorum in libris regum hiſtoria tractans in duos libros apud nos dirimitur, Eſdræ, qui etiam in duos, alterum ſub Nehemiæ nomine dividitur, & Heſther denique, atque ita duos & viginti libros abſolvunt. Aliam quoque diviſionem nonnulli Hebræi talem inſtituunt, ut ſacros libros diſtinguant in legem, & prophetas priores priſci ſæculi, Ioſue, Samuel, cui iudicum, Ruth, primique libri ac ſecundi regum conſcriptionem tribuunt, Salomonem, cuius ſunt para

bolæ

bolę, ſeu proverbia, eccleſiaſtes, cantica, David, ſub
quo pſalterium cum quinque inciſionibus pſalmorum
intelligunt, quorum conditores fuerint Moſes, David
Salomon, Etham, ſive Idithum, Aſaph, Heman cum
filijs Chore, ac præter Iob, qui antiquior fuit, alios qui
uſque ad Iſaiam ſcripſere, ut qui Malachim à Samue-
lis morte digeſſerunt, velut Gad, Nathan, Ahias, Ad-
1. Par 29. fi. do, Semeias, Iehu, Iſaias; & poſteriores qui deinde
2. Par. 9. fi 10. fi. uſque ad Malachiam aliquid ſcripturæ mandarunt,
20. fi. 26. fi ut Ieremias, poſt Hozai, Daniel, Ezechiel, & pro-
2. Par. 33. d. 35. fi. phetæ duodecim quos unus liber amplectitur, &
Ezras, cui & paralipomena plerique aſcribunt, & qui
Eſther condidit. Hi vero latius nomen prophetæ ſu-
munt non ſolum pro eo qui donatus prophetica luce
ſit, ſed & qui vel divini luminis inſtinctu actus quid-
piam pronunciarit, aut ſcripſerit. Eoſdem ſacros li-
li. 1. cont. bros alia via in idem redeunte partitur Ioſephus Iu-
Apion. poſt prin. dæus hiſtoriographus magno apud ethnicos quoque
in pretio habitus, Viginti duo tantùm inquiens, ab
Hebræis agnoſci, quinque Moſis continentes legem,
& ſucceſsionis humanæ proſapiam, tredecim rerum
deinde geſtarum à ſynchronis earum prophetis con
ſcripti, quattuor hymnos & monita mortalibus tra-
dentes: in quibus cùm tot ſæcula præceſſerint, ne-
que addere quis unquam, neque auferre, aut permu-
tare quid auſus eſt, ſed omnibus gentis noſtrę homi-
nibus inſita hęc, & quodammodo ingenita fides eſt
credere hæc dei eſſe conſulta, & his iugiter inhære-
re, ac pro ipſis ſi ita res popoſcerit, libenter & animam
ponere. Sic præter libros Davidis, & Salomonis tres, cæ

hagiographorum primæ diviſionis libris prophetarũ coniunxit. Alios libros Hebręi de cathalogo divinarũ ſcripturarum reſecantes, quos potiores iudicant, his mã cipant, quę memorant hagiographa latius ſumpto vocabulo extra canonem in minore gradu cõſtituta, ſicut de Thobia, & Iudith Hieronymus prodit. Ac viginti duo in canonem ab Hebręis recepti. Hebraicè ſcripti ſunt Hebręo potiſsimũm ſermone, aut ad Chaldęum deflexo per Danielis, Ezrę que tẽpora, ut apud eos videre licet. Atque archetyporum iuxta originalem linguã primaria eſt autoritas, ad quam & trãſlatorum refertur, cui uti recto ubiq; ſenſu reſpondens verſio vulgata Latina editio dicta, eſta ſynodo probata, itidem atque uti reſpondẽs inſtrumenti novi libris ꝓtotypis Græcè deſcriptis, quorum item princeps autoritas eſt. Alij porrò veteris teſtamenti libri Gręca lingua literis que ſcripti, ac inde in Latium eloquiũ redditi ſacris in biblijs circunferũtur, nimirum Thobiæ, Iudith, quos tamen Hieronym⁹ Chaldæo ſermone cõſcriptos, inde ſe in Latinum vertiſſe aſſerit; Sapientiæ, Ecclaſiaſticum Ieſu filij Sirach, quẽ nihilominus ex Hebraico Græcè interpretatum ſe nepos conditoris Ieſus aſſeverat, Baruch, & Machabęorũ libri, quorum nihilominus primum Hebraicum ſe reperiſſe Hieronymus prodit. Non mirum eſt autem Hębræos lingua Græca licet aliena poſteriorib⁹ ſæculis ſcripſiſſe, quæ poſt Alexandri magni victorias ipſis etiam cum alijs multis nationibus cõmunis fuit. Ex libris novi teſtamenti evangelium Mathæi ab ipſo editum Hebræo ſermone, ac epiſtolam ad Hebræos à Paulo Hieronymus tradit, quam Barnabas, vel Clemnes Græcè verterit, aut Lucas, qui Matthæi evangelium cõuertit. Marcum

In prol. Thobiæ & Iudith.

In prologi

Eccl. 50 d

In prolog Eccli.

In prolo. Reguin.

Lib. I. Mach. II

In prolo. Math. Lib. ſcri. eccl. in Paulo.

cum ſunt qui primò Latinè cōdidiſſe Romæ ferant evangeliū ex ore Petri, ſed exēplar nuſquā eſt, uti Hebraicū neque Mathæi, neque epiſtolæ ad Hebræos certum habetur, licet aliquorum induſtria nunc in lucem erutum utrunq; prodierit. Epiphanius eoſdem ſacros libros per quinarios diducit, primum legis, ſecundum hagiographorum Ioſuæ, Iudicū cum Ruth, Samuelis, Malachim paralipomenon; tertium carmine ſcriptorum Iob, pſalterij, ac trium Salomonis, quartum propheticum, duodecim prophetarum, Iſaiæ, Ieremiæ, Ezechielis, Danielis, qui quattuor maiores ob ſcripturæ longitudinem dici conſueverunt; extra quos liber geminus Eſdræ, & Heſther excurrit. Vtiles aiut etiam ſapientiam Salomonis, panæreton ab omni virtute appellatam, & Ieſu filij Sirach ab eius nepote Ieſu Græce verſam. Refert præterea Iudæos Ptolemæo regi, qui primus ſancta biblia in Græcam linguam transferri curavit, cum libris canonicis viginti duobus etiam ſeptuaginta duos apocryphos miſiſſe. [illegible]i autem abſconditi dicti, quòd eorum non ita publicè manifeſta, & palàm certa eſſet autoritas, diverſis gradibus non ſemper in deterius ſumptis, prout amplius, minus vé certitudinis ferunt præſe, cenſentur. Verùm Ariſtæas aulicus Ptolemæi conditoris Ptolemaidis ſati Ptolemęo filio Lagi primo Ægypti rege in eo libro quē ad fratrem edidit de traſlatione ſeptuaginta duorum interpretum, cuius gratia miſsus à rege ad Eleazarū pontificem fuit, nullam aliorum mētionem facit pręter libros ſacros, quos & dei legem vocat, de qua præterea quædā relatu digna narrat. Demetrius Phalereus bibliothecæ regis inſtructor eum alloquens rogatione, ut is refert, de lege Iuædorum ſubiecit. Illa quidem Hebraicis literis, & lin-

I. i. de notis. ſac, ſcr.

Ioſephus eadem ceu tranſcripta refert. li. 12 antiq. Iud. c. 2

& lingua conſcripta eſt, & propter hoc hactenus ſuis tā tùm cognita ad regias manus adhuc minimè pervenit. Sed digna eſt, ut ipſa quoque inter tuos libros habeatur cùm propter ſapientiam quę in illa continetur, tum propter eius ſublimitatem, ut potè divinam. Cuius rei gratia & apud poetas, & hiſtoricos horum voluminum frequens eſt mentio: quoniam per utilis ſit & ad regendos mores, & reſpublicas inſtituendas, ob hominum pręſtā tiam qui illic deſcribuntur, & rerum venerationem, quemadmodum Hecateus Abderites inquit. Idē que Demetrius à Fabio Quintiliano, ac Cicerone ob ingenium & facundiam laudatus, regi poſt interpretationē admiranti; quòd ex tam perfectis nemo hiſtoricorum aut poetarum ſibi quidpiam aſſumpſerit, pro cauſa reddens venerandam legis inſtitutionem, tum quia deus ꝓhibuerit, ſubdidit, Nam quidam tantum opus ſibi aſſumere auſi, mox divina ultione percuſſi, conſilio abſtitere. Teſtatusq; inde eſt, ſe audiſſe Theopompum, quoniam ex lege ſecretiora quędam in hiſtoriam audacius transferre conaretur, ſupra triginta dies mentis turbatione correptum: Qui cùm per morbi intervalla deum imploraſſet ei manifeſtò per inſomnium demonſtratur ea gratia id ſibi contigiſſe, quòd divina pervertēs in vulgus proijcere tentaſſet, quibus viſis emendatus, & mēti redditus ſit. Et quidē, addidit, & ipſe cōperi apud Theodectum, tragœdiarum ſcriptorem eſſe luminibus captū dum quędam ex huiuſmodi Libris in ſuum poema trāſferre vellet. Verùm ubi eam cęcitatis cauſam animadvertit, deum plures oraſſe dies, atque ita reſtitutum. Hęc etiam ex Ariſtea.

lib. 10. inſt. or. c. 1. Li. 1. oſſ.

## 2. C. *Sacra bibliorum autoritas iugiter certò agnita eſt.*

Seſ. 25, refor c. 1. Refert. can. 37.

canone. 84.

VErùm enim verò intermiſſà Hebræorum cenſura primariùm apoſtolicum teſtimonium divinis miraculis aſſertum de ſacris ſcripturis inquiramus. In canonibus apoſtolicis, quorũ autoritate agnita ſynodus Tridentina expreſſò quoque decreto nititur, per Clementem Romę ab apoſtolo Petro epiſcopum ordinatum digeſtis ad finem hæc ex apoſtolorum perſonis habentur. Sunto omnibus vobis clericis ſimul & laicis venerandi, ac ſacri libri, veteris quidem teſtamenti Moſis quinque Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Ieſu filij Nave unus, Iudicum unus, Ruth unus, Regnorum quattuor, Derelictorum ex libro dierum duo, Heſther unus, de Machabęorum geſtis tres, Iob unus. Pſalterium unus, Salomonis tres Proverbia, Ecceſiaſtes, Canticum canticorum, prophetarum duodecim, unus Eſaiæ, Hieremię unus, Iezechiel unus, Daniel unus. Inquiritor autem à vobis extrinſecus, ut adoleſcentes veſtri addiſcant, item ſapiẽtia eruditi Sytrach: Noſtra verò, hoc eſt novi teſtamẽti evangelia quatuor Matthæi, Marci, Lucę, Ioannis, Pauli epiſtolę quattuordecim, Petri epiſtolę duæ, Ioannis tres, Iacobi una, Iudæ una: Clementis epiſtolæ duæ, & præceptiones quæ vobis epiſcopis per me Clementem in libris octo nuncu-

nuncupatæ ſunt, quas omnibꝰ publicari non oportet ob quædam arcana que in ſe continent: & actiones noſtras apoſtolorum. Cum verò apoſtoli ſuis conſtitutionibus publicationem ſuſtulerint, obſcuriorem, quàm canonicis libris authoritatem tribuerunt. Quanquam re vera mirabiles ſunt, & apoſtolico ſpiritu dignę, & à præſtantiſsimis quibus que patribus eximia obſervatione ſuſceptę, & agnitę, velut ab [a] Ignatio martyre, Athanaſio, Epiphanio, Chryſtomo, Hieronymo, qui eas Latine tranſtulit, Oecumenio, Damaſceno. E quibus Epiphanus ęmulorum calumnias refellens, Omnis, inquit, in ipſa conſtitutione apoſtolica regularis ordo habetur, ac nihil à fide adulteratum, neque à confeſsione, neque ab eccleſiaſtica gubernatione, ac regula. Atque ita ipſe multis in locis plura inde libenter deſumit. Quòd autem in canonibus nonnulli ſacri libri omiſsi fuerint, ipſis autoritatem non derogat; poteſt enim illic per temporum iniuriam quidpiam deeſſe, quę etiam efficit, vt hi canones non publicam prorſus apud univerſos notitiam aſsecuti ſint: & quod ibi non invenitur, alibi ſuppleri valuit. Nam in apoſtolicis conſtitutionibus libri de reditu, hoc eſt Eſdræ & Nehemiæ inter ſacros legendos ab apoſtolis ita referuntur. Medius lector è loco ſuperiori ſtans legat libros Moſis, Ieſu Nave, Iudicū, Regnorum, Paralipomenō, De reditu: præterea Iob, Salomonis, Sexdecim prophetarum, ſervata lectionum viciſitudine. Alius David hymnos canat, & populus initia verſuū concinat. Poſt hæc acta noſtra, & epiſtolas Pauli cooperatoris noſtri, quas ad eccleſias miſit ſecundum inſtitutionem ſpiritus ſancti. Deinde diaconus, vel presbiter legat evangelia, quæ ego Matthæus & Ioānes vobis tradidimus, & coopera-
tores

A Epiſ. Tral. Tharſ Phili. Eph. Philad. Mag. Smyr Polyc. Antio Hero. Ad Amamum. Ma. hō. 15 In orig. Romā. ſi. Act. 9 lib. 4. Fid. orth. c. 18. Lib 3 pāto. 1. ſoc. 70.

Lib. 2. c. 6

tores Pauli Lucas, & Marcus accepta vobis reliquerunt.
Rurſus quòd apocalypſis Ioãnes apoſtoli utrobique nõ
meminerint, nil mirum eſt, quùm ea nondum edita fue
rit. Prius namque apoſtoli fere omnes martyrio corona
ti deceſſerant, præſertim eorum princeps Petrus ad quẽ
potiſsimùm canones, & conſtitutiones apoſtolicæ refe-
runtur, qui cum Paulo ſub Nenore Cęſare vitæ curſum
glorioſè conſummavit. Poſt modùm verò Ioannes apo
ſtolus & evangeliſta ob dominicum teſtimoniũ in Pat-
Apoc. 1. b v. 9 — mon inſulam relegatus fuit ſub Domitiano Veſpaſiani
Cõt. Hær. Valen. ad fi. — filio: ibi que apocalypſim a deo revelante ſuſceptam con
ſcripſit, ut Irenæus, Euſebius, ac Hieronymus teſtantur:
Li. 3. ecc. hiſ. c. 13. 16 — prius vero ſcripſiſse evangeliũ, quod & Nicephorus tra
dit annũ à Domini aſcenſu triceſimũ ſextũ notãs, & à
Lib. ſcrip. eccl. — Policrate clarè refertur, ex habitis, cõſtat: reliqua in chro
Lib. 2. c. 45. Nice. — nographia latiꝰ executi ſumꝰ. Hoc ævo libri cæteri vete-
ris inſtrumẽti apoſtolico iudicio, ac teſtimonio cõproba
ti fuiſſe debẽt exiſtimari. Nec enĩ aliter generales ſequẽ-
tes ſynodi cuncta ſacra biblia pari veneratione ſumpſe-
re, quàm quod ea ſic ab univerſa eccleſia exordio ab apo
ſtolis ſumpto principibus dei legatis recepta conſtante
ſucceſsionis iugis traditione accepiſſent. Concilia quip-
pe divinam in ſacris biblijs autoritatem agnovere, non
dederunt, ut quæ minimè condidere. At apoſtoli tum
condiderunt, tum ab alijs condita comprobarũt, & quã
quam deus primus autor eis propriè autoritatem dedit,
apoſtoli quoque velut numinis proxima inſtrumẽta tri
buiſſe dici poſsunt, quatenus & ipſorum teſtimonium,
divinum teſtimonium ſupremis miraculis probatur, ac
divinum teſtimonium ſive recens cõdita, ſive olim, iam
à numine aſſerta æquali firmitate ſtabilit. Ad hunc mo-

modum ſacrorum librorum canonem, quem nuperrimè protulit ſynodus Tridentina, Nicœnam recepiſſe in ditio eſt, quod librum Iudith in numero ſanctarũ ſcripturarum teſte Hieronymo legitur computaſſe. Concilium tertium Carthaginienſe recepit eundem, niſi q̃ Baruch non exprimit, deinde & Romanum ſub Gelaſio; at Florentinum in Armenorũ inſtructione nihil omittit: non curans quòd aliquando de quibuſdam nonnulli curioſè ancipites fuerint. Sic ſuperna dei diſciplina ſacris biblijs contenta exploratiſsimè hucuſque agnita, & recepta eſt fide indubitata; ita ut qui conſervata uſq; adhuc fidei religione antiquata, novam inducere tentet vel illi utcumque retentæ novam quaſi fidei doctrinam adijcere, velut ſacræ ſcripturæ aliquid aliud tãquam partem apponere, aut adverſa fidei dogmatib' aſtruere, uti congreſſus illegitimos eſſe licitos, aut ſacramentorum ritũ alijs additis invertere; minimè auſcultandus, ſed exe crationi habendus ſit. Cuncta quippe apoſtolus Paulus comprehendit inquiens; Licet nos, aut angelus de cœlo evangelizet vobis præterquam quòd evangelizavimus vobis, anathema ſit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis evangelizaverit, præter idquod accepiſtis, anathema ſit. Itaque quoties fidei cauſa in ſynodis diſcutitur, ac dogma de fidei neceſſitate tenendum a Petri ſucceſſoribus decernitur; haud nova fides definitur; ſed antiqua ſacris comprehenſa literis explicatur, & ex divina inſtitutione olim conſtante depromitur, ut erga eos, quibus minus perſpecta erat, determinata, de qua deinceps ambigi, ut prius, dum obſcurior foret, neutiquam liceat, in univerſum habeatur. Rurſus teſtamentum novum

In prolo. Iudith, c. 47.

c. Sancta Romanæ diſtin. 5.

S. Tho. 2.2.q. 174.a.6. ad 3 ;& Caie. ibi.

Gal. 1. b. v. 8. 9.

A Iſa. 1. d Ier. 7. c. Eze. 20. d. Amos. 5. f Mala. 1. d. B Ier. 31, f 30. b. Eze. 34. f. 37. f Gé. 49. b Nũ. 24. d Deu. 18. d c Thc. 5. d v. 19. &c

Gal. 1 b.

vum fidei veteris non adverſatur, quin immo priſci vates[a] antiquos ritus per ſe numini non eſſe cordi proteſtati ſunt,[b] ſed abolendos nova Chriſti gratia ſuccedente, perfectaque deo acceptiſsima religione, cuius lucem velut umbræ præfigurantes præcurrerint. Denique non obſtat dictis, quod[c] apoſtolus ait: Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite ſpernere; ut propterea credere debeamus cuipiam ſe prophetam à deo miſſum ferenti ſive in ijs quæ veræ religioni repugnent, de quibus ne angelo quidem fidem eſſe habendam aperuit; ſive in ijs quæ ad humanorum actuum dirigendorum gubernationem ſpectant, niſi eo examine adhibito, quod ipſe cotinuò explicat ſubdens, Omnia probate; quod bonum eſt, tenete; ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Vnde patet non bene agere, qui occultæ revelationis prætextu ſibi publica eccleſiæ officia uſurpat, ut evãgelium prædicare, ſacra conficere, iuridicas ſententias ferre. Habet enim mali ſpeciem, ut quæ iuxta rectè diſpoſitum regimen ab eccleſiaſticis præſulibus conferenda munia ſunt, ſibi aliter quiſpiam vindicet, niſi ſuperiore autoritate, putà dei ſibi peculiari delegatione talem functionem demandatam palam oſtendat. Quocirca rectè Innocentius pontifex decrevit, non ſufficere cuiquam nudè tantum aſſerere, quòd ipſe ſit ad ſimilia occulta miſsione à deo miſſus; cùm hoc quilibet hæreticus aſſeveret: ſed oportere, quòd aſtruat illam inviſibilem miſsionem per operationem miraculi, vel ſcripturæ ſpeciale teſtimonium: ſicut Moſes ſigno virgæ monſtravit, & Baptiſta proprio prolato teſtimonio è ſcriptura dicens, ego vox clamantis in deſerto; Dirigite viam domini, ſicut dixit Iſaias propheta.

Inno, 3. ext. de hæret. c. Cum ex iniũcto.

Exod. 4. b

Ioan, 1. c. v. 23 Iſai. 40. a.

Tale teſtimonium ex apocalypſis ſcriptura promere va
lebunt duo adventuri dei teſtes, quibus & alterum mi- Apoc. 11. a.b.
raculorum teſtimonium abunde ſuppetet. At quũ act⁹
moderandi ad privatos pertinẽt, licebit eos dirigere iux
ta temperamentum vatum huiuſmodi abditè inſpirato
rum modo ſub generalibus eccleſiæ regulis contento, ve
lut in auſteritate, contemplatione, ac alijs ſpiritualibus
exercitijs ſuſcipiendis. Quia ubi nullum animi pericu-
lum eſt, proprio in ſenſu abundare Apoſtolus permittit Rõ. 14.b
Sed ſi ita ij actus inſtituantur, ut à norma univerſæ eccle Caie. 22.
ſiæ probata difformes exorbitẽt, pravi cenſendi ſunt, & q. 174. a. 6. ad. 3.
inſtitutor pſeudo prophetes exiſtimãdus, uti ſi quod fur
tum iuberetur ob eleemoſynam non in extrema neceſsi
tate largiendam, vel membri mutilatio gratia caſtitatis
ſervandæ, vel congreſſus non coniugalis ſpe lectiſsimæ
prolis producendæ. Nam & hoc ipſo à rectæ rationis di
ctamine male ſervato diſceditur, quòd certis inſtitutis,
quibus obſequi probum eſt, incerta de quibus dubitan-
dum meritò eſt, præferũtur. Nec ſe iure tueri ſimiles que
unt exemplis à deo iuſsis Iſraelitarum Ægyptios expi- Exod. 12. f
lantium, immolationis Iſaac paratæ, ſcorti vati Oſeæ co Gen. 22. Oſeę. 1.
pulati, & ſi qua talia præterea ſacris in literis reperiantur
quæ aliôqui vetita, deo imperante debita vatibus credẽ-
tes alij executioni mandarint. Et ut res apte diſtincta di
lucidius pateſiat, decalogi naturalia præcepta præſertim
ad humanitate proximos ſpectantia, ut mutari rarò, & S. Tho. 1.
in particulari queunt, ac deleri etiam ex cordibus homi .2. q. 94. a. 5. 6.
num ob pravas perſuaſiones, & conſuetudines; ita diſpẽ
ſationem aliquando admittũt. At prima moralia prin- Li. not. in
cipia unde illa proximè derivantur, ut bonum eſſe pro- gn. mor. c. 4.
ſequẽdum, malum qua tale ſit, etiam in alijs vitandum,

ius

ius cuique debitum reddendum, non reſolvendum, nec
īndebitum uſurpandum; ita rectæ rationi cohærent, ut
S Tho. 1 & immutabilia ſint, & humanis mētibus indelebiliter
2.q. 100.a insint, nec diſpenſantis moderamen ſubire valeant. Sub
8.ad.2. horum autem ratione præcepta decalogo continentur,
& prout ſecundum eam rationem iuſtitiæ debitæ intel-
S.Tho. 1. ligenda veniunt, rectè omnino indiſpeſabilia dicuntur:
2.q. 100.a. ſed quatenus ab ea deſciſcere poſsūt, diſpenſationis mo
8.incorp. & reſp. ad. 3. dum ſuſcipere queunt. Res omnes conditæ, vita que ſub
inde hominis, & corpus primi autoris ſunt, nec aliud er
ga creata iuris vim adipiſcitur, quàm quod à conditore
conceſſum eſt, ut eius violatio improba ſit. Non tamen
ob id autor ius ſupremum amiſit, ut quicquid in univer
ſis fieri præceperit, non maximè fas & legitimum ſit, in
quo exequendo nullus delictum admittat, ſed id quod
iuſtū ſit, pręſtet. Sic imperio dei divitias alijs collatas ac-
cipere non eſt furari, ſed à vero domino ſumere: itē nec
homicidij facinus perpetrare, alium vel ſe etiam neci de-
dere, quod inſtinctu divino Samſon, & fortè Razias, &
Iudic. 2 Mach. 14.g. Elezarus fecit; quin potius vitæ autori obſequi: itidē que
1. Mac. 6.f numine iubente ſuum, alteriusque corpus ſoboli procre
andę ſubdere citra matrimonij vinculum communiter
ſervandū inſtitutum, non eſt libidinis crimine mœcha
ri, ſed honeſtè inſtitutori naturę peculiari ex cauſa diſpo
nenti obtemperare. Verùm ut à communis legis, pręva
ricatione ij excuſentur quibus divina inſpiratio non in-
tus adfuit, oportet, ut de iuſsione dei vati revelata certi
ſint, ut Iſraelitę mirandis ſignis fuere de divina Moſis le
gatione, unde iure potuerunt Ægyptios ſpoliare, ut o-
mittamus nunc diſquirire, an per cōmodatum iure qui
verint mercedem operarum recuperare, qua de re lega-
tio

tiones inter utramque gentē habitas non deſunt, qui re ferant. Iſaac verò qui ſe norat mirabili dei munere ex anu nonagenaria patri centenario editum, meritò & potuit credere ſe in victimam à numine poſtulatum, & ſpontè aſſentiri, præter quàm quòd is nil aliud fecit, quàm letum manſuetè operiri, ſicut & Chriſtus illatū tulit. Scortum denique Oſeæ non eſſet, cur eximere culpæ laboraremus præſertim paratum, & proiectum, niſi ei conſentiens ſimul congreſſu operans dei vates inde culpam contraheret. Sed ab hac nos cura ſacræ literæ liberant ſumptam dicentes uxorem prophetæ, cuius & filios fornicationis vocant, quòd mater fornicationū plena meretrix fuiſſet.

Tertul. cōt. Marci. li. 2. parag. 14.

Gen. 17. c 21.

Oſe. c. 1. a.

## 3. C. Teſtamenti veteris conditores.

QVoniam verò ſacræ literæ in culmine autoritatis locatæ, agnitæ que ſibi mutuò firmiſsimam claritatem afferunt, ut micantia ſydera viciſsim ſplendorem addunt ſtabiliorem: operepretium fuerit eas inter ſe conferre, & quî atteſtentur, conſyderare. Reſpiciunt ſe ſe utriuſque inſtrumenti fulgentes Cherubim, & ignitorum ſeraphim alter ad alterum clamat: ſemper que poſteriores libri è prioribus contexti offeruntur, & priora vaticinia è poſterioribus velut in non pra nunciatis modo, ſed quaſi conſpectis; & ſynchroni etiam ſacrorum librorum conditores ut ab uno almo ſpiritu animati mirificè ad invicem concinūt. Cuncta tamen ſingillatim expēdere, operis infiniti fuerit, allaturi moleſtum ſine fructu tædiū: ideo que aptius lectioni diuturnæ ſanctorū bibliorum relinquetur, ubi

Exo c 25. b.

Iſa. 6. b.

ea col-

ea collatio uſum inſignem pariet. Nunc autem ſatis erit
ex inſignioribus locis, expreſsiora quædam ſeligere in-
ſtituto apprimè congruentia: dicemusque unà quod &
propoſitum iuvet, qui ſingulorum librorum condito-
res habeantur. Quamquam enim per diverſa ora, per
varios calamos eadem divina numinis autoritas quaſi
fons unus per diſcretos canales fluxit: nihilominꝰ id noſ
ſe utilitatem intelligentiæ ſuppeditat eximiam ad pluri
ma percipienda velut prolepſes, anacephalęoſes, & illud
frequentiſsimè repetitum, uſque in hodiernum diem
quidpiam duraſe. Atque in primis Geneſis hiſtoriam *Geneſis.*
Servator cuius princeps eſt autoritas, comprobat pri-
Mat.19.a morum parentum conditionem, & coniugium inſo-
Gen.1.2. Luc.17.f. lubile aſſerens, mentionemque ſuggerens Noe, diluuij
Gen.c.7. 19. Lot, & uxoris eius, ac recordationem celeberrimam pa
Mat.8.b. triarcharum Abrahæ, Iſaac, Iacob præferens, de quorũ
rebus geſtis, ac divinis promiſsis apoſtoli, ut & reliqui
ſacri libri perinde ac patrum cæterorum ſæpe memine-
runt. Hunc librum à Moſe ſcriptum Hebræi conſtan-
ter, atque adeo cuncti dicunt, quod & oſtẽdit continua
tio exodi aptè velut ſub una ſtyli, ac narrationis forma, *Exodus.*
& connexione ſuccedens. At Exodum, Leviticum, Nu *Leuiticus*
meros, Deuteronomium cõſcripſiſse Moſem ipſum ex *Numeri.*
illis liquido patet, præſertim ex eo quod ad finem ha- *Deutero*
Deut.31.f. betur. Poſtquam ergo ſcripſit Moſes verba legis hu- *nomium.*
ius in volumine, atque complevit, præcepit Levitis qui
portabãt arcam fœderis domini dicens, Tollite librum
iſtum, & ponite eũ in latere arcæ fœderis domini dei ve
ſtri. Potuit itaque Moſes priſcam illam hiſtoriam vel
ꝓphetico ſpiritu repræſentatã contexere, vel ex antiquis
memorijs, traditionibꝰ, ſcripris colligere divini luminis
dirigente

dirigente inſtinctu deligens, quę numini viſa digna forent, ut ſpiritualis ſalutis gratia poſteris traderētur. Nec iniuria Geneſis legis antiquę nomine comprehenditur, Gal. 4.c. v. 21.
qum ea primum exordium ſumpſerit à circuncisionis ſignaculo Abrahę collato. Ac legem prout etiam Geneſim complectitur, Christus in teſtimonium attulit, inquiens, Neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & prophetis, & pſalmis de me. Legem alibi a prophetis prius diſtinguit, dein pro cūctis veteris inſtrumenti ſcripturis ſumit, dicens. Nolite putare, quoniam veni ſolvere legem, ant prophetas, non veni ſolvere, ſed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec trāſeant cœlum en terra, iota unum, aut unus apex non præteribit, à lege, dōnec omnia fiant. Librum legis fœderis in templo repertum tempore Ioſiæ regis Malachim ultimus refert, quem deuteronomiō multi accipiūt. At omnem legem quam tulerat Moſes, deus apud Ioſue commendavit ei dicens: Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus, ac noctibus, ut cuſtodias, & facias omnia quæ ſcripta ſunt in eo: tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. Ioſue vero ſucceſſor Moſſis in prophetis, ut ait ſapiens Ieſus, vir in quo deus teſtatus eſt ſpiritum eſſe ſuum, exiſtimatur calcem pētatheuco à morte Moſis addidiſſe, & librum compoſuiſſe proprium, quod in eius fine indicatur, ubi ait, Scripſit quoque omnia verba hæc in volumine legis domini. De geſtis Ioſue protomartyr Stephanus in actis apoſtolicis recordatur, & Apoſtolus ad Hebræos texens clarum iudicum catalogum Barac, Gedeon, Iephte, Samſon, Samuel; quem & Samuel prætexuerat, inquiens, dominum miſiſſe Barac, Ierobaal, Iephte, Bedan,

Marginalia: Gen. 17. — Luc. 24.c — Ma. 5.c. — 4. Rēg. 22. 23. — Ioſ. 1. b. — Eccl. 46.a — Nu. 27.d. — Ioſue. — Ioſ. 24.f. — Act. 7.f. Heb. 11.f — 1. Re. 12.b

dan, Samuelem. At qui iudicum hiſtoria cũ Ruth, quæ *Iudicũ li Ruth*
Ruth. 1.a, utique ad unius iudicis dies refertur, & Samuelis liber
ab Hebræis conditori uni Samueli tribuitur. Sed licet
conſentaneum ſit à Samuele librum iudicũ cum Ruth
Ioſ 24.g editum fuiſſe, qui & à morte Ioſue libri eius calcem ap-
Iudi.2.a. poſuerit, cuius in principio libri iudicum mors cum ulti
ma populi dimiſsione verbis eiſdem fere repetitur: haud
par tamen eſt exiſtimari à Samuele fuiſſe ſcriptum librũ *I.II. Reg.*
ſecundum regum, & primi eam partem quæ à Samue- *Samuel.*
1.Reg 25 lis morte ſuccedit: quanvis ſub Samuelis nomine non
a. immeritò liber uterque feratur, ob vatis egregiam præ-
ſtantiam, qui priorem partem peregerit. Poſteriora verò
Nathan prophetæ, & Gad videnti aſcribenda ſunt iux
1, Par.29 ta Paralipomenon teſtimonium, ubi dicitur, geſta Da-
g. vid regis priora & noviſsima ſcripta eſſe in libro Samue
lis videntis, & in libro Nathan prophetæ, atque in vo-
lumine Gad videntis: quæ ſanè deinde ſimul coniuncta
ſint. Cæterùm de Ruth in genealogia Servatoris refer-
Pſal.97. tur; Samuelem ob meriti excellentiam Moſi pſalmogra
Ier.15.a, phus, & Ieremias ex dei perſona ſubiungit. Gad videns
2.Reg.24 is propheta fuit, qui Davidi ob populi numerati delictũ
b. trium ſuppliciorum optionem à deo miſſus obtulit: Na
Eccl.47.a than vero propheta, quem Ieſus ſapiens celebrat, is fuit,
2.Reg.7. per quem deus Davidi ex ipſius ſtirpe Chriſtum pollici
c.
2.Reg.23 tus fuit, cuius regnum ęternum foret, quod & David ul
a.
Mat.12.a, timo hymno teſtatus eſt, de cuius geſtis rebus Servator,
Act. 7.f. Stephanus, & Apoſtolus celebrẽ mẽtionẽ fecere. Dein
13.d,
Heb, 4.b. ex ordine Malachim hiſtoria Davidis mortẽ, Salomo- *Malach.*
Math.12, nis ſapientiã, & gloriã, cuius & Servator meminit, divi *III. IIII.*
d 6.d.
uſq; in.c.13 ſioneq; Iſraelitici regni, ac Iudaici refert. At ea quib⁹ cõ *Regum.*
li. 3 Reg.
2.Par, 9.e ditoribus collecta tribuenda ſint paralipomena oſten-

dant, ubi dicitur. Reliqua autem opera Salomonis priorum & noviſsimorum ſcripta ſunt in verbis Nathan ꝓphetæ, & in libris Ahię Silonitis, in viſione quoque Addo videntis contra Ieroboam filium Nabat. Nathan itaque principia regni Salomonis qui & Davidis finẽ ſcripſit. Ahias Silonites propheta fuit qui pallij ſui ſciſsi decem dodecatemorias Ieroboamo tradidit in ſignum decem tribuum, quas ei deus ob Salomonis peccata dedit. 3. Reg. 11. f
Addo videns vel is fuit qui ad Ieroboam cõtra altare ab ipſo erectum à deo miſsus paulo poſt ob inobediẽtiam à leone interemptus eſt, vel is qui opera etiam Roboam, & Abia regum Iuda ſcripſit ad finem uſque Abię nepotis Salomonis perveniens, qui Abia Ieroboamo exprobrarat vitulos aureos, quorum gratia is altare ſubſtruxerat. 3. Reg. 1. d 2. Para 12. d. 13. d. 2. Par. 13. b 3. Reg. 14 g.
Quippe, quibus aſcribenda ſit hiſtoria ſequentium regum, ita in paralipomenis aperitur. Opera vero Roboam prima, & noviſsima ſcripta ſunt in libris Semeiæ prophetæ, & Addo videntis, & diligenter expoſita. Et rurſum: Reliqua autem ſermonum Abia, viarumq; & operum eius ſcripta ſunt diligemtiſsime in libro Addo prophetæ. 2 Par. 12. ſi 2. Par. 13. ſi
Semeias porrò is vir dei fuit, qui ex ſermone dei allocutus Roboam, ac tribuum Iuda & Beniamin exercitum centum octoginta milliũ electorum inhibuit, ne adverſus Iſraelem à ſe diviſum belligerarent. 3 Reg. 12. f
Iam ſuccedentia regum Aſa, & Ioſaphat, cui aſsignanda ſint, ſic paralipomena indicant. Reliqua autem geſtorum Ioſaphat priorum & noviſsimorum ſcripta ſunt in verbis Iehu filij Hanani, quæ digeſsit in libro regum Iſrael: præmiſsumqȝ fuerat: Opera autem Aſa prima & noviſima ſcripta ſunt in libro regum Iuda, & Iſrael. Vnde claret à Iehu vate Malachim ſive regum Iuda & Iſrael hiſtoriã 2. Par. 20. g 2 Par. 16. d

ſua

ſuapręcipue tempora ſpectātē digeſta fuiſſe. Is verò Iehu
2,Pa.19.g. vates reprehendit Ioſaphat, quòd cum impijs fœdere iū
2.Pa 16.c 3,Re,16 a.b ctus eſſet, cuius pater Hanani ꝓpheta diffidentiam Aſa
Chron.c.8 coarguerat: qui que videtur contra Baaſa prophetaſſe, de
3.Reg.17 &c. quo fuſius alibi locuti ſumus. Hoc ſæculo enituerūt exi
4:Reg.5 &c. mij vates Elias, & Eliſæus, quorum exempla Servator
Lu.4.e. adduxit, Eliamq; venturum prędixit, quem cum Moſe
Mat.17.b.a. teſtem ſuę tranſfigurationis adhibuit. Ad hęc ſubſequen
tium regum hiſtoria uſque ad Oziam paralipomena
Iſaię tribuendam oſtendunt è ſimili relationis modo in
ſuperioribus obſervato. Cùm enim aſsimiliter dicāt de
2Pa.24.fi Ioas; Filij ei⁹, & ſumma pecunię quę adunata fuerat ſub
eo, & inſtauratio domus dei ſcripta ſunt diligentius in
2Pa.25.g libro regum: & inferius, Reliqua autem ſermonū Ama
ſię priorum, & noviſsimorum ſcripta ſunt in libro regū
2.Pa.26.fi Iuda, & Iſrael: ſubdunt: Reliqua autem ſermonum O-
zię priorum & noviſsimorū ſcripſit Eſaias filius Amos
2.Pa.27.d propheta. Pręterea qùm deinde dicant; Reliqua autem
ſermonum Ioatham, & omnes pugnę eius & opera ſcri
pta ſunt in libro regum Iſrael & Iuda; & inferius de A-
2.Pa.28.fi chaz, Reliqua autem ſermonum eius, & omnium ope-
rum ſuorum priorum & noviſsimorum ſcripta ſunt in
libro regum Iuda: & Iſrael: tandem ſubiungunt: Reli-
2.Pa.32.f qua autem ſermonum Ezechię, & miſericordiarum ei⁹
ſcripta ſunt in viſione Eſaię filij Amos prophetę, & in li
bro regum Iuda, & Iſrael. Vbi planè innuitur pari ratio
ne pręcedentia Malachim ad Iſaiam conditorem perti-
nere, qui pręterea in proprię prophetię libro multa inſe
ruerit ad Ezechiā ſpectantia Ea verò ſunt quę ab advētu
Sen-acherib contigere, qui deleto per angelū exercitū
in patriā regreſsus à filijs perēptus fuit, quo ad Ezechias

 ſigno

ſigno accepto retroacti ſolis ſanatus, legatione regis
Babylonij elatus, correptus eſt: quæ æque apud Iſaiam, Iſai. 36.
ac Malachim explicata ijdem fere verbis, quaſi hinc in- 37. 38. 39. 4. Reg. 18
de traductis inditio manifeſto ſunt ab Iſaia fuiſſe in Ma 19. 20.
lachim etiam edita. Tantūmodo apud Iſaiam Ezechiæ Iſai. 38.
canticum adijcitur Poſthæc in paralipomenis refertur,
geſtas res Manaſſe, & obſecrationem eius, verbaque vi-
dentium ad eum dei nomine facta ut à facinoribus ab-
ſtineret, ſcripta fuiſſe in ſermonibus Hozai: ex quo colli
gitur eam hiſtoriæ Malachim partem ad Hozai condi- 4. Reg. 21. d.
torem eſſe referendam. Quæ verò reſtant uſque ad finē,
ad Ieremiam conditorem pertinere, inde primùm ſumi
tur, quòd ad finem vitæ Ioſiæ in paralipomenis ſubdi- 2. Par. 35 fi.
tur Ieremiam luxiſſe maximè Ioſiam lamentationibus
editis, & opera illius in libro regum Iuda, & Iſrael fuiſſe
ſcripta. & denique quòd quę uſq; ad calcem Malachim
habentur, partim apud Ieremiam varijs in locis deſigna
ta conſpici queant, attinentia verò ad Sedechiā, & Hie-
roſolymorum deſolationem ijſdem penè verbis illic, & 4. Reg. 24. d. 25
penes Ieremiā, item quę ſublevatio Ioachim cum alijs Ier. 52. a. 40. b. fi.
nonnullis reperiantur. Hinc factum eſt, ut à nonnullis 41. a. 52. g.
Hebræis plus iuſto ꝓgreſsis poſteriores libri regum Ie-
remiæ aſcriberentur. Succedunt libri Paralipomenon, Paralipomenon li.
Dibre haiamim, id eſt, verba dierū Hebraice appellati,
quòd ſane collecti ſint iuxta canones apoſtolicos ex li Can. 84.
bro dierum derelicta complexi. Frequenter nanque in
Malachim invenitur, hæc ſcripta ſunt in libro verborū
dierum regum Iſrael, item quę Iuda, poſt Salomonem
diuiſo regno, cui⁹ universa, ſcripta eſſe, refertur, in libro 3. Reg. 11 fi.
verborum Salomonis. Mos quippe apparet fuiſſe regib⁹ Li. de. 70 interpret. ad fi.
hiſce, qui Ptolemæis Ægyptijs quoque ab Ariſtea narra

tur

tur,uti quotidie ex ea diei hora,qua primùm rex reſpon
ſa reddere cœpiſſet,uſque dum ſomno quieſceret,ſingu
la eius dicta,geſta,facta literis demandarētur,ut quæ mi
nus commode gererētur,emendari poſſent: quibus etiā
Poſt prin. mos fuit cuncta edictis proferre,ita ut ne minimū qui-
dem ſine reſcripto ageretur, propter magnificētiam, &
certam rerum fidem. Ad eum modum non annales tā-
tum,ſed & diaria regum Iuda,itidemque Iſrael confici
potuerūt: ex quibꝰ inſtinctꝰ divini ductu cōditor parali
pomenon,quæ relicta fuerant intacta in Malachim hi-
ſtoria,colligenda ſe legerit,quę numini viſa fidelibus in
ſtituendis ideonea forent,alijs forte ſupervacaneis omiſ
ſis. Quamvis enim ſacri Malachim libri libros verborū
Nu.21.d. dierum citent,ut Numeri librum bellorum domini, &
epiſtola Iudæ librum Henoch: gravem quidē illis, ſed
non canonicam tamen continuò autoritatem tribuūt;
at quæ inde deſumunt,quæ ve ibi haberi produūt, certiſ-
ſima ita eſſe confirmant. Sic prophetia Henoch ſi ſynce
ra conſervaretur,magni ducenda eſſet:eius tamen auto
Li. Hab. mulie. num ritatem Tertullianus gnaviter defendit ac teſtimonium
3. lib. idol. fol 1. affert. Fortaſsis alia erat, quàm quæ cum alijs pſeudepi-
Li 6. cōſt apoſt. c. 16 graphis apoſtolica cenſura exploditur,ubi aſſeritur,à Si
mone & Cleobio ſub nomine Chriſti & apoſtolorum
confictos libros circunferri,priſcis que temporibus ſcri
ptos a quibuſdā libros apocryphos Moſis,Enoc,& Adę
Iſaiæ quoque Davidis & Heliæ, atque trium patriarcha
rum pernicioſos & veritati infeſtos. Cæterùm Paralipo
mena cum Malachim, & Samuel in his quę communi,
ter narrant,mirificè conſpirant: veruntamen in annorū
ratione concordia nonnunquam difficultatem offert,
c.8.9.10. quam enodare in chronographia ſedulò curavimꝰ. Ho
rùm

rum conditor unus depreheñditur, cùm ab exordijs libri multa tanquam per anacephalęoſim in ſummã cogat, quę partim ad poſteriora ſęcula, ultima fermè ipſius hiſtorię pertineant, ut ad tempora Ioatham regis Iudę, & 1. Pa. 5. c. Ieroboam regis Iſrael, & Ezechię regis Iuda. Extendit 1. Pa. 4. g quoque hiſtoriam ad generis humani primordium filo proſaphię deducto, & poſt Hierſolymitanum excidiũ uſque ad edictum Cyri Perſarum regis ad templi rędificationem reduces invitans, quod & Ezras in libri ſui 2. Pa. 36. ſi principio ijſdem fermè verbis repetens, ſequentia præcedentibus connectens, oſtendit recte ſentire illos, qui Paralipomenon conſcriptionem ipſi attribuũt. Eſt autem Hilarius Prolo. pſal. hoc libro veluti theſauro totius inſtrumẽti veteris eruditio arctè contenta Hieronymo teſte, ut ſine ipſius cognitione ſcripturarum ſcientiã nõ niſi temerè ſibi quiſquam arroget. In prolog. proprio & cõi, c. 7. Pro coronide adijcitur precatio regis Manaſſe Gręcè, & Latinè, non Hebraicè habita, ubi pro titulo, non eſſe de textu bibliorum dicitur. Eius tamen 2. Pa. 33, d mentio in Paralipomenis pręceſsit, & Clemens ex apoſtolorum ore ipſam è paralipomenis integram repetit, Li. 2. cõſ. apoc, c, 28 adductis inde ab illo loco, Idcirco ſuper duxit eis principes exercitus regis Aſsiriorum uſque ad regnum Amon, inſerens totam inter illa verba, obſecravit intente, & exaudivit orationem eius, ſicut apud, ſeptuaginta legitur. *Eſdras.* Verùm Ezræ priorem librum ab eo conditum eſſe ipſemet aperte pandit ex eius perſona partim procedens, quanquam & de illo veluti tertia perſona partim verba facit, uti conditoribus ſacrorum librorum maxima ex parte ſolenne eſt, c. 7. 8. &c. ut qui duce numine humanis nexibus nudi veritatis tantum dicendæ curam, non proprij a-

licu

licuius affectus ſtudium præ ſe ferunt. Eiuſdem Eſrę,
ut inſignis ſacerdotis, & ſcribæ celebrem recordatio-
c. 8. 12. &c nem Nehemias dux illuſtris in volumine propria ex *Nehemias.*
perſona condito exhibet, ubi ex eius commentarijs plu
ra quàm vulgo notantur, interſeruntur; quæ quo pacto
cum cæteris iuxta temporis ordinem digerenda ſint, in
c. 13. 14. chronographia indicavimus. Duo alij libri ſub Eſdræ *Eſdræ. III. IIII.*
nomine circumlati nunquam in canonem recepti ſunt,
tertius utilis explicandæ hiſtoriæ de reditu Iudæorum
agenti eſſe poteſt, quartum non memini me Græcè vi-
c. 13. d. diſſe. In hoc præter alia traditur decem tribus in remo-
tiſsimam regionē per introitus anguſtos Euphratis re-
c. 15. c. d. ceſsiſse, ac reparatæ legis ſcriptos eſſe libros ducentos
quatuor, quorum ſeptuaginta ſapientibus ſolummo-
do concredendi forent, unde videtur ortum habuiſse,
quòd de reparata lege per Ezram fertur. At in Macha
2. Mach. 1 d. e. f. g. bęorum hiſtoria ubi Nehemias ſacerdos inclytè celebra
2 Mac. 2. d tur, Inferebātur, ſubditur, in deſcriptionibus, & com
mentarijs Nehemiæ hæc eadem, & qualiter conſtru-
ens bibliothecam congregavit de regibus libros, &
prophetarum, & David, & epiſtolas regum, & de do
narijs. Simiter autem & Iudas ea quæ deciderant per
bellum quod nobis acciderat, congregavit omnia,
& ſunt apud nos. Ita que nulla ſacrorum bibliorum
tanquam deletorū reparatio ab Eſdra facta traditur di-
vino teſtimonio, ſed à ſynchrono Nehemia bibliothe-
ca ſedulo confecta, qui libros congregarit propheta-
rum, quorum primus inter librorum conditores Mo-
ſes, & Davidis, & Malachim, quinimirum ſacra bi-
blia erant: ſicut & à Iuda Machabæo fieri curatum eſt,
quanvis multis in exēplis libri legis dei ab ethnicis ſciſsi
palàm

palàm igni combuſti fuerint. Succedentem ſerie librum 1. Machab. 1.g.
*To. bias* Tobiæ, qui tempore pręceſsit, patrem compoſuiſse, Grę cè iuxtaq; originalē linguā perſpicuū eſt, ex ipſi° perſona procedentem, à morte verò patris clauſulā à filio aut & nepote ſimul appoſitam fuiſſe par eſt. Huius egregiā ſententiam, Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu ali quando alteri facias, Servator in affirmationem vertit, Omnia, inquiens, quæcunque vultis ut faciāt vobis ho mines, & vos facite illis: hæc eſt enim lex & prophetæ. Tob. 4.c. Mat. 7.b.
*Iudith.* Librum Iudith ipſa condere valuit quę mirabile adeò canticum edidit, extremum autem à morte ipſius calcē Abra comes apponere, aut utrunque pontifex Eliacim, ſive Ioacim filius Ieſu, quorum & poſterorum catalogū Nehemias texit. Iudith, uti ſapientiſsimæ preces ac tem perantiam in exemplum apoſtoli per Clementem com mendant. Iudith 16 4.15.c. Neh. 12.a Li. 3. cōſt c. 7. li. 5. ſi
*Eſther.* Librum verò Eſther, quæ multo prius iam ſene Tobia floruit, Mardochæus cōdidit iuxta ea quæ ad finem habētur, Scripſit itaque Mardochęus omnia hęc, & literis comprehenſa miſit ad Iudęos, qui in omnibus regis provincijs morabantur. Eſther & Mardochęi ieiu nium, & Ninivitarum Clemens ex apoſtolorū ore prę dicat. Huius libri pericopē ab illo loco, Dixitque Mardochęus, poſt calcem reiectam veru Hieronymus prænotavit ſumptam è vulgata editione Græcè tantùm & Latinè habitam ex hiſtorię varijs locis reſectam. Hanc non aliter videtur ſynodus recepiſſe, quàm ſub cenſura Hieronymi prępoſita. Nec tamen in ea quicquam eſt, quod offendere queat. Nam quod inſeritur de Mardochęo; pręcepit que ei rex, ut in aula palatij moraretur, da tis ei pro delatione muneribus: poteſt cōciliari cum illo quod ſervi Aſſueri dixiſſe in hiſtoria referuntur, Nihil Eſth. 9.c. Lib. 5. con ſtit. fi. Eſth. c. 10 b. Eſth. 12.b Eſth. 6.c. &c.

omnino

omnino mercedis accepit: ſi dicas vel ſervos munuſcula pro meriti magnitudine rectè nullam mercedem exiſti maſſe; vel illic per prolepſin fuiſſe preocupatum præmiũ
Eſth. 6. c. &c. quod poſtea Mardochæus ampliſsimum à rege conſecu tus fuit. Sequitur ſerie Iob antiquiſsimi liber, quem à Moſe conditum Hebræi tradunt. Pauca verò ſunt quæ hiſtoriographus in principio, & fine, aliquot que in alijs licis inter locutus appoſuit, cum pleraque verbis Iob, &
Tob. 2. c. regum ut ait Tobias, amicorum eius, ac dei verbis execu tus ſit: niſi forte omnium ſermones quos ore tot præſer tim virorum extemporali metro fuſos eſse, durum cui-
Proœm. Iob. piam admiſsu videatur; ipſe carmine quod Hieronym^9 dicit hexametrum, coegit; quali heroico verſu cãticum
Li. 2. anti 6. ult. ut Ioſephus prodit, ob Iſraelem mari ereptum a Moſe confectum eſt; reliqua verò proſa oratione intexuit, ut ſua perſpicuè à dictis illorum diſtingueret. Iuſtitiam
Ezec. 14. c. f. Iob, Noe, ac Danielis deus effert Ezechielem alloquens.
Iacobi. 5. c Iob tollerantiam Iacobus apoſtolus celebrat. Succedunt
Pr. pſal. tit. pſal. 1. pſalmi, qui plures habuere conditores ſecundum Augu *Pſalteriũ*
Hibr. pro. lo, pſal. ſtinum, ac iuxta Hieronymum Sophronio, & Cypriano ſcribentem illorum ſunt, qui ponũtur in titulis, quorum que proxime nomina fuerunt anterius prælata. Sic
Pſal. 89. ad Moſem referuntur pſalmus cæptus, Domine refugiũ
Pſal 71. cum decem ſequentibus; ad Salomonem quinque, De^9
Pſal. 126. iudicium tuum regi da, Niſi dominus, & ſubſequentes
Pſal. 129. tres uſque ad cœptum, De profundis, pœnitentiæ Salo-
Pſal 49. Pſalm. 72. monis atteſtãtem; ad Aſaph, Deus deorum. Quam bonus Iſrael deus, cum ſuccedentibus decem; ad Etham, ſi
Pſal. 88. ve Idithum, Miſericordias domini; ad filios Core duode
Pſal, 41. cim, Quemadmodum deſyderat, cum ſubdito, & alijs
Pſ. 83. 86. ſex, Quam dilecta, & ſubſequens, Fundamenta eius, &

S Do

Domine deus ſalutis meę, peculiariter Eman Ezraitę in Pſal. 87.
ter filios Core inſcriptus, ad regem David cęteri omnes
centum novem pertinent, cui & liber totus ob id potiſsi
mè aſcribitur. Fuerunt autem Heman, Aſaph, Ethã, Le 1. Pa b.c.d 15.c.d.16
vitæ principes ſacrorũ à Davide conſtituti, ꝓphetię ſpiri a.b.d. 25.
tu illuſtrati, quorum ex primario Aſaph Matthæus evã Pſal. 77. Mat. 13.c.
geliſta teſtimoniũ affert, ut ex filijs Core Apoſtolꝰ Chri pſal. 44. Hebre. 1.c
ſti divinitatem aſſerens. Nonnulla repetuntur in Mala 2. Reg. 23
chim è pſalmis Davidis, qui & ibi ait, Spiritus domini 23.a.
locutus eſt per me, & ſermo eius per linguam meam: in 1. Pa. 16.
paralipomenis ex Moſe, Davide que deſumũtur. Inſtru Pſ. 95. 96
mẽti novi magna pars pſalterij verſibus cõtexta eſt: Ser- 97. 105. &c.
uator que ſupremam ſuam dignitatem ex Davidis per Mar. 1 2.d
ſpiritũ ſanctum locuti verſu allato, Dixit dominus dño Pſal. 109.
meo, Sede à dextris meis: detexit æmulis negare nõ va-
lentibus Chriſtum filium Davidis fore, ut prænunciatũ
erat. Deinde Salomonis libri ſubeunt, parabolæ ex ipſiꝰ
perſona prolatæ, item que eccleſiaſtes, nec non & Canti
ca drammaticè compoſita prout ad Salomonem non ꝓ
priè, ſed gerentem typum ſponſi referuntur. Nam & pa
rabolas, & carmina edidiſſe Salomõ in Malachim narra 3 Re. 4.d.
tur, & ad finem eccleſiaſte de ſe ait, inveſtigans compo- c. 12
ſuit parabolas multas: quæſivit verba utilia, & conſcri-
pſit ſermones rectiſsimos, ac ueritate plenos. De Spõſo
verò & ſponſa miranda in apocalipſi reteguntur, ſed & Apo. 21.a Mat. 25.a
Servator parabolam propoſuit: qui & ignotam viã Spi Ioa. 3.b Eccle. 11.b
ritus, ſicut Eccleſiaſtes etiam, proverbiorum, quorũ nul
libi non in ſacris literis uſus ſpargitur, inveſtigator pro- Prover. 25 pr.
didit. Quod vero interijcitur; Hæc quoque parabolę Sa
lomonis, quas tranſtulerunt viri Ezechiæ regis Iudæ: in
nuit contenta uſque ad libri calcem à viris eruditione in

*Proverbia.* *Eccleſiaſtes.* *Cantica.*

ſigni

ſignibus per Ezechiam inclytum regem in cõcilium le-
ctis, quorum conſilio graviora quæcunque gererentur,
collecta fuiſſe ex alijs parabolarum Salomonis volumi-
nibus ſparſis, quæ admiſtis alijs non vſque quaque ſyncc-
ræ ſeruatæ, cenſura velut Ariſtarchi egebant, indeq; trã
ſlata, quæ genuina Salomonis agnita fuerint, ad integrũ
illius librum adiuncta eſſe cum verbis Agur filij Iace, ac
Samuelis regis, & matris ipſius ad finẽ poſitis. Ea quip
pe ſive Salomonis ſub alijs nominib' fuerint, ſive ali' aut
à Salomone ſuis libris inſerta, aut à viris Ezechię ſapiẽ-
tib' ꝓpterea, ob materiæ ve ſimilitudem aſcita; Spiritui
ſancto digna viſa ſunt, quæ cũ alijs fideli populo inſtituẽ
do aggregarẽtur; id circo que placuit inſtinctũ ſuũ taliũ
virorum conſenſsui largiri. Semper enim fuiſſe in veteri
populo virorum eiuſmodi cõgregatio traditur, qui gra
via negotia potiſsimùm ad religionem ſpectãtia tracta-
rent, ſuccedentes ſeptuaginta ſenibus illis ad id munus
Nu.11.f. à Moſe delectis in concilium, qui requieſcente in ſe ſpi-
ritu dei prophetarunt. Sed & preſbyterorum ſive ſenu
Dan.13.a talium mentio fit apud Danielem, & Iudith, necnõ &
Iudi.15.d Mat.27.c ſynhedrij apud evangeliſtas. Hinc apparet nonnullos
Ioã 9.d 11.f. Hebræorum anſam ſumpſiſse, ut collectionem prover-
biorum Salomonis Iſaiæ tribuerint, quòd nimirum ip-
ſe idoneus eſſet qui uti præſtantiſsimus inter primores
haberetur, qui à ſacris conſilijs, ac regijs forẽt. Deinceps
Sap.7-9. Prol. ꝑver ſubiungitur Sapientiæ liber ex perſona ſane Salomonis
procedens, ut pote è ſententijs ipſius collectus per Philo Sapiẽtia.
nem maiorem Philone illo diſsertiſsimo qui Ioſephi hi
Li.de vita ſupplicum. ſtoriographi ſynchron' eccleſiæ Alexandrinæ laudes ut
Catal. ſcri. eccleſ. refert Hieronym', depinxit apoſtolorum ſæculo vivẽs,
qui ex eo libro, tãquam antiquiore afferunt teſtimonia

Paulus, quod poteſtas principū ſit à deo, cuncti per Cle Rom.13.a Sa.6.a.
mentē inter alia ſacrarum literarum, illud; Iuſtorum ani Li.6.cōſ. apo,c 30.
mæ in manu dei ſunt. Innocentius ſummus pontifex re Ep.3.c.7.
cenſens ſacrarum ſcripturarum canonem inter ſacros li
bros quinque Salomonis enumerat, ſapiētiam Salomo
*Eccleſiaſticus.* ni aſcribens ob expoſitam cauſam, atque eccleſiaſticū,
quaſi à Salomone deductum ob tractationem parilem,
ſtudium que ſimilimum, ita ut à Hieronymo repertus Prol.Prov.
referatur non eccleſiaſticus, ſed parabolæ prænotatus,
cui iuncti eſſent eccleſiaſtes, & canticum canticorum,
quò Salomonis ſimilitudinē non modo librorum nume
ro, ſed materię genere quoq; ęquaret. Ea verò diſtinctio
ita ſumi poteſt, ut ab illo loco, Domine pater, & inferi⁹, Eccli.23.a b.
Doctrinam oris audite filij concionetur, ab illo, Laude- c.44.
mus viros glorioſos, canticis ſanctos patres ac dei vates
ſuaviſsimè celebret, Adam, Seth, Enoch, Noe, Sem, A- 49.fi.44 c.49.fi.
braham, Iſaac, Iacob, Ioſeph, Moſen, Ioſue, Caleb, Iu 44.d.49. d.45.46.
dices, Phinees, Samuelem, Nathan, Davidem, Salomo- 47.48.
nem, Eliam, Eliſæum, Ezechiam, Ioſiam, Iſaiam, Iere-
miam, Ezechielem, duodecim prophetas, Nehemiam, 49.
Zorobabelem, Ieſum filium Ioſedec, & filium Oniæ Si c 50.
monem. Doctrinam etiam ſapientiæ quaſi ad imitatio-
nem ſapientis Salomonis in codice hoc ſcripſiſſe condi
tor aſſerit Ieſ⁹ fili⁹ Sirach, quē & nepos ei⁹ Ieſus è Sirach
filio interpretat⁹ ſit Hui⁹ libri ſentētia, quod ſemper ſit Eccil.18.a
orādū, Servator uſus, & alijs, itē q; apoſtoli, per Clemē- Luc.18.a.
tem etiam aſſerentes ſimilitudinem fluminis in diebus Li.5.cōſ, c.5.
novalium, ac tundenda eſſe latera filij velut è Sapiētia Sa Eccli.24.d Li.4.cōſ.
lomonis derivata regula, & connectentes utriuſque ſen c 11.
tentias ſub eadem ſcripturæ ſacræ autoritate, dicentes, Ecci 30.b. Li 4.cōſ. c.4.
Vera eſt ſcriptura quæ ait, Congregavit devitias ex qui- Eccle.6.a.

bus

Prov. 11. a bus non comedet; & nihil proderunt pereunti à vindi-
Eccli, 5. c. cta: non enim, iuvabunt, inquit, exiſtentes in die irę, pro
quo nunc verſum habetur, non enim proderunt tibi in
die obductionis, hoc eſt invaſionis, & vindictæ. Tandē
Iſai. c. 53. ad Iſaiam vatem ventum eſt, qui vaticinia ſua in Chriſtū *Iſaias.*
præcipuè tendentia velut myſteriorum eius ſpectator,
Iſa. 61, a atque adeò evangeliſta ſcripſit. Huius oraculum de ſe la
Luc. 4. c. tum Servator in patria Nazareth ediſſeruit: huius dictis
vates alij plurimum uſi reperiuntur, huius ꝓphetijs apo
ſtoli doctrinam ſuam contexere, illuſtrare, aſtruere om
ni ſtudio curant. Idemque obſervare licet erga Ieremiā *Ieremias*
Ier. 1. b. prophetam ab utero deſtinatum, qui ſuam cum lamen- *Threni.*
2. Pa. 35. f. tationibus, quorum mentio in paralipomenis habetur,
prophetiam condidit, quam Baruch filius Neriæ ſcriba
Ier. 32. c. 36. a, d. g. 45. ipſius exceptor, ut in ipſa refert, ex ore vatis ſcripſit. Va
ticinij Ieremiæ finis Paralipomenon, & principium Ez-
Dan 9. a. Mat. 2. c. ræ, ac Daniel propheta meminerūt. Mattæus ex ipſo Ra
He. 9. c. d chelis lamentationem, Apoſtolus novi teſtamenti vete-
Ier. 31. f. ri antiquato fœdus ſpirituale aſtruxit. Eſt & ipſius epi-
Baruc. c. 6 ſtola ad finem libri Baruch poſita, qui magiſtri merito, *Baruch*
ac pio ſuo obſequio idoneus habitus eſt, qui numinis ſpi
ritu afflatus propheticum librum ederet, quem partim
à Ieremia pridem accepiſſet. Illuſtriſſimum quippe hu-
Li. 4. cōt. Eunom. Ser. 8. Hō. Trin. profund, 3. Exam, Li. 1 n. c. 8 Li. 18. civ. dei. c. 33. ius vaticinium Ieremiæ aſcribunt Baſilius, ex Chryſoſto
mo ſexta ſynodus, Ambroſius, Auguſtinus ita dicens,
Hoc teſtimonium quidam nō Ieremiæ, ſed Baruch ſcri
bæ eius attribuunt: ſed Ieremiæ celebratius habetur: cu-
iuſmodi cauſa factum eſt ut à multis ſumeretur liber Ba
ruch ſub Ieremiæ volumine, nec ſeorſim diſcretus no-
Li. 5. cōſt. c. 21. minaretur. At Clemens ex apoſtolorum ore tanquam
etiam à Iudæis agnitum diſtinguit, de ipſis inquiens:
Etenim

Etenim nunc quoque decima menſis Gorpyæi conveni
entes lamentationes Ieremiæ legunt in ea parte, in qua
dictum eſt, Spiritus faciei noſtræ Chriſtus dominus cõ- Thrẽ. 4.d
prehenſus eſt, incorrunptionibus ipſorum. Et quod ſcri
ptum eſt in Baruc, Hic eſt deus noſter, non æſtimabitur Bar. 3.f.
alius adverſus eum: invenit omnem viam ſcientiæ, & o-
ſtendit illam Iacob puero eius, & Iſrael dilecto eius: poſt
hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus.
Cumq; hæc legunt, ſe cædunt, & deplorant. Succedit
*Ezechiel* Ezechiel vates Danielis uti maioris ſynchronus, cuius ſa
pientiam, cui nullum ſecretum abconditum eſſet, effert Eze. 28.a.
ex ore numinis in libro prophetico à ſe condito, ubi Ie- Eze. 40.
ruſalem cœleſtis fabricam adumbrat, quam evangeliſta Apoc. 21.c
in apocalypſi ad vivum expreſsit. Quanquam Hebræo
rum nonnulli volunt Ezechielis librum, duodecimquè
prophetarũ, Danielis, & Eſther volumina fuiſse à viris
ſynagogæ maioribus concinnata, conſeſsum nimirum
intelligentes ſapientum, qui ſecundum templum ante-
ceſserint, quales fuerunt ij, qui Salomonis parabolas trã Prou. 25.
*Daniel* ſtulerunt, Daniel tamen in libro ſuo propriæ cõſcriptio Dan. 7.a.
ni atteſtatur: nec non & Servator abominationem deſo Dan. 9.f.
lationis ab illo prænunciatam prædicens, ac monens, ut Mat. 42.b
qui legeret, intelligeret. Cæterum quæ tres iuvenes in Dan. 2.c.
fornacem ignis miſsi deum laudantes dixiſſe non He- d.e.f.
braicè, ſed è Theodotionis editione habentur, ab eccle-
ſia fide ac veneratione pari cum cæteris ſuſcepta ſunt, iti
dem que Suſannę, ac Belis hiſtorię ad finem locatę; cum Dan. 13.
& illinc in laudum preces canticum deſumpſerit, hinc
verò exemplum Suſannæ fideli populo in ſancto ſacrifi-
cio prolegat, & apoſtoli per Clementem non ſemel repe lib. 2. cõſt.
tant, dicentes iniquos ſenes per Danielem igni adiudica c. 41. 53. 55.

tos·

Ier.29.e. tos; ut & ſignificat Ieremias Sedechiam & Achab ob
ſtupra per poteſtatem regis Babylonis igni fuiſſe frixos.
In ſequente duodecim prophetarum libro primus Oſee *Oſee.*
Oſee.1.a. regum Oziæ, Ioatham, Achaz, Ezechię tempore, ſicut
Iſai.1.a. & Iſaias, prophetavit proprij vaticinij, ut & undecim a
Oſe.2.ſi. lij conditor; cuius de gentium vocatione pręclarum te-
Rom.9.e ſti monium apoſtolus affert. Ioel in tempora pręceden- *Ioel.*
In prolog. tis Oſęe à Hieronymo relatus ſplendidiſsimum vatici-
Ioel.2.g nium de Spiritus ſancti effuſione condidit, quod in ipſa
Act.2.c. princeps apoſtolorũ Petrus ex Ioele propheta nomina-
Amos.1.a 5.f. to protulit. Amos ętate regis Ozię vaticinatus eſt, cuius *Amos.*
teſtimoniũ de idololatria Iſraeliti s à deo exprobrata p-
Act.7.f. tomartyr Stephanus citato libro prophetarum nempe
3.Reg.18 a.b.c. duodecim adduxit. Abdias diſpenſator Achab, qui cen *Abdias.*
tum prophetas in ſpecubus pavit ac mercedem prophe-
tię munere donatus accepit, ab Elię ſęculo uſque ad O-
ziam ſive Azariam regem ſub quo Amos pręmiſsus re
In prolo. prophetarũ 12. velationem habuit, ſi iuxta Hieronymi ſententiam ex-
tendit ętatem, annos centum viginti dũos non nihil ex
Chronogr. c.8.9. ceſsit. Ionas vero filius Amathi propheta qui in Mala- *Ionas.*
Ion.1,a. 4 Re.14.f chim dicitur fuiſſe de Geth, quę in Opher eſſet, & pro-
phetaſse de terminis Iſrael reſtituendis per Ieroboam,
4.Re 15.a ad Azarię regis ęvum pervenire ſanè potuit. Huius mi-
Math.12. c.d. randum typum de ſe Servator expreſsit, prędicationem
Luc.11.d que ipſius, & Ninivitarum pœnitentiam in exemplum
Mich.1. attulit. Michęas Moraſthites tempore Ioatham, Achaz *Michæas*
Ezechię regum vaticinatus eſt, cuius prophetia refer-
Ier.26.f. Mat 2,a. tur apud Ieremiam, & apud Matthęum alia, cuius et
ſententiam, quòd inimici hominis domeſtici eius ſint,
Mat.2,10 d. Servator poſt alia comprobavit. Naum ElKeſęus tem- *Naum.*
Naum.1. pore regis Ioatham de interitu Ninives in vitia relapſę
pro-

prophetavit,idque domini vaticinium citò implẽdum Ioſ. 9. ant. Iudi c. 12.
*Abachuc* Tobias poſteris prædixit. Abacuc uſque ad ætatem Da Tob. 14. b
nielis pertingens vaticinium mirabili dei Servatoris cã Dan. 14. g Hab. 3. fi.
tico clauſit;ex quo fidei elogium non ſemel apoſtolus re 2. a. Rom. 1. c.
*Sophoni-* petit. Sophonias in Ioſię ſeculo vitam agens reducendũ Gal. 3. b. Heb. 11. f
*as.* è captivitate fidelem populum pręd icit, quod impletũ Soph. 1. a. 3. fi.
*Aggæus* vidit cum ſequentibus vatibus Aggęus quitẽpore Zo- Ag. 1. a, fi. 2. pr.
robabelis, & Ieſu pontificis oracula de inſtaurando tem
plo fudit anno ſecundo Darij Perſę primo die mẽſis ſex Ag. 2. a. b. d.
ti, & viceſimo quarto: & ſeptimi mẽſis viceſimo primo,
& noni viceſimo quarto: cuius promiſſum de trãſlatio-
ne ſemel facienda in cœleſtem immobilem religionem Ag. 2. b. Heb. 12. g
*Zachari-* Apoſtolus animadvertit. Zacharias eiſdem diebus reſ- Zach. 1. a.
*as.* ponſa divina reddidit, quorum cum ꝓphetia vatis Ag- 3. a. 4. c. Eſd. 6, c.
gæi Eſdras in libro reditus mentionem facit. Ex hoc Ser Zach. 13. c. 9. b.
vator vaticinium percutiendi paſtoris, Mathęus Serua- Mat. 26. c 21. a.
*Malachi-* toris aſellis vehẽdi promit. Malachias denique de Iacob
*as.* electione oraculum ab Apoſtolo repetitum, de angeli- Rom. 9. c. Mala. 3. a.
co baptiſta prę Servatore, de propheta Elia mittẽdo an- 3. 2. 4. fi. Mat. 11. b.
te conſummationem ab ipſo chriſto deſignatum protu 17. b.
lit. Tradunt Hebręi, referente Hieronymo Malachiam Prol. pro phet. 12.
eſſe Eſdram doctorem, quam ſentẽtiam veram eſſe ma-
gno inditio eſt, quod hîc & in Ezræ hiſtoria graviter po Mala 2. c. Eſd. 9. 10.
*Macha-* pulus reprehenditur, vxores alienigenas duxiſſe. Prioris
*bæorũ. 1.* demum libri Machabæorum conditor ſeu ſcriptor quis
fuerit, non ſatis liquet; apparet autem fuiſſe Ioannẽ Hyr 1. Mach. 16. fi.
canum pontificem qui parciſsimè de ſe loquens, de avo,
patre, ac fratribus eius magnificè non minus quàm verè
haud aliud amplioris gratitudinis monimẽtum glorio
ſius hoc iudei laudem cedente illis cõſtruere valuit: cui
& idoneus fuit, prophetię dono teſte Ioſepho præditus. Li. 13. ant. c. 17. fi.

Poſte

Poſteriorem, quamvis ad priora partim tempora reſpicientem ſenatus Hieroſolymitanus, & Iudas, quos dicere queas viros ſynagogæ minores, ſeu poſteriores, collegerunt è quinque libris Iaſonis Cirençi in epitomen redactis, quem fratribus in Ægypto habitantibus miſere anno cẽteſimo octogeſimo octavo, undecim annis poſt mortem Simonis ducis. Fortè autem is Iudas conſeſſus primor, cuius præcipue opera compendium hiſtoriæ coactum eſt, ſenex ille fuit ſecta Eſſæus futura prævidendi gnarus, qui Ariſtobolo Ioannis Hyrcani filio regnante nõ amplius uno anno Antigoni fratris ei⁹ necẽ dieq; ac locum, ut narrat Ioſephus, prænũciavit In principio autem meminit ſynhedrion alterius epiſtolæ eiſdem miſſæ de celebratione ſcenopegiæ (cuius, & Encæniorum à Machabęo inſtitutorum evangelium Ioannis recordatur) cùm regnaret Demetri⁹ anno centeſſimo ſexageſſimo nono: ſubditq; per prolepſim ducem Antiochi in fano Dianæ Anaitidis laceratum.

2. Macha. 1. b. 2. Macha. 2. f. 1. Macha. 16 c Li. 13. anti. Iud. c. 18 Li. 1. bel. Iud. c. 5. 2. Mach. 1 a. b. 1 Mach. 4 f. g Ioan. 7. a. 10 d. 2. Mach. 1 c. d.

### 4. C. *Noui Teſtamenti ſcriptores.*

NVnc iam de conditoribus librorum novi teſtamenti, mutua que ipſorum atteſtatione acturi haud multum negotij ac difficultatis offendemus, adeò aperta omnia, & inter ſe conſtantia comperiuntur. Matthæus apoſtolus primus evangeliũ edidit, quod ſecundum ipſum dicitur, ut Hieronymus ꝓdit, Hebręo ſermone, quem Græcè verterit Lucas, aut Barnabas, cuius in ſepulchro pectori applicitum ipſius manu ſcriptũ

In prolog. Mat. Li. ſcrip. eccleſ. — *Matthæus*

evangelium Matthæi ſit inventum. Verùm de Hebraí-
co exemplari ancipites ſermones apud Hieronymum
reperio, qui alicubi afferens teſtimonium evangelij ſecũ *in Mich. c. 7*
dum Hebræos, id ſe ait, nuper tranſtuliſse, alibi evange
lium Nazarenorum citãs, inquit, à pleriſque vocari Mat *in Mat. c. 23. 12.*
thæi authẽticum, idque à ſe in Græcum de Hebręo tral
latũ. At hi Nazareni qui fuerint, Ephiphanius explicat, *li. 1. Pã. to. 2. ſect. 29.*
dicens Chriſtianos prius appellatos fuiſſe Ieſſęos à Ieſse
vel Ieſu, deinde Nazoræos à Nazareth: Poſtea verò in
Beræa, & iuxta Pellam incolentes Chriſtianos Iudaizã
tes ſe ob honorẽ Nazaræos nominaſſe, habereque Mat
thæi evangelium Hebraicè conſcriptum. Vt ut ſit, He-
bræo non conſtante, Græcum exemplar fidelibus pro
archetypo eſſe debet, quod Matthæus cum cæteris apo- *Acto c. 2.*
ſtolis dono linguarum imbutus agnovit, probavitque. *li. 2. conſt. ap. c. 61.*
*Marcus* Deinde à Marco evangelium ex ore Petri editum ipſe
non obſcure comprobat, Marcum filium ſuum dicens: *1. Pe. 5. fi.*
& ne de poſtrema evangelij parte dubitari poſset, ut qui *Hiero. q. 3. Hed.*
dã hæſiſſe referuntur, apoſtoli per Clementem tot ex ea *lib. 8. conſ. ap. c. 1.*
verba repetunt, ubi, Chriſtus, inquiunt, meritò nobis ſi
mul omnibus veluti perfectis de chariſmatibus, quę ab
ipſo per Spiritum dãtur, dicit; Signa eos qui crediderint *Mar. 16. d.*
hæc ſequentur; In monine meo dæmonia eijciẽt, linguis
loquentur novis, ſerpentes tollent, ſi quid mortiferum
biberint, non eis nocebit, ſuper ęgrotos manꝰ imponẽt.
*Lucas.* & bene habebunt. Vlterius à Luca evangelium conſcri *Act. c. 1. a.*
ptum ipſe in principio Actorũ apoſtolicorũ confirmat, *col 4. c. d.* *Phile. fi.*
& Paulus, eius ſępe cũ Marco ac ſeorſim laudati laudem *2. Tim. 4. c.* *2. cor. 8. d*
in evãgelio per omnes eccleſias ſparſam pręedicãs. A Ioã
*Ioannes* ne denique dilecto Servatoris diſcipulo evangeliu editũ
ſub finẽ aſseritur; ubi dicit: Hic eſt diſcipulus ille qui te- *Ioã. 21. f. g.*

ſtimo

ſtimoniũ perhibet de his, & ſcripſit hæc, & ſcimus, quia verum eſt teſtimonium eius. Atteſtatur quoque canonica eiuſdem epiſtola itidem ab eo quod fuit ab initio, exorſa. Mulieris in adulterio deprehenſæ hiſtoriam fuere qui ſubmovendam ex evangelio Ioannis pertenderent, ſed quaſi legitimam apoſtoli per Clementē agnoſcunt. Quandam aliam, inquientes, peccatricem ſtatuerunt ſeniores coram eo, & reiecto in eum iudicio, exierunt. Cognitor verò cordiũ dominus, cùm quæſiſset ab ea, num ſeniores ipſam cōdemnaſsent, illaque negaſſet, dixit mulieri: Vade, ne que ego te condemno. Succedit liber actorum apoſtolicorum, qui magna ex parte ex evangeliſtæ Lucæ comitis individui Pauli perſona procedens à principio evangelij proprij mentione facta eundem ſui conditorem apertè prodit. Pauli apoſtoli deinceps tredecim priores epiſtolas eſſe, nomen ipſis pro fronte cunctis inſcriptum indicat. Traditis autem à Paulo mirificè conſentiunt apoſtolorum acta, ut & evangelicæ doctrinæ, hiſtoriæ que Servatoris, cuius in cœlum relati aſcenſionem in exordio repetunt: itidemque apoſtoli epiſtolę cōcinunt evangelijs per omnia, ita ut ea ſigillatim recenſere opus non ſit. Sat erit autem pro indicio animadvertere, ut in una miſsa Corinthijs epiſtola referat domini ordinationem, quòd evangelio militantes de evangelio vivant, ubi plane apoſtolis, Dignus eſt, dixit, operarius cibo ſuo: & antitypam inſtitutionem conſecrati corporis & ſanguinis Chriſti, & ipſius redivivi reſurrectionē plurimis teſtibus comprobatam. Epiſtolam porrò mirandam ad Hebræos miſit non præſcripto nomine, ac dignitatis munere ad invidiam avertendam; ſed quis ſit, commendãs in fine fratrem Timotheũ, uti germaniſ-

[Left margin notes: Ioã. 1. a. 1. Ioã. 1. a. Ioã. 8. a. — li. 2. conſ. ap. c. 28. — Act. c. 16. b. etc. — Act. 1. a. — Lu. 24. ſi. — Act. 1. a. b. — 1 Cor. 9. b — Mat. 10. b. 1. Cor. 10. a d. c. 11. f. 1. cor. 15. a. b. — Heb. 13. d Phili. 2. c.]

[Right margin notes: *Acta apoſtolorum.* — *Pauli epiſtolæ. XIII.* — *Ad Hebræos.*]

ſimum, quem in epiſtolis quoq; ſex nuncupãdis ſocium 2. Cor. Phili.
ſcripſerat, perſpicue ſatis oſtendit. Petrus etiam apoſto Col. 1. & 2. Theſ. Phi
lus qui primam epiſtolam fidelibus peregrinis ex diſper lem.
ſione Hebræorum olim facta incolentium Aſiatica lo 1. Pet. 1. a.
ſa relictis dirigit, alteram quoque eiſdem quibus priorẽ
ſe ſcribere aſſerens, ſubdit, Domini noſtri longanimita 2. Pet. 3. a.
tem ſalutis arbitramini, ſicut chariſſimus frater noſter c.
Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis,
ſicut & in omnibus epiſtolis, loquens in eis de his: in qui
bus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & in
ſtabiles depravant, ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam ip
ſorum perditionem. Vbi princeps apoſtolorum Chriſti
vicarius paſtor eãdem Paulinis epiſtolis, atq; cæteris ſcri Ioan. 21. e
pturis ſacris autoritatem tribuit, & alias omnes epiſto-
las diſtinguens eam quæ ad Hebræos inſcripta eſt, ex-
preſſe Pauli eſſe itidem affirmat: deſignat que promiſſa
cœleſtia præmia expectanda immaculatam vitam agen Hebr. 12. f
tibus à deo minimè tardante parata, de quibus Paulus ſa 13. a. 10. f.
pientiſsimè locutus fuerat. Quòd verò Paulus genere 2. Cor. 11
Hebræus Hebraicè ſcripſerit, conſentaneum eſt, qùm c.
Hebræis Hebræa lingua locutus in actis referatur; nec Act. 22. a.
mirum eſt, ſi patrio ſermone diſertior; qui ſe Græco ſer-
mone imperitum velut impolitum, non ignarum no- 2. Cor. 11. b
tat, eloquentiæ facundiſsimæ flumina exundãtia effun-
dat. Sunt qui dicant à Barnaba epiſtolam hãc Græcè ver
ſam, cuius & ad Hæbreos titulum extare Tertullianus, Li. de pudi
ait, licet eam quæ ſub nomine Barnabæ deſignatur, di- cit, fol. pen. to. 4. Hie.
verſam interpretata vocabula Hebraica innuere videan Li. 3. eccle hiſto. c. 37.
tur. Euſebius Cæſarienſis refert Lucam evangeliſtam ſe Li. 6. c. 14 25, vel. 11
cundum quoſdam epiſtolam Pauli ad Hebræos fuiſſe 18. & Ni
Græcè interpretatum, ſecundum alios. Clementem Ro ceph li. 2. eccle hiſ. c. 46 & li. 4.
manum 33.

manum epiſcopum, quod & magis verũ ducit. Vt cunque ſit, Hebræo exemplari non conſtante Gręcum quaſi prototypum fidelibus habendum eſt, quod Paulus cõditor epiſtolæ cum cæteris apoſtolis agnoſcens comprobavit. Hanc epiſtolam Pauli apoſtoli eſſe canones apo-

Li. 4. fid. ortho. c. 18 ſtolici à Damaſceno inter canonicos libros computati declarant, qũm eius quattuordecim epiſtolas recenſent, qui numerus hac expletur: ſed & ex hac uti ſacra apoſto-

Li. 2. conſt. ap. c. 44. li per Clementem teſtimonium afferunt, Corroboran-

Heb. 12. d das eſse manus diſſolutas, & genua debilitata. Hanc ut Pauli ſuſcipiunt innumeri patres, quos enumerare longum eſſet, & in re minimè dubia opus non eſt, pro cunctis que ſateſt unus Hieronymus, qui Dardano ſcribens luculentiſsimum hac de re iudicium fert. Quanvis autẽ non multum referat catholicæ fidei, librum eſſe huius illius ve ſcriptoris, modo ſpiritus ſanctus canonici libri

Prœm. Iob autor proprius credatur, quòd iuxta Gregorium nõ interſit, qua penna rex epiſtolam ſcripſerit, dum tamẽ ſcripſerit: nihilo ſecius de conditorè dubitare non licet, quẽ univerſa recognoſcit eccleſia, & ſacra exprimit ſcriptura, cuius veritas ita periclitaretur. Sequitur inſerie Iaco-

Iacob. 1. d bi duodecim tribubus in diſperſione conſtitutis miſsa epiſtola canonica, ſacroſanctæ que autoritatis a Chriſtanæ religionis proceribus iugiter habita. Fuit autem con- *Iacobi canonica.*

Li. ſcrip. eccle. in Iaco. Li. 5. in Iſa. c. 17. ditor iuxta Hieronymi ſentẽtiam Iacobus primus Hieroſolymorum epiſcopus creatus, quem is alibi cum Paulo, & duodecim à Chriſto primùm electis Mathia ſuffecto pro proditore, annumerans quattuordecim apoſto-

Li. 2. conſt. ap. c. 59. Li. 6. c. 12 li. 8. c. 2. & 41. Ro. 16. b. v. 7. los exponit, quẽ numerum Clemẽs ex apoſtolorum ore diſcretè non uno loco digerit. Atque tantum virum, & fratrem eius Iudam, alios que quorum & mentionem

Pau-

Paul⁹ facit, ſimiliter, atque Barnabam apoſtolatus gratiã Act. 13. a.
à deo conſecutos fuiſſe, omnino conſentaneum eſt. Synodus certè Tridentina, poſt alios, Iacobi apoſtoli hanc epiſtolam aſſerit, ut & Iudę apoſtoli poſtremam. Hebręorum pręſules Iacobum in primis Paul⁹ apoſtolus egre Heb. 13. b.
gijs laudibus efferens nõ obſcure denotat, ipſis Hębręis dicẽs: Memẽtote prępoſitorũ veſtrorũ qui vobis locuti ſunt verbũ dei: quorũ intuentes exitũ cõverſationis, imitamini fidẽ. Iam enim Iacobus frater dñi dict⁹ quem & Paul⁹ apoſtolũ vocat, ꝓ Chriſto mortẽ oppetierat, & ſuf Gala. 1. d.
fectus illi Hieroſolymis in epiſcopatu Simeõ Cleophę, cui & Iudas Iacobi ſucceſſerat, ut apoſtoli per Clementẽ li. 7. cõſt. ap c. 46
Petri. I. tradentes deſignant. Subſequitur inſerie prior Apoſto 1. Petri. 1. a
li Petri epiſtola catholica cõdita quidem ab ipſo, ſed miſſa per Sylvanum delatorem, aut etiam exceptorem ſcri 1. Pet. 5. ſi
pta, ut ad finem ſignificatur, ſicuti per Tertium exceptorem Paulus ad Romanos epiſtolam ſcripſit. Fuit autẽ Roma. 16 d.
Sylvanus, Sylas, quem ob pręſtantiam etiam prophetia Act. 15. e. & g. 16. 17.
claram allectum Paulus ſocium peregrinationis habuit, & in duarum epiſtolarum ad Theſalonicenſes nuncu-
II. patione cum Timotheo adiuncto aſcripſit. Poſteriorem epiſtolã, nequis de conditore ambigere poſſet, in principio prænotatus Simon Petrus apoſtolus ſcripſit. Stylus autem redolet phraſin epiſtolę Iudæ, cuius forte opera princeps apoſtolorum in his literis conſcribendis uſus eſt. Meminit hîc prioris epiſtolę, ac trãſfigurationis glo 2. Pet. 1. d.
rioſę Domini, cuius maieſtatis ſpeculator, & paternę voCis auditor, cum ſocijs Iacobo Zebedęi, & Ioanne in mõtẽ Thabor fuerat: ait autem, quòd omnis prophetia ſcri 2. Pet. 1. ſi.
pturę propria interpretatione non fit, eo quòd non voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpi-
ritu

ritu ſā cto inſpirati locuti ſunt ſā ctidei homines; poſtquā prophetici ſermonis conſyderationē commendavit. Similiter & Paulus Thimotheum commonefaciens dixe
1.Tim. 4 d 2.Tim. 5.fi iat; Ab infātia ſacras literas noſti, quę te poſsunt inſtruere ad ſalutem per fidem quę eſt in Chriſto Ieſu. Omnis ſcriptura divinitus inſpirata vtilis eſt ad docēdum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, ut perfectus ſit homo dei ad omne opus bonum inſtructus. Vterque verò ſummum præceptorem ſecutus eſt
Ioan. 5. f. ad ſimile ſtudiū ita exhortātem: Scrutamini ſcripturas & illæ ſunt, quę teſtimonium perhibēt de me. Subeunt epiſtolę tres catholicę à Synodo poſt antiquos plurimos Ioanni apoſtolo aſcriptę ſtyli eadem ſimplicitate Ioannis. III.
In.1.p.cōc. Iſid. 2.b. fluentes, quarum primam ad Parthos miſsam Hyginus
1.Ioā.2.b. pontifex prodit, ſecunda, uti prima dictionis mutuę mā
Ioā 13 d. datum novum à Servatore latum à Ioanne in evangelio
3.Ioā.d. ſcriptum inculcat: tertia ſicut ſecunda ſub nomine ſenioris ſcripta, quòd iam evangeliſta provectæ nimium ętatis
Ioā.21.fi. eſſet; quę teſtimonij eiuſdē veri, ut & evāgelium mentionem facit; Caio miſsa eſt piorum hoſpiti, quem ſuum & eccleſię univerſę hoſpitem Romanis Paulus prędicat, cuiuſq; comitem Lucas Caium Derbęum, Theſſalonicēſes que refert. Caium ſanè a Ioāne apoſtolo Per
Ro.16.d. Acto.20.b.
li 7. conſt. Ap.c. 46. gami epiſcopum ordinatum apoſtoli per Clementem
Iudæ.a. tradunt. De catholica Iudę apoſtoli fratris Iacobi epiſtola ſatis ſuperius dictum eſt. Poſtremo Apocalypſis Ioānis divini thologi à ſynodo poſt plures antiquos tāquā Ioānis apoſtoli recepta pro ſacra canonica ſcriptura verè ab ipſo condita eſt, qui teſtimonium perhibuit verbo Iudæ epiſtola. Apocalypſis.
Apo.1.a. Ioā.1.a. dei, per evangelium planè, ubi divinam Verbi generationem aſſeruit: ex cuius perſona procedens liber

exi

exilij locum inſulã Patmon exprimit, quò evãgeliographus relegatus fuit, ſicut Hieronymus, Euſebius antea citati, & Abdias apoſtolorum diſcipulus narrant. In fine tandem ſcriptor autoritatum ſacri libri æquè ac omnium ſacrarum ſcripturarum tutans, dicit: Siquis appoſuerit ad hæc, apponet deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto: Et ſi quis diminuerit de verbis libri prophetię huius, auferet deus partem eius de libro vitę, & de civitate ſancta. Similiter & ſapiens olim monuerat, inquiens, Omnis ſermo dei ignitus, clypeus eſt ſperãtibus in ſe: Ne addas quicquam verbis illius, & arguaris inveniaris que mendax. Hęc de auctoribus: iam de traductoribus agamus.

Hieron. 1. a. Apo. 1. c. Su. c. 2. Li. 5. vit. apoſt. Ap. c. 23. fi. Prov. 30. a

## 5. C. De traductionibus.

PLuresnãque fuerunt, qui ſacraslite ras ab originali lingua in aliam, alias ve vertentes interpretati ſunt, numine ita providẽte ut inſtitutio divina per cunctas orbis plagas diffuſa, ad omnium hominum notitiam permanaret: ob quam etiam cauſam univerſarum donum linguarum apoſtolis principibus inſtitutoribus conceſſum eſt. Primam trallationem ſacrarum inſtrumenti veteris ſcripturarum ex Hbręo ſermone in Græcum confecerunt interpretes ſeptuaginta dicti, ſive ſeptuaginta duo iuſſu Ptolęmæi Philadelphi Ægypto imperantis geniti Ptolemæo filio Lagi, anno regni eius decimo ſeptimo, ut Epiphanius recenſet: qua de re Ariſteas ad Philocratem librum edidit. Annus autem is fuit ducenteſimus quinquageſimus ante Servatoris advẽtum. Poſt eum verò Aquila Synopenſis ſub Hadriano

Act. 2. a. b. Li. inot. ſa. ſcrip. Chronogr.

imperij

imperij eius anno duodecimo ſecundam editionem in linguam Græcam elaboravit. Is græcus è Ponto, ut Euthymi' refert, baptizat' poſtea ſe Iudæis adiunxit. Quinquageſimo ſexto deinde anno ſub Severo Symmachus Samaritanus circunciſus quartam protulit, & prius tertiam ſub Cõmodo Iudaizans Theodotio Epheſius ex hæreſi Marcionitarum, licet eis infenſus. Quinta ſub Caracalla in dolio Hiericho incerto autore reperta eſt; itidemq; ſexta Nicopoli apud Actium ſub Alexandro Mammeæ. Has omnes collumelis è regine collatas poſt ſacræ ſcripturæ verba characteribus primum Hebraicis, mox Græcis expreſsa diſcretis paginis exemplaria octapla dicta complectebantur coagmentata Originis cura ſub Decio, in medio interpretum ob honorem ſeptuaginta collocatis. Idemque Origines prius hexapla compegerat, quibus tantùm editiones incertorum autorum defuerant: ſicut Epiphanius non uno loco declarat. Ac certè Hieronymus apertè refert Origenem quattuor editiones contuliſse, ac præterea editioni ſeptuaginta verſionem Theodotionis immiſcuiſſe aſtericis deſignando quæ minus fuerant, & virgulis quæ appoſita ex ſuperfluo videbantur. Hos Palæſtinos codices vocat, quos ab Euſebio, Phamphilo que vulgatos mediæ provinciæ legerent inter Ægyptum cum Alexandria, quæ in ſeptuaginta ſuis Eſychium laudaret auctorem qui ſuam nimirum in ijs induſtriam adieciſſet: & Conſtantinopolim uſque ad Antiochiam, ubi Luciani martyris exemplaria probarentur. Lucianus quippe magnus eremita & martyr ſub Diocletiano paſsus ſecundum Euthymium, ſeptimã editionem è prioribus cum Hebraico fonte collatis edidit nihil habentem ſuperfluum, nihil diminutũ

in prefat. pſal.

li. 2. Pan. ſec 64. 1 ib. not. S ſcri. Prol Paral

Prol. pſal.

quę manu ipſi' ſcripta reperta eſt poſt ipſius letum ſub Conſtantino magno iuxta Nicomediam in turri apud Iudęos calce illita. Atque ea Luciani, communiſque, ac vulgata dicta fuit, ſicuti Hieronymus pandit. Itaque tra ductione ſeptuaginta interpretum quę tempore pręceſ ſerat, apoſtoli ut ex eodē Hieronymo habetur, vſi ſunt, ubi ſenſus archetypi Hebraici ab illis ſervatus eſt, ubi verò tanta varietas erat, ut ſententia non plenè conſtaret, quam myſterij gratia expreſſam propriè fore oporteret teſtimonia ex Hebręo protinus fonte hauſerunt. Neque unquam ulli verſioni maiorem autoritatem tribuiſſe leguntur, quàm quę ipſi iure congrueret, prout ad prototypum primariam autoritatem nactum reſpondens referretur, ad cuius normam ſi deviaret, reducenda eſſet. Omitto alios libros, velut Machabęorum, Sapientię, Baruch, quorum originalis ſermo Gręcus tantùm haberetur, unde ab apoſtolis adduci poſsent. Hieronymus ut & veritatē tueretur, & invidiam declinaret, ſeptuaginta interpretum trallationem partim carpit, partim probat: eam que ſe ait emendatam. Latinis, ſub obelis nempe, ac aſteriſcis tribuiſse. Iam enim Latiæ linguę verſiones plures circumferebantur, quarum de nimia varietate Auguſtinus conqueſtus eſt, veluti de infinita, quæ in novo etiam teſtamento graſſabatur. Hieronymus tamē omnes inſtrumenti novi libros Græcæ fidei redidit, correctis tantùm, quæ ſenſum mutare videbantur, reliquis ut fuerant, relictis: vetus ex Hebræo protinus in Latinū eloquium convertit, ut ex illius prologis ſępe duplicatis liquet. Libri ergo qui ad hunc modum ab illo traducti comperiuntur, ſunt Pentateuchus, Ioſue, Iudicum Ruth, Samuel, Malachim, Paralipomenon, Eſdræ cum Nehe-

Sun. &c. Fretel.

Prol. paral.

Li. 2. doct. Chri. c. 11.

in prol. Mat.

Nehemia, Heſther, Salomonis tres, Iſaiæ, Ieremiæ, cum Threnis, Ezechielis, Danielis, duodecim prophetarum. Liber Iob dubium eſt, an è trallatione ſeptuaginta verſus habeatur, an potius ex Hebræo ſtatim ſermone, ut & Syrum, Arabicum que, ſicut & Chaldęum complectitur. Pſalterium certè interpretatum è verſione ſeptuaginta ſub aſteriſcis & obelis à Hieronymo, biblijs inſertum eſt, ſicut & horarijs precibus canitur, ut lati⁹ ſuper pſalmos executi ſumus. Trallationem verò continuò ex Hebraica lingua in Latium ſermonem ab eodem tranſfuſam inter ipſius opera verbis Hebræis reſpondentem è regione cernimus. Libri Thobiæ, & Iudith ex idiomate Chaldaico in Latinũ traducti ab ipſomet ſunt: ex Gręco liber Sapiẽtiæ, Eccleſiaſticus, Baruch, Machabęorũ, Heſther pericope, Danielis finis, cũ verbis triũ virorũ in fornacẽ miſſorũ nõ abſimili diligẽtia redditi, atque quã novũ inſtrumẽtũ verſum eſt. Sic ſacrorũ bibliorũ vetus vulgata editio Latina vocata è laborib⁹ incõparabilis viri habita eſt, quæ ab ei⁹ ætate innumeris diffuſa exẽplis notiſsima cũctis evaſit, ob eccleſiaſticas pręſertim lectiones inde ſumptas, qualẽ potiſsimũ gloſſẽmata ordinaria dicta uſum maxime cõmunẽ retinẽtia ſervãt. Nõ obeſt autẽ ſi maculæ quępiã vitio trãſcribẽtiũ irrepſerint, quę facilè codicũ collatione coarguãtur: nec minus ꝙ in Hieronymianis annotationib⁹ & ſcriptis quędã hui⁹ editionis vulgatę quaſi corrigẽda notent̃. Nã & ea paucula ſũt & librariorũ oſcitãtię aſcribi ex parte queũt, vel ipſemet illa ſtudio limitatiore manere ſivit, quę maturè ſigilla ĩ expẽdẽda ſunt, ne in univerſum temerè ꝓnũciet̃. Quã quã nec ipſa ex ijs ſunt, quę ad pręcipua religionis, & humanę ſalutis capita ſpectant, quę deus providentia ſu-

Prol. pſal.

Prol. ãnot.

to. 8. in pſ.

a multis è locis conſtantia eſſe voluit: ſed inferiora quędam ad potiora iuxta numinis ſapientiam ordinata, ꝓinde que ad fidem ſecundariò pertinentia. Quoniam verò inter dona gratiarũ à ſpiritu ſancto ad eccleſiæ utilitatẽ exhibita interpretatio ſermonum annumeratur: ut recte fiat ſcripturæ divinæ interpretatio, id ſpiritus almi donum adſit oportet, quod inſtinctus numinis, atque adeo prophetici muneris participatio eſt. Quapropter meritò Hieronymus Deſyderium ſuum precatur, uti dei opem precibus impetret, quò ipſe poſsit eodem ſpiritu, quò libri ſcripti ſunt, in Latinum eos ſermonem transferre. Sive ſit autem hæc vulgata Latina editio Hieronymi ex toto, vel magna ex parte, ſive alius: generalis eccleſię ſynodus ut ſacros libros agnoſcere, & à cæteris non canonicis diſcernere, ita interpretationem illis verè reſpondẽtem ab eodem almo ſpiritu profectam recognoſcere, atque à reliquis diſtinguere valuit, ac fidelibus proponere, quã tutò in fide ac moribus ſequi deberent, Chriſto cunctis diebus eccleſię ſuæ in neceſſarijs aſsiſtente. Iccirco rectè œcumenica ſynodus Tridentina Chriſti vicario comprobata univerſam eccleſiam exprimens, cuius eſt ob dicta iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſcripturarum ſanctarum, hac de re hũc in modum decrevit. Inſuper eadem ſacroſãcta ſynod⁹ cõſyderãs nõ parũ utilitatis accedere poſſe eccleſiæ dei, ſi ex omnibus Latinis editionibus quę circũ feruntur, ſacrorũ librorũ, quę nam pro authentica habenda ſit, innoteſcat, ſtatuit, & declarat, Vt hęc ipſa vetus & vulgata editio, quę longo tot ſæculorum uſu in ipſa eccleſia probata eſt, in publicis lectionibus, predicationibus, & expoſitionibus pro authentica habeatur: & ut ne-

Margin notes: Su.li.1.c.14 — 1.Cor.12.a.b.h. — Mat.28.d. — in fi. concil. — Seſſ. 4.c.1

ut nemo illam reijcere quovis prætextu audeat, vel præſumat. Igitur ſancta ſynodus editioni vulgatę Latinę inter traductiones primam tribuit autoritatem, authenticam eſse decernens, quæ inſtar prototyporum reddita illorum autoritatem exprimẽs præ ſe ferat, eundem dogmatum ſenſum, eandem veritatem continens, quam nemo reſpuere, inficiari, eludere ſine crimine auſit. Quia verò præter verborum corticem cũctis etiam ignaris, ac negligentibus obvium reſtat intelligentiæ alta profunditas dei adminiculo ſcrutanda, & ſedulitate laborioſa æquè, ac modeſta, & circumſpecta eruenda; iure optimo eadem ſacra ſynodus addidit. Præterea ad coercenda petulantia ingenia decernit, ut nemo ſuæ prudentiæ innixus in rebus fidei & morum ad ædificationem doctrinę chriſtianæ pertinentium, ſacram ſcripturam ad ſuos ſenſus contorquens contra eum ſenſum quem tenet, & tenuit ſancta mater eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſcripturarum ſanctarum, aut etiã contra unanimem conſenſum patrum ipſam ſcripturam ſacram interpretari audeat, etiam ſi huiuſmodi interpretationes nullo unquam tempore in lucem edendę forẽt. Et meritò quidem id ſancta ſynodus ſanxit, cùm princeps apoſtolorum aſſeruerit, omnem ꝓpheticã ſcripturam privatæ non eſſe interpretationis, ut quę non reſolutionis humanæ peculiari artificio, ſed ſpiritus ſancti ſuprema inſpiratione ſanctis hominibus infuſa conſtet. Vt itaque ſacrarum literarum legitimum intellectum venemur, veſtigijs procerum divinę religionis inſiſtere debemus, quos supernę ſapientię claritas in in ſcriptis ipſorum probatiſsimis ſplendens, & vitę ſanctiſsimę actæ fulgor oſtendit facto ſummæ diſciplinæ ſpiritu illuſtratos,

2. Pet. 1. ſi.

ſtratos,ductos,actos impulſos fuiſſe.Prçterautẽ ſingula
ris cuiuſq; loci elucidationẽ iam ab his,iam ab illis præ-
monſtratam,ad cuncta inveſtigãda plurimorum gene-
ralia monita habemus.Et ut prolixitatem vitemus,duo
bus præſtantiſsimis quod ſatis eſt, Hieronymo, & Au
guſtino propoſitis,ille multas varijs locis,hic ſeptẽ Ti- Lib,doct. Chr.c.30, &c. 26.c. 27.
conij regulas probat, & alias, ut obſcuriora loca locis a-
pertioribus explicanda,eundem locum quandoque plu
res propriè ſenſus admittere. Vterque verò conſtantiſsi- Hier.prol. Damaſo.
mè, & concorditer docet recurrendum eſſe ad præcedẽ- Vitali.in
tia exemplaria, Græca ſanè in teſtamẽto novo , Hebræa Helvid.
in veteri,aut etiam Græca in ijs veteribns libris,qui Græ Aug.li.3.
cè primùm conditi ſunt,ut ita certa ſententia dubitatio doct.chriſ. á.c.11.&c.
ne ſummota ubicunque incidat,ſolerter indagetur.Sed li.18.civi. dei.c.43.
ecce litis ſtatum urgent quaſi contentioſum funem du-
centes hinc qui originalium linguarum eruditionem o
ſtentant, & cæteros præ ſe temnunt, inde qui derivato
contenti liquore ſcaturigines perſcrutari operoſum du
cunt,nec tamen cedere dignantur alijs literaturam quã
ipſi non aſsequantur,candidè agnoſcentes.Illi archety-
porum primatiam,hi ſynodi autoritatem ſupremam ꝓ
ſe iactant,quaſi mutuò adverſentur,ſicut hi ſtudio con
tentionis certant,aut deꝰ utriuſque inſtitutor diſsenſio- 1.Cor14. v.33.
nis autor,ac non potius pacis ſit:aut non ſemper ſynodi
omnes,veteres,ſubſequenteſq;,pontifices, ac religionis
anteſignani prototyporum exemplarium,originalium
ve idiomatum,quibus numen primitus oracula ſua cõ-
credidit,ſacroſanctam autoritatem ſuſpexerint. Eo au-
tem nõ rectè animadverſo,factum eſt,ut ij diſcordia in
diverſa lati non rarò in ſacrarum expoſitione literarum
aberrarint,hi prima verborum ſpecie nõ perſpectis prio

rum

rum prędidio linguarum receſsib⁹ abducti in avia ſece dentes,illi Latinam trallationem reſpuentes, quam eccleſia & ſynodus ſacra comprobat,in ſenſus illi adverſos & ab eccleſia perinde alienos digreſsi. At cōtrà relictis extremis in medium utrinque conceſsū oportuit,ut collatis originalis ſermonis exemplaribus, & vulgata editione Latina, conſultis gravibus catholicis doctoribus intelligentia utrique parti ex æquo conveniens eliceretur. Is profectò in hac diſceptatione arbiter æquus cenſeri debet,qui neutram in partem declinans ſi linguarum notitia deſtituatur,nec in ſcitiæ ſuæ, nec deſidiæ fucum religionis prætexat;ſi linguas calleat,theologica doctrina caſsus, nec alienam imperitiam inſectetur ſuam prodens, nec ſibi ſapientiæ arcem tyrannicè arroget, rudimentis tumens, quùm etiam ſi vulgari materno cuiuſque idiotiſimo ſacri libri proditi eſsent, in eorum nihilo ſecius eruendo intellectu deſudandum acriter foret: ſed invidia liber quod linguis,editioni vulgatæ, theologiæ,œcumenicæ ſynodo,eccleſiæ univerſæ diſcretè debeatur, agnoſcens ac reddens unicuique ſua iura ſervet. Cæterùm quàm impietati vicinum ſit,vulgatam Latinam editionem eccleſiæ ac ſynodo probatā negligere, ac veluti fontibus diſcrepantem,contrariam que traducere,facilè patet. Qui verò partes adverſas fovent, incōmodū eſse ducūt,ſi ad originales linguas regrediēdū ſit quòd earū ignari Latinè tantùm ſciētes ſacris literis lectis animi ſuſpēſi erūt,dubij,an alius ſenſus ex archetypis habeat: quòdq; ita incerta redderent dogmata quæ theologi à Græco, & Hebręo ſermone alieni multis ante hac annorū cēturijs è ſacris ſcripturis ſtabilierūt:ac deniq; ꝙ periculū foret,ut eo modo fidei hoſtib⁹ crederet,

nem

nempe Iudęis, qui vetus inſtrumentum vitiaſſe referun tur, ne pro christiana veritate ſtaret, & ſchiſmaticis Græcis, qui novum depravare anniſi dicuntur, ut catholicis munimenta demerent. Ea verò damna cane peius & angue cavenda exiſtimant. Sed re vera illic trepidaſſe vidētur, ubi non erat, cur timeretur, quin immo ſupervacanea cura ponenda eſt, ubi Servator non reliquit fideles orphanos, ſed & eccleſiæ tribuit paracletū veritatis ſpiritum, cum ea æternò manſurum, qui eam nunquam deſtituens vera ſancta que diſciplina fulciat. Ac primùm ſi dei dogmata pręcipua, quæ creditu neceſsaria cunctis ſunt ad ſpiritualem ſalutem adipiſcendam, apertè univerſis propoſita ſunt à prima uſque legatorum dei prędicatione, & ſi qua prius obſcuriora ſunt habita, procerum eccleſię diligentia è ſacris pręſertim literis eruta iā clariſsimè cōſtant: neque ut quę definita certiſsima ſunt ducenda, revocentur in dubium, ſacrę ſcripturę verſandę ſunt, quin potius ut cognoſcantur apprimè divinis oraculis conſentientia prorſus à dei mēte fuiſse profecta. Rurſus nullum eſt diſcrimen, ſi ſuſpenſo animo divinæ legantur literę, nec dei ſapientiam ibi reconditam quivis ſtatim ſe deprehendere reatur: ſed modeſtè de ſe quā tūvis doctus ſit, ut rudiores pręteremittamus, ſentiēs dei opē, & ſanctorū enarratorū ſubſidia ſibi opus fore reputet, ne quo pacto in abyſso cunctis in exhauſta erret, ut erraret, qui audiēs deum pœnituiſse, id craſsè acciperet, in conſultis doctioribus. Theologi porrò, qui alia etiam theologica dogmata ſtatuerunt divinorum librorū autoritate, non omnes prorſus linguarum inopes fuerunt & ut aliquot fuerint, probatiſsimis expoſitionibus antiquorum linguas pręcedentes callentium in ſancta bi-

Pſ. 13. v. 5.
Ioā. 14. ſ.
Gen. 6, b.

blia elaboratis nixi ſunt. Tales fuere Baſilius, Gregorius Nazianzenus, Ioannes Chryſoſtomus, Cyrillus & alij Græcè doctiſsimi, Hieronymus & Origenes etiam Hebraicè, præter alios multos, qui lucem à numine ſuſceptam fidelibus diffudere; & ut veritatis aſſertores viam munierunt tanta ſolertia luſtratã, ut corruptores quoſcunque facile deprehendere, arguere, convincere queamꝰ: quorũ item exempla imitati ſcribę docti ad regnum
Mat.13.g. cœlorum ex interminato novarum ac veterum ſcripturarum theſauro proferre valeant, quę veritatem confirment, errores confutent, pietatem promoveãt. Præterea ſi qui Iudei, aut ſchiſmatici aliquid corrumpere tentarunt, id vel parum fuit, vel nihil obfuit: ſemper q; numinis cura ut olim, & à Servatore ad Hieronymum, ita inde hucuſque in catholicorum bibliothecis, ut Romana pręſertim ſedis apoſtolicę ſynceriſsima exemplaria Hebræa, Gręca, Latina ſervata ſunt: in quibus nonnulla lectionum varietas plus iuvat intelligentiam, ut rectè ſen
li.2.doctr. chriſ.c.12 tit Auguſtinus, quàm impedit: & ubiq; nulli arieti cedens ſupera diſciplina triumphat, nullos formidans hoſtes, ſed ab ijs etiam teſtimonium vindicans. In ſanctis itaq; biblijs, ut pareſt, omni conatu laboremus, vel ſi valemus minus, alijs laborantibus ſucceſsus ne invideamus

## 6. C. *Fidei capita bibliorum autoritate conſtantia.*

AGe verò ſi tibi candide lector placet, ut oculis ſubijciamus originalium idiomatum proprietatem divinę religionis doctrinę non modò non obeſſe, verùm etiam adiumento egregiè

fore: ſummam potiorum ſacræ fidei dogmatum autoritate ſanctorum inſtrumenti utriuſq; bibliorum comprehenſam percurramus, quod & ab inſtituto alienum non erit: & obſervata originalis ſermonis Hebraici, & Græci diſcreta phraſi nonnunquam Latinæ conſuetudini nimis inſueta vim ſublimium teſtimoniorum inſpiciamus, unde rectiſsimè dogmata collecta conſtant. Ad id autem aptè præmittemus apoſtolicũ ſymbolum ex ore apoſtolorum à Clemente traditũ, unde quod quotidie recitamus, coactum eſt. Credo, inquit, in unum ingenitum meum verum Deum omnipotentem patrẽ Chriſti, creatorem & opificem omniũ, ex quo omnia: & in Dominum Ieſum Chriſtum unigenitum filium eius, primogenitum omnis creaturæ, genitum beneplacito Patris ante ſæcula; per quem omnia facta ſunt quę ſunt in cœlis; & in terra viſibilia: Qui in noviſsimis diebus deſcendit de cœlis & carnem aſsumpſit, & ex ſancta virgine Maria natus eſt, & converſatus ſanctè ſecundum legis dei & Patris ipſius: crucifixus ſub Pontio Pilato, mortuus pro nobis; reſurrexit à mortuis tertia die poſtquam paſsus eſt. Aſcendit in cœlos, ſedet ad dextram Patris: iterum venturus eſt in conſummatione ſæculi cum gloria iudicare vivos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in ſpiritum ſanctum, hoc eſt paracletum, qui operatus eſt in omnibus ſanctis qui fuerunt à ſæculo: poſtea miſsus eſt apoſtolis a Patre ſecundum promiſsionem Salvatoris noſtri, & domini Ieſu Chriſti, & poſt apoſtolos omnibus credentibus in ſancta catholica eccleſia: carnis reſurrectionem, peccatorum remiſsionem, regnum cœlorum, vitam venturi ſęculi. Hoc ſymbolo apoſtolorum, quod pari ſentẽtiarum numero

li. 7. conſt. apo. c. 41.

epiſtola. 8. mero Leo pontifex ait fuiſſe cõſcriptũ, primùm traditur Deum eſſe unũ, ſubſtantiæ unitate indiviſibilem tribus perſonis diſcretũ Patre qui ut alibi apoſtoli per Clemen
lib. 6. cõſt. apo. c. 11. tẽ aperiunt, non ſit ſibi ipſi origo, & per ſe genitus, ſed æternus & principij expers; filio eius unigenito Chriſto & utriuſque ſpiritu paracleto, qui ut Conſtantinopolitani concilij ſymbolum, Nicænum explicuit, ex Patre, filio que procedit. Hoc mirandum dogma priſcis & novis ſcripturis ſacris contineri, ut polliciti ſumus, indicabimus, quod ut lucidius fiat, ne characteribus, & vocabulis Hebraicis paginas more oſtẽtatorum oneremus, ſat erit nonnulla de divinis nominibus præfari. Dei ꝓprium nomen dictum tetagrammatõ, quattuor literarũ conſonantium figuris ſcribi ſolitum יהוה Iehovah ſonat eum deſignans, qui erit, fuitq; ſemper eſſẽtiæ interminа plenitudine. Hoc incõmunicabile nomen Hieronym⁹, ſive vulgata editio plerũq; Dñum vertit, quod
Gen. 4. a. ante omnes in ſacris literis invenit Eva mater omniũ hominũ ꝓnuntiaſſe. El, fortẽ notat, plurimũ de⁹ trãſfertur; Elion, altiſſimus, ſeu excelſus; Sadai, omnipotens, quod
Ruth. 1. ſi. ſufficientem ſignificat; quia cum cętera indiga ſint, deus ſolus ſibi ſufficiens extat conſummatiſſima fruens ſufficientia, quam non immeritò elementum boni, ſanè per
li. de anima fecti Proclus aſſeverat, unde & potentiæ illimitatæ ratio conſtat. Adonai, dominus interpretatur, ut que adon, dominus, ſive herus; hominibus quoque tri-
Gẽ. c. 14. ſi buitur. At creator, ſive poſſeſſor cœli, & terræ ſolus deus vocatur, vocatur & vivens æternò, & deus Sabaoth, exercituum, angelicorum planè conditor, & moderator. Eloha, ſępe apud Iob repetitum deus vertitur,
Exo. 12. c pſal. 8. Elohim, dij, quod & pro dijs gentium uſurpatur, &

angelis communicatur, ac iudicibus: videtur autem ſumi pro preditis preſtanti excellētia ſuperis, ſicuti dius pro iugi, diuturno, unde dij deducũtur. Hebræi cùm helohim ſingularibus locutionib⁹ adhibetur, volunt eque ac heloha ſingulare ſumi: ſed ut aliquando id ſine diſcrimine accipi queat, ſæpius tamē myſterium ſubeſt, quod infideles obſcurare, non agnoſcere volũt. Nobis autem qui plures in deo hypoſtaſes credimus, vocabuli vis ſedulò animadvertenda eſt, preſertim ubi nominib⁹ alijs, ac verbis pluralibus adiungitur, incredulitatem Iudaicam revincentibus. Quia verò Theoligi voces ad ſubſtãtiam divinam pertinentes adiunctivas multiplicari ob ſuppoſita plura, non ſubſtantivas ob eſſentie unitatem ſuſtinent, ſicubi dijs utemur, à dio pro divis, non à deo pro deis deſumemus. Iam teſtimonia conſyderemus. Dixit dij, ſacra inquit Geneſeos autoritas, Faciamus hominem in imaginem noſtram, ſecundum ſimilitudinē noſtram. Apoſtoli quippe per Clementem animam incorpoream, & immortalem affirmantes, nec interire veluti corpora, ſed perpetuò manere, uti rationis participē & libertate præditam, datam homini de nihilo à deo, qui eam cuique nondum exiſtentem creat, formans iuxta vatem ſpiritum hominis in eo; ſubdunt. Quemadmodum divina ſcriptura teſtatur dixiſſe deum unigenito Chriſto; Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. In concilio verò Hieroſolymitano pro Athanaſio anathema iacitur in eum, qui hoc ipſum non dixiſſe Patrem ad filium ſenſerit, & illud, Domin⁹ pluit ſulphur, & ignem à Dño de cœlo, perceperit, quaſi non filius à patre, ſed ipſe à ſe ipſo igneum imbrē demiſerit. Non contingit autem hîc ſchema Hebræis inſolitum,

Iudicum. 13. v. 21. 22. Deut. 10. v. 16.

Li. 2. Theo. c. 3.

Gen. 1. v. 26.

lib. 6. conſ. apo. c. 11.

lib. 5. conſ. apo. c. 8. zach, 11. lib. 8. conſ. apo. c. 19.

Gen. 19, 6

tum, Romanis uſitatum profeci, fecimus, libenter dicẽ
tibus: nec angelorum compellatio locum habet, qui ſo-
cietatis parilis cõſortium cum ſui, animarum, hominis,
& univerſorum creatore non ſortiuntur ut ad cooperan
dum proprium infinitæ poteſtatis opus vocarentur: ſed
Heb. 1. ſi. neque conditorem decuit ita ſervos & adminiſtratorios
ſpiritus alloqui, verùm conſubſtantialem potius hypo-
ſtaſim filij cum almo ſpiritu æternum aſsociati. Ad eun
Gen. 11. v. 6. 7. dem modum, Dixit Iehovah, (inferius contra Babelis
extructores refertur,) Agite, deſcendamus, & cõfunda-
mus ibi lingnam eorum. Habitum que prius de homi-
ne ob male appetitam ſcientiam lapſo per irriſionem a-
Gen. 3. v. 22. maram fuerat; Dixit Iehovah, dij, Ecce homo fuit, quaſi
un' ex nobis. Poſtea verò in exuſtione uberis terræ, cui'
Iob. 28. 1. Gen. 19. v. 24. & Iob meminit, ita ſcriptura divina loquit̃. Et Iehouah
pluere fecit ſuper çedon, & ſuper Amorah ſulphur, &
ignem à cum Iehovah è cælis. Atque apoſtoli per Cle-
lib. 5. conſ. apo c. 21. mentem aperiunt Moſem dicentem, Accepit Dominus
ignem à Domino et pluit, teſtatum fuiſſe, Chriſtum dei
eſſe conſtitutum iudicem vivorum & mortuorum. At
Ioſ. 24. v. 19. Ioſue Iſraelitas incredulos reprehendens ait; Non pote-
ritis ſervire ipſi Iehovah, quia dij ſancti eſt ipſe, deus Ze
1 Reg. 17. v 36. lans ipſe, non parcet ſceleri veſtro: ac David de Goliath
impio; Probris affecit ordines divorum viventium. Idẽ
verò agens gratias numini depromiſſo Chriſto mirabi-
lem orationem cõtexuit tam ab humano uſu extraneã,
2. Reg. 7. v 23. quàm ſupremis myſterijs cõgruentem: Et quis ſicut po
pulus tuus, inquit, ſicut Iſrael, gens una in terra, quã adi
erunt dij ad redimendum ei in populum, & ad ponen-
dum ei nomen, & ad faciendm vobis magnitudinem,
ac terribilia terræ tuæ præ faciebus populi tui, quem re-

demiſti ex Ægypto, gentibus, & dijs eius. Interim autem dum divinitatis arcana profundiſsima retegimus, ferenda ęquo animo eſt hæc Hebræam phraſin ſpirans interpretatio ijs adamata qui ſe nimis verbis obſtrinxere, qualem & Auguſtinus erroris vitandi gratia commendat. Ieremias porrò ita de deo pronunciat, Iehovah dij, veritas ipſe, dij viventes, & rex ſęculi: & inferius, Dij qui cœlos & terram non fecerunt, pereant de terra, & de ſub cœlo hi: & rurſus, Plaſmator omnium ipſe eſt: alio item loco pręvaricatores arguens, Et pervertiſtis verba divorum viventium, Iehovah exercituum, divorum noſtrorum ſeu dei noſtri. Ad hæc per Malachiam dixit Iehovah Sabaoth; Si pater ego ſum, ubi eſt honor meus, & ſi dominantes, ſive heri ego, ubi timor meus? Verùm Iſaias cùm Iehovah Sabaoth viſionem eſſet intuitus, ait Et audivi vocem dominantis dicentis, Quem mittam, & quis ibit nobis? Seraphim que pręmiſerat, hic ad hũc clamabat, & dicebat, Sanctus, Sanctus, Sãctus Iehovah exercituum: ubi nõ modo plura in deo ſuppoſita, ſed etiam hypoſtaſeon trinitatem expreſse deſignari advertere licet. Nec enim erat, cur pluribus in una divina ſubſtantia individua perſonis extantibus, beati ſeraphim ter ſanctum acclamarent, ni Iehovah trinus eſſet, quia ſi aliter foret, falſum iudicium proferrẽt: quod à ſanctiſsimis fœlicibus ſpiritib⁹ alienum eſt. Olim pręterea ſummam divinarum perſonarum triadem trium virorum præmonſtrauit ſpecies Abrahę oblata, quos licet convivio exceperit: ſub ea tamen oſtenſione deum verum veneratus adoravit. Mira eſt autem tam ſancti patriarchæ, quam ſacri ſcriptoris locutio iam velut ad unũ, iam vel ut ad plures relata. Hic enim apparuiſſe Iehovah, ac tres viros

2. doct. chr. c. 13.
Ier. 10. v. 11. 16.
Iere. 23. v. 36.
Malach. 1. v. 6.
Iſa. 6. v. 8. 3.
Gen. 18. 1.

viros viſos refert, ille dñum, herũ ve precãs, e veſtigio ad
plures ſermonẽ cõuertit, ut requieſcant trãſituri ad ſe di
vertẽtes: hic qũ bis dicat eos locutos, mox ſubdit, ait; Re
vertẽs revertar ad te: & rurſus, dixit Iehovah ad Abrahã
Quare riſit Sara dicẽs, Num verè paritura ſum? et ego
ſenui, Num arduũ erit Iehovah verbũ? In tẽpore rever-
tar ad te: poſt ait, ſurrexerũt inde viri, & reſpexerunt cõ
tra Sodomã, qùm eos Abrahã deduceret, &, Iehovah di
xit: recẽſens colloquiũ iã ſingulariter inter deũ & Abra
ham habitũ: tantùmque interſerit, receſsiſſe inde viros
Sodoma verſ°, & Abrahã adhuc ſtare pręfacie Iehovah.
Prius autem per anticipationem dictum ſumi poteſt,
quod expleto colloquio evenit, poſterius per anacepha-
li. 5. conſ. leoſim, ut apte colloquium adiungatur. Clemens enim
ap. c. 21. ex apoſtolorum ore de filio dei refert, Hunc Abraham
hoſpitio acceptum, iudicem ſuumq; dominum confeſ-
Gen. 18. d. ſus eſt, quod in colloquio habetur. Alia teſtimonia mo
dum diſtinctionis explicant, filium que Verbum, Sapiẽ
tiam, lumen dicunt, & ſpiritum ab eo exortum etiam lu
Ps. 2. v. 7. men. Pſalmographus unigenitum loquentem inducit,
Ieohvah dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui
Ps. 32. v. 7. te, ac rurſus ait, In verbo Ieohvah cœli facti ſunt, & in
Spiritu oris eius omnis exercitus eorum: & ad Patrem,
Ps. 35. v. 10. Tecũ eſt vena vitarum vel viventiũ, in lumine tuo vide-
Pſ. 109. v. 1. bemus lumẽ. David etiam inquit, Dixit Iehovah domi
no meo, Sede in dexterã meam. Sapiens verò ait, Quis
Prov. 30. v. 4. conſcendit cœlos? Quis ſtatuit omnes fines terræ, quod
nomen eius, & quod nomẽ filij eius, quũ noris? Et alibi
Prov. 8. v. 22. 14. Sapientiã introducit dicentẽ, Mihi conſiliũ & eſsentia,
Iehovah acquiſivit me principiũ viæ ſuę ante opa ſua ex
v. 22. 23. ver. 24. tũc. A ſęculo pricipatũ habui, in nõ abyſsis effòrmata ſũ,
& præ

& præ faciebus collium efformata ſum. Quem imitatus Syrachides dixit, Invocavi dominum patrem domini mei. Iſaias quoque de unigenito deo quem Iehovah exercituum prius dixerat, & loquētem induxerat, Ego ipſe, ego primus, & ego noviſsimus, manus quoq; mea fundavit terram; ex ore ipſius iuxta carnis aſſumptionē ſubdit; Ante tempus quam eſſet illud, ibi eram: & nunc dominans Iehovah miſit me, & Spiritus eius. Hanc hypoſtaſeon in uno deo diſtinctionem obſcurius tetigerāt dei cultores tribuū Ruben, & Gad, & Manaſſe bis acclamantes, quod Aſaph poſtea repetivit inquiens, Deus dij, Iehovah locutus eſt. Atque Iſraelitarum forte converſatione nonnullam Ægyptij divinæ triadis notitiam adipiſci potuerunt, qualem in Pimādro Ægyptius Hermes, mercurius Triſmegiſtus vocatus prodit dicens: Mens deus, utriuſq; ſexus fœcunditate pleniſsimus, vita, & lux cum Verbo ſuo mentem alteram opificem peperit, qui quidem deus ignis, atque ſpiritus, numen: præmiſeratq;, Mentis germem lucēs, dei filius: deinde, Verbum domini, mens autem pater deus. Refert etiam Heraclides Ponticus celebre oraculum Serapidis habitum, Plutonis eſſe, quod conſulenti Thuli ante excidiū Troiæ, Ægypti regi, quis ſe beatiot foret, in hunc modum reſpondit, ita verſum.

Vers. 25. Eccl. 51. b. Iſa. 48. a. b. v. 16. Ioſ. 22. c. v. 12. Ps. 49. v. 1 dialo. 1.

Principio deus eſt, deīn Verbum, & Spiritus unà,
Conſitaq; hæc tria ſunt cuncta, & tendentia in vnū.

Mirum eſt autem dæmonem veritatis ac dei hoſtē hęc voluiſſe proferre, niſi forte ſuperiori poteſtate coactus fuit, ut ethnici ſuis quoque oraculis monerentur: valuiſſe certè inde conſectaneum eſt, quòd ante lapſum angeli deſertores, ut ante confirmationem electi fidem ſummæ

mæ trinitatis beaturæ habuerunt, ſicuti probatioribus theologis ſedet. Hæc cùm Græcis Ægypti regibus no-
Hiero. in pro. penta. ta eſſe potuerint, neſcio qua ratione Iudæi, prudenti factũ dicant eſſe conſilio, ut ſeptuaginta interpretes ubi cunque ſecretum aliquid ſcriptura teſtatur de patre, & filio, & ſpiritu ſancto, aut aliter interpretati ſint, aut omninò tacuerint, quò & arcanum fidei non vulgarent, & regi ſatisfacerent, ne unius dei cultor triplicem etiam apud Hebræos divinitatem deprehenderet. Nonne ſatius foret, ut ſyncerè ſacra diſciplina verſa, doceretur? et non ut ab errore plures deos colentium revocatus, conſortium trium hypoſtaſeon in una divina ſubſtantia nõ verum eſſe, ſed ſolitarium deum ducens in adverſum errorem traduceretur? Verùm enim verò nequis ob alia teſtimonia multiplicem deitatem, plures ve deos exiſtimare quiret, ſed unum tantùm crederet, multis in locis id ſacri libri aſſeruere, quorũ nonnulla propoſuiſſe ſuffi-
Deut. 32. v. 39. ciet. Per Moſen ita deus loquitur? Videte nunc, quòd e-
Deut. 6 v. 4. go, ego ipſe ſum, & non dij mecum: & Moſes ipſe, Audi Iſrael, Iehovah, dij veſtri, Ieovah unus eſt, & rurſus,
Deut. 10. v. 17. Iehovah, dij veſtri, ipſe dij divorum, & dominans domi-
3. Re. 8. g. v. 21 nantium, deus magnus, potens, & terribilis: & Salomõ
Iſa. 37. v. 16. Iehovah ipſe dij, nec ultra eſt. Iſaias verò, Iehovah exercituum, dij Iſraelis, inſidens Cherubim, tu ipſe dij, ſol[9] tu cunctis regnis, tu feciſti cœlos, & terram: per que ipſum
Iſa. 43. v. 10. deus, Ego ipſe ſum, ante me non eſt formatus deus, &
c. 44. v. 6. 24. poſt me non erit: & rurſus, Ego primus, & ego noviſſimus, & præter me non dij, & ego Iehovah faciẽs omnia
Iſa. 45. v. 22. & ulterius, Ego deus, & non amplius, & iterũ, Ego deus
Iſa. 46. v. 9. & non ultra dij, & non ſicut ego. Hæc veritas novo in teſtamento conſtantiſſima unico nunc teſtimonio contẽ-

ta erit apoſtoli dicentis, Nullus deus alter, niſi unus. De 1. Cor. 8. v. 4.
myſterio verò ineffabilis trinitatis illic explicatius tradi
to, ubi filius æque ac pater deus, itidemq; ſpiritus ſanct⁹
infinitæ perfectionis perhibetur; inde potiſsima queq;
teſtimonia promere, operepretiũ erit. Matthæ⁹ de Chri Mat. 3. v. 16.
ſto dicit, conſentientibus Marco, & Luca, Vidit Spiritũ Mar 1. b. Lu. 3. e.
dei deſcendẽtem, velut columbam, & venientem ſuper
ipſum, & ecce vox de cœlis dicens, Hic eſt filius meus di
lectus, in quo mihi bene complacitum eſt. Similis que Mat. 17. a. Mar. 9. b.
vox in transfiguratione audita eſt, quam & à Patre deo Lu. 9. e.
delapſam princeps apoſtolorum conteſtatur. At Chriſ- 2 Pe. 1. c.
tus iuxta Matthæum diſcipulis ait, Docete omnes gen- Mat. 28. ſ.
tes, baptizantes eos in nomen Patris, & filij, & Spiritus
Sancti. Ioãnes autẽ de unigena dei filio profert: In prin Ioa 1. a.
cipio erat illud Verbum, & illud Verbum erat apud ip-
ſum deum, & deus erat illud Verbum, hoc erat in prin-
cipio apud deum, omnia per ipſum facta ſunt: & rurſũ,
Patrem proprium dicebat Deum, æqualem ſeipſum fa- Ioa. 5, v. 18.
ciens deo: & alibi ab æmulis obiectum Chriſto, Tu ho- Ioa. 10. v. 33.
mo extãs facis te ipſum deum: quod nec Servator ſe per
hibere, nec ſacra ſcriptura diffitetur. Per eundem etiam
princeps patris legat⁹ diſcipulis infit, Et ego rogabo Pa Ioa. 14. v. 16.
trem, & alium paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſ
cum in æternum, Spiritum illius veritatis: & inferius; Si v. 23.
quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & pater me⁹
diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud
eum faciemus: & iterum; Paracletus autem, Spiritus ſan v. 26.
ctus, quem mittet Pater in nomine meo, is vos docebit
omnia: & rurſus; Quum autem venerit ille paracletus, Ioa 15. v. 26.
quem ego mittam vobis à Patre, Spiritus illius Verita-
tis, qui à Patre procedit, is teſtabitur de me: & ulterius,

Si

Ioa. 16. v. 7. Si, ait, non abiero, ille paracletus non veniet ad vos,
v. 13, 14, 15. ſin autem proficiſcar, mittam eum ad vos, & inferius,
Quum autem venerit is, ipſe ſpiritus illius veritatis,
deducet vos in omnem veritatem: non enim loquetur
à ſemetipſo, ſed quæcunque audierit, loquetur, &
ventura annuntiabit vobis. Is me gloria illuſtrabit,
quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Omnia
quæcunquè habet Patrem mea ſunt, propter hoc dixi,
Quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis: & iterum;
v. 27. 28. Ab ipſo deo exivi. Exivi à Patre, & veni in mundum,
Ioa. 8. v. 42. ſicut antea æmulis dixerat, Ego nanquè ex deo exivi,
& veni. Haud nanquè à meipſo veni, ſed is me miſit.
Ioa. 17. 2. Patrem verò alloquens inquit, Pater venit hora, glorifica filium tuum, ut & filius tuus glorificet te: Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, ut omne quod dediſti ei, det ipſis vitam æternam. Hæc eſt autem illa æterna vita, ut cognoſcant te, illum ſolum verum deum,
v. 5. & quem miſsiſti, Ieſum Chriſtum: & inferius, Glorifica me tu Pater apud te metipſum illa gloria, quam habui, prius quam mundus foret apud te, Ad quem modum calumniantibus dixerat, Prius quam Abra-
Ioa. 8. ſ. ham fieret, ego ſum. Et iterum repetit, A te exivi; Et tu
Ioa. 17. v. 8. c. v. 21 me meſiſti, & mea omnia tua ſunt, & tua mea. Et tu Pa-
c. 14. v. 10. 11. ter in me, & ego in te. Thomas verò Seruatori ſuſcitato dixit, ille dominus meus, & ille deus meus, ſupe-
Ioan. 20. v. 28. rans confeſsionem Marthæ velut imitatæ Petrum lo-
Ioa. 11. d. Mat. 16. c. cutum, Tu es Chriſtus ille filius dei illius viventis.
Idem etiam princeps apoſtolorum de Chriſto Iſraeli-
Act. 2. v. 33. tis inquit, Dextera igitur dei exaltatus, & promiſſioonem Sancti Spiritus accipiens à Patre effudit hunc, quem nunc vos videtis, & auditis: & eiſdem Chri-

ſti necem exprobans, Principem autorem ve vitæ interfeciſtis. Paulus verò ad Romanos de Iſraelitis agens ait, Quorum ſunt patres, etiam ex quibus Chriſtus eſt, quod ad carnem attinet, extans ſuper omnia deus benedictus in ſæcula. Ad Corinthios autem de almo Spiritu ſuſcepto, Nobis, inquit, deus revelauit per Spiritum ipſi9. Ille nanq; Spiritus omnia ſcrutatur etiam profunda dei, & ſubdit, Nos autem non ſpiritum mundi accepimus, ſed Spiritum illum qui ex deo, ſcilicet, eſt. Ad Philippēſes verò, Hoc, ait, ſentiatur in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, qui in forma dei ſubſiſtens nō prædam reputavit, eſſe paria deo, Et ad Coloſſenſes de Chriſto dicit; Qui eſt imago dei inviſibilis, primogeni nitus, univerſæ creaturæ, quoniam in ipſo condita ſunt univerſa, quæ in cœlis, & quæ in terra, viſibilia, & inviſi vilia, ſive throni ſive dominationes, ſive principatus, ſive poteſtates: omnia per ipſum, & in ipſum creata ſunt, & ipſe eſt ante omnia, & omnia in ipſo conſtant. Et ipſe eſt caput corporis eccleſiæ, qui eſt principium, primo genitus ex mortuis, ut ſit ipſe in univerſis primas tenēs. Et rurſum agens de myſterio Patris, & Chriſti, ſubiungit, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ ab ſconditi. Ad Timotheum verò de pietatis magno myſterio ait, Deus manifeſtationem nactus eſt in carne, iuſtificationem præ ſe tulit in Spiritu, viſu apparuit angelis, prędicatione innotuit in gentibus, fidem fecit in mū do, reſūptione rediit in gloriam. Ad Hebræos denique inquit, Deus locutus patribus in prophetis, in ultimis diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, quem poſuit hæredem univerſorum, per quem & ſęcula fecit. Qui extans ſplendor gloriæ, & character ſubſtantiæ eius, portanſq; omnia

Act. 3 v. 15
Ro 9. v. 5
1. Cor. 2. v. 10.
v. 12.
Phil. 2. v. 5 6.
coloſ. 1. v. 15. 16.
v. 17.
v. 18.
Coloſ. 2. 2.
1. Tim. 3. v. 16.
Hebræ. 1. a. b. c. d.
hypoſtaſeos

omnia verbo virtutis ſuæ, per ſe ipſum purgationem faciens peccatorum noſtrorum ſedit in dextera maieſtatis in altiſsimis: & inferius; Cui, ait, dixit aliquando angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te: &; adorent eum omnes angeli dei: & ad filium, Thronus tuus, deus in ſæculum: &; propter hoc unxit te Deus, Deus tuus: &, Tu per principia Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli: &, mutabũtur, Tu autem

Heb. 3. v. 3. 4. 5. 6. ipſe es, & anni tui non deficient. Et rurſus, Amplioris, ait, gloriæ hic præ Moſe dignus eſt habitus, quanto ampliorem honorem habet præ domo conſtituens illam. Omnis nanq; domus conſtituitur ab aliquo, at omnia conſtituens deus eſt. Et Moſes quidem fidelis in omni domo eius ut famulus ſeu miniſter in teſtimonium dicendorum, Chriſtus verò ut filius ſuper domum ipſius.

Heb 4. v. 12, 13. Ac demum, Vivens, inquit, ille Sermo dei, & efficax, & penetrantior omni gladio; &, diſcretor cogitationum, & intentionum cordis, & non eſt creatura inviſibilis in cónſpectu eius, omnia verò nuda, & reſupinata, ſive adaperta oculis eius, ad quem nobis ſermo eſt. Ioannes

1. Io, 3. v. 16. item Chriſto dilectus, de ipſius leto, quo anima ſepoſita

Dei alicubi deeſt Græ eſt à carne dicit: In hoc cognovimus charitatẽ dei, quòd ille pro nobis animam ſuã poſuit: & rurſum, Tres ſunt

1. Ioa. 5. v. 7. teſtantes in cœlo, Pater, & Verbum, & Sanctus Spiritus

G. τὸ aut eunum. & tres in unum ſunt: & inferius, Novimus autem, quòd filius ipſius dei venit, & dedit nobis mentem, ut cognoſ

Deum alicubi Græce. deeſt. camus illum verum deum, ac ſumus in illo vero, in filio eius Ieſu Chriſto, hic eſt ille verus deus, & vita æterna:

Apo. 17. v. 14. & in apocalypſi de Servatore agno, Agnus vincet eos, quoniam dominus dominorum eſt, & rex regum, & inferius, Vocatur nomẽ eius, Verbum dei: &, habet ſuper

veſtimentum, & ſuper femur ſuum nomen ſcriptum, Apo. 19. v 15. 16.
rex regum, & dominus dominantium, ut ſuperius
dixerat. Hæc qùm de divina triade apoſtoli mira-
biliter explicarint, ea fides utriuſquè teſtamenti te-
ſtimonijs comprobata iugi tradirione, ad nos uſque
conſtantiſsima pervenit. Vnde mirum noneſt Mar- Epiſt. 1. 2. pr. 3
tialem qui cum eis vixit, ſeque apoſtolum, & Ce- Epiſt. 1. c. 10.
pham cognominat, ipſam ediſſerere mericè potuiſ-
ſe. Iam quæ in ſymbolo deo attributa noſcuntur, nem
pe infinitæ perfectiones, poteſtas, providentia, bo-
nitas, qnibus universa ſuſtineat, & pœnitentibus re-
mittat peccata delens, & iuſta pro cuiuſque meritis
præmia reddat: in ſacris libris nullibi non occurrunt;
ideo que de ijs pauca loca ſaterit adducere. In Geneſeos
initio habetur, In principio creavitd dij cœlos; & terrā in
legiſlatione, Clamavit Iehovah deus miſericors, & cle- Exo. 34. v. 6.
mens ſeu gratioſus, longus narium, ſeu tollerās, & mul
tus benignitate, ac veritate, ſervans benignitatem milli-
bus, tollens iniquitatem, & prçvaricationem, ac pecca-
tum: & in Deutoronomio, Deus fidelis eſt, Deus veri- Deu. 7. v. 9. 31. v. 4.
tas, & non iniquitas, iuſtus, & rectus ipſe: & apud Iob, Iob. 11. v. 7.
Num inveſtigatione deum invenies? num uſq; ad per-
fectionem Sufficientem ſibi inveniens? & rurſum, En
deus magnus, nec noſcemus, numeri annorum eius nec Iob. 36. v. 26.
inquiſitio eſt: & ulteriùs, Novi quòd omnia poteris, nec
prohibibitur à te cogitatio: & apud pſalmographum. Iob. 42. v. 7.
Magnus Iehovah, & laudandus valde, & magnitudinis
eius non eſt inveſtigatio: & apud Iſaiam: Non inveſti- Ps. 144. v 3.
gatio intelligentiæ eius: & apud Ieremiam, Ahah Ieho Iſa. 68. v. 28.
vah dominator, en tu feciſti cœlos ac terram in poten- Ier. 32. v. 17. & c.

tia

tia tua magna & in brachio tuo extento: non mirum
erit præ te omne verbum. Magnus conſilio, multus
excogitatione, quòd oculi tui aperti ſuper omnes
vias filiorum Adam, ad dandum cuique viro ſe-
cundum vias ſuas, & ſecundum fructum ſtudiorum
ſuorum. Ieremiam ſequitur Baruch dicens de deo,
Bar.3.v.25 Magnus eſt, & non habet finem, excelſus, & immen-
ſus. Cuncta hæc in ſumman Servator collegit ſuis di-
Mat. 5.v. 48. cens, Pater veſter qui eſt in cœlis, perfectus eſt, qui &
Ioan.4.v. 24. naturam divinam expreſsit inquiens, Spiritus eſt deus.
Quod verò creatio è nulla ceu materia præcedenti fue-
Iſa.40,v, 26. rit, Iſaias teſtatur loquens: Levate in excelſum oculos
veſtros, & videte quis creaverit hæc: & rurſus è divinæ
Iſa.41.v. 24.t. triadis perſonis inquiens, En vos ex non ente, & opus
veſtrum ex nihilo, & Machabæorum ſeptem martyrũ
2. Mach. 7.v. 28.f. mirabilis mater, Vniverſa, infit, è non extantibus fe-
Sap.11.v. 8. cit deus. At quod in Sapientiæ libro dicitur, quòd dei
manus creavit mundum ex informi materia, ſeu invi-
Gen.1.2. ſa, eò reſpicit, quòd terra, & elementa in principio cre
ata & non conſpicua fuerunt ante lucem, & inania
vacua que formis viventium, quæ inde velut è mate-
ria rudiori formis inductis poſtea producta eam com
poſita exornarunt. Deinde, quòd filius dei ex vir-
Ioa.1.b.v. 14. gine carne ſupta naſciturus eſſet, quod factum Ioan-
Mat.1.c.v 16. nes, Matthæus, atque Lucas referunt, Iſaias præ-
Lu.1.v.27 nunciavit, dicens, Ecce virgo concipiet, & pariet
Iſa 7.c. filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, a Mat-
thæo interpretatum, nobiſcum deus, & antea præ-
Iſa.9.b. dixerat: Parvulus natus eſt nobis, & Filius datus eſt
nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum e-
ius, & vocabitur nomen eius, admirabilis, &

con-

conſiliarius, deus fortis, pater futuri ſæculi, princeps pa-
cis. Sanctam vero Chriſti converſationem & miranda o
pera evãgeliſtis relata, idem Iſaias præter alios vates, prę Iſa.c.35.
ſcripſit, qui etiam depinxit Servatoris necẽ pro noſtris Iſa.52.ſi.
peccatis aſportandis ſuſceptam, & ſepulturam. Quocir 53.
ca Corinthijs apoſtolus ait, Chriſtus mortuus eſt ꝓ pec 1.cor.15.
catis noſtris ſecundum ſcripturas, & ſepultus eſt. Et ad-
dit, Reſurrexit tertia dei ſecundũ ſcripturas, quas è pſal Acto 13.e.
mographo ipſe, atque apoſtolorum princeps retulere. Act.2.d.e.
De tertio die Ionæ caſus prædictio fuit à Servatore reſe Ioan.2.
rata. De aſcenſu Chriſti, conſeſſu que ad patris dextram Mat.12.d.
& iudicaria poteſtate ibidem vaticinia recenſet Petrus, Ephe.4.b.
& ad Epheſios Paulus ex eodem pſalmographo, ac Da- Ps.67.
niel mirabilem viſionem pręvidit, cuius iudicijmodum Dan.7.d.
Servator pręmonſtrans explicuit. De Spiritus ſancti ef- &c.c.12.
fuſione Ioelis prędictionem Petrus prompſit. Carnis fu Mat.24.c.
turamreſurrectionem apoſtol⁹ mirificè deſcribit, & Iob 25.c.d.
ante Danielem pręcinuit. Remiſsionis peccatorum fa- 1.Co.15.
cultatem, ſeu ſolvendi apoſtolis Servator conceſsit, & id d.
vitale remedium per pœnitentiam converſis à delicto 1.Th.4.d
ad iuſtitiam ſemper quocunque die præſto fore, non ſe- Iob.13.c.
mel Ezechiel proteſtatus eſt. Poſtremò de regno cœlorũ 19.d.
beato prœmio electorum, ubi recti vident gloriam Chri Dan.12.a.
ſti iuxta dicta per Clementem, apoſtolorum, ſecundum Mat.18.c.
Servatoris per Ioannem pollicita, Paulus apoſtolus ex Ezeck.18
Iſaia ineffabilia prædicat. Hæc venturi ſæculi vera vita f.g.
eſt, nam damnatorum vita in extinguibilis quidem erit Ezech.33.
eadem tamen perennis mors, vel nece amarior cruciat⁹ lib. 8.coi
interminabilis. De cunctis amplum ſymbolum magn⁹ apo.c.4
Athanaſius compoſuit, ab univerſa eccleſia eximio con Ioan.17.
ſenſu receptum. Hebræi quoque tredecim vocatis arti- h.
Iſa.64.
1.cor.2

lis ſua

culis ſua dogmata circunſcribunt tradẽtes Creatorem eſſe perfectæ eſſentię, cauſam unde cuncta derivantur; Deum eſſe unum, incorporeum; primum omnium; omni laude dignum; eſſe affluentiam dei in aliquos homines, ac per inde prophetiam; legem è cœlis à deo Moſi datam, Moſem fuiſſe patrem omnium ꝓphetarum cunctis excellentiorem. Hucuſque octo expleticum vltimo, Mortuorum futuram reſurrectionem, rectè ſe habent ſanè intellecti. Non enim oportet, ut recens ſemper adſit prophetia, ſed ſatis eſt ad noſtram illuſtrationem antiqua revelatio vatibus priſcis, & apoſto-

S.Th.22. q 174.a 4 ad.3. lis facta. Moſem etiam fuiſſe pręſtantiorem cunctis veteribus prophetis ſuſtineri poteſt, non tamen apoſtolis inſtrumenti novi vatibus, qui amplius iuxta Paulum re-

1.Cor.3 fi velata facie gloriam domini ſpeculãtes in eandem imaginem transformati ſunt à claritate in claritatem, tanquam à domini Spiritu. Reliqui præter decimũ, quòd Deus cognoſcit, & curat opera hominum, ad perfidiam Iudaicam Chriſtianæ pietati adverſam ſpectant, nempe quod lex non abolebitur, nec mutabitur, nec alia proficiſcetur à creatore, neque addetur, neque diminuetur: rurſus, quod is benefacit ſervantibus legem, prævaricãtes punit. quòd que credendum ſit Meſsię tempus, etiã ſi tardet. Nam licet medium olim verum fuerit durante legis veteris ſtatu erga Iſraelitas: ſed non iam, qùm a-

Iea.19.f. v.30, bolita eſt, poſtquam Chriſtus adveniens eam conſumavit: verùm anterius ſemper fuit falſum, cùm lex mutanda potiore per Chriſtum foret cunctis ex debito audien-

Deu.18.d. Ier.31.f. dum iuxta Moſis, & aliorum vatum oracula: poſterius

Gen 49.b Dan 9.g. antiquis etiam prophetis adverſatur tempus adventus Meſsiæ pręfinientibus iam olim præteritum.

## 7. C. *Modus procedendi ſacrorum bibliorum.*

INdicavimus quę præcipuè credenda ſunt, divinorũ bibliorum autoritate certiſsimâ expreſsè contineri: quamquam & cuncta ſacris relata literis, ob dei teſtantis autoritatem credenda ſunt. Comprehenduntur autem ſanctis libris & quæ ſperanda iuſtis fęlicia pręmia, quę contrà improbis ſupplicia perpetua parata ſint, & quibus ad beatam metam vijs tendendũ, quo fidei affectu, quib9 iuſtitię, charitatis que operibus, quib9 expectandis à numine opitulationibus, quibus ſacris ab eo inſtitutis ſuſcipiendis, uti divina inſtitutio neceſsaria ſpirituali hominũ ſaluti perfecta conſtet, quam fuſi9 explicare, theologicæ diſciplinę officium eſt, ut enarratorum biblia ipſa per ſingula edißerere. Nunc enim generalius de divina tractamus autoritate ab alijs diſcriminanda: qua propter non ab re fuerit modum procedendi, quem ſanctę literę tenent, pręmonſtrare, & an plures admittant ſenſus, excutere, & quem pręſertim deſtinent. Quattuor potiſsimum inſtituendi modi ſacris biblijs obſervati ſunt, dogmaticus cuius multa exempla præmiſsimus, & ab hoc non multum differens definitivus, veluti quin apoſtolus fidẽ deſcribens inquit, Fides eſt ſperandarum ſubſiſtentia, ſeu Heb. 11.
præfidentia rerum, argumentum non apparẽtium, propheticus vatum prædictiones complectens, & præceptivus, quo quidpiam iubetur, vetatur, permittitur. Quãvis autem æquè certa ſint, quęcunque à numine produntur, placet tamen deo alia ex alijs probata deducere, nec aſſerendo tantùm, imperandove, verùm etiam ſuadendo, & confirmando inſinuare atque accepta reddere. Ita enim aptè hominem per modum naturę ipſius congruentẽ

gruentem inducit, qui ratiotinationis inſtitutor non de ſtructam, ſed excultam, & quoad ipſa progredi queat, conſummatam cupit, & curat: ut ille in ſublimioré diſciplinam certis inſiſtens veſtigijs ſubvehatur. Nam & ex ea nexus conſequentia ſæpe conſtat quæ numinis ſententia ſit, quę ſi ſeorſim ab alijs ſoluta funderetur, dubia lateret. Colliguntur verò ratiocinatricis argumentationis vi non ſolùm dogmata naturalem intellectus cõditi acciem ſupergreſsa è talib⁹ alijs præmiſsis derivata, ſed etiam quæ de moribus, at que adeò quæ de deo aliôqui naturali ratione noſci queant è ſimilibus ſtabilita; quò contrarij errores omnino evicti refutentur. Qua de re non importunum erit exemplum ſubijcere pulcherrimum ſacris verſatum literis circa dei autoris uni-
Sap. 13. a. b verſorum notitiam adipiſcendam. Vani quidem, ait Sapiens, omnes homines natura, quibus adeſt dei ignoratio, etiam è conſpectis bonis non valuerunt intelligere Entem, nec operibus attendentes agnoverunt artificem. Sed aut ignem, aut ſpiritum ſeu citatum aerem, aut (alijs interiectis) luminaria rectores mundi deos putarunt. Quorum ſiquidem ſpecie delectati hæc deos putaverunt; noſcant quanto his dominans melior eſt: nã
vel. vim & virt. ſpeciei geneſiarcha creavit ipſa. Aut ſi virtutem, & opera eorum mirati ſunt, intelligant ab ijs, quòd hæc faciens fortior ſit ipſis. Nam à magnitudine, & ſpecie, atquè creaturis analogicè geneſiurgos ipſorum conſpicitur. Sed tamen in his querela eſt exigua: (& paucis interpoſitis) Rurſus autem nec ipſi venia digni. Si enim tantùm valuerunt intelligere, ut poſsent æſtimare ſæculum, horum dominantem
Act. 14. c. qui citius non invenerũt? Apoſtolus etiam de Deo vivo

qui fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis Act. 14. e
ſunt, inquit, Atqui non inteſtatum ſe ipſum reliquit, benefaciens, cœlitus nobis pluvias dans, ac tempora fructifera, implens cibo, ac lętitia corda noſtra: & alibi, Deus Act. 17. f.
operatus mundum, & omnia quę in eo ſunt, hic cœli & terræ dominus ſubſiſtens, nō in manufactis templis degit, neq; à manibus hominum curationem ſuſcipit, indigens quoquam, ipſe dans univerſis vitam, & flatum per omnia. Fecit q; ex uno ſanguine omne genus hominum degere ſuper omnem faciē terrę definiens pręſtituta tempora, & terminos habitationis eorum, ad quærendum dominum, ſi utique attrectent eum, & inveniant, quanquam non longè ab uno quoque noſtrûm ſubſiſtentem. In ipſo enim vivimus, & movemur, & ſum', ſicut & quidam apud vos poetarum dixerūt: Ipſius nāquè genus ſumus. Itaque Arati poetæ teſtimonium Athenienſibus convincendis obijcere non indignum duxit, qui & Romanis, de ſapientibus, ſive philoſophis ait: Quod eſt notum dei, manifeſtum eſt inter ipſos, deus Rom. 1. c.
nanquè ipſis manifeſtavit. Nam inviſibilia ipſius è creatione mundi factis intellecta perſpiciūtur, ipſaquè ſempiterna eius poteſtas, ac divinitas, in hoc ut ſint excuſabiles. Propterea quòd noſcentes deum, non ſicuti deum glorificarunt, aut gratias egerunt. Placuit autem Græcā obſervare phraſim, ut cuncta omni ex parte fierent expreſsiora. Pręterea ſacra biblia maxima ſui parte hiſtoriam rerum geſtarum cum temporis ſucceſsione ab orbis initio texunt, & vaticinijs etiam, pſalmis que atque alijs interſerunt, cùm & ſapientia Syrachidæ illuſtres vi Eccli. 44. & c.
ros celebret. Id autem multas ſecum & inſignes utilitates affert. Nam ad per movendos animos ut uirtutem ſe

ctentur, vitia fugiant, plurimum valent exempla ſtudioſorum laudata, & improbata pravorum: pręcepta quoque virtutis minus proſunt, niſi exequendi modus tradatur, qui maximè imitatione patefit. Cùm rurſus legũ tractatio nuda per ſe arida, & parum amœna ſit, eam numini condire viſum eſt admiſta hiſtoria, quòd omnes etiam rudes, & imperiti rerum narratarum cognitione capti cum voluptate ducuntur. Explicat ad hęc hiſtoria non rarò divina ſcita, quo pacto accipienda ſint, oſtendens, quem admodum fuerint executioni mandata. Vlteriꝰ quod ad vitę inſtitutionē in primis cõducibile eſt, per ſacram hiſtoriã conſtat hierarchię eccleſiaſticæ cùm veteris, tum novę conſtitutio, reipublicę etiam civilis adminiſtratio, ſucceſſus, caſꝰ, mutationes Divinę denique hiſtorię conſtructio tam ſublimi artificio digeſta eſt per ſuccedentium virorum ętates certo rato que ordine annis ab orbis primordio ſupputatis, ut et mortales revocet ad autorem omnium agnoſcendum, unde durationis calculatæ exordium creatus orbis duxit, & ſimul indicet eandem ſupremę philoſophię diſciplinam cunctis ſęculis à ſanctis hominibus fuiſſe obſervatam, quod argumentum in chronographia latè proſecuti ſumus. Cõſentaneum quippe fuit, (ut perfectiſsimi autoris opꝰ cõſummatum evaderet,) eius cognitionem piam, & gratum cultum in mũdo defore ne unquam eveniret, quò etiam exquiſitiſsimo iudicio tali veri amatores ab errore omni diſcretam verę religionis doctrinam catholicã ſive univerſalem ſtudioſorum omnium non unius ęvi, ſed cunctorum, uti certiſsimam amplecti tutò poſſent. Adhibuit inſuper numinis cura ſacris in literis carmina cantica que ad affe. ẽdum animis dulce lenimen, preces

que ſuavi excitato fervore concipiendas, ac divinas lau
des concelebrandas. Nam præter librũ Iob heroico ver-
ſu concinnatum, præter pſalterium lyricum, & epitha
lamij cantica, & lugubres threnos, plures odæ ſanctis li
bris habentur inſperſę, ut magna ille dei hexametro car 4. li. antiq.
mine ſecundum Ioſephum in deuteronomio contexta, Iud. c. fi. Deut. 32.
& cantica Moſis, Iſraelitarum, Deboræ, Annæ, Davidis Exo 15. Num. 21.
Tobiæ, Iudith, Ezechiæ, Iſaiæ, Habacuc, magnę matris Iudic. 5. 1. Reg. 2.
Virginis, Zachariæ, Simeonis, atque agni: quibus & 2. Reg. 22. 23.
mulieris fortis alphabetum eſt annectendum, ac trium 1. Pa. 29.
Danielis ſociorum hymnus ampliſsimus. Vtitur demũ Tob. 13. Iudith. 16.
divina ſcriptura decentiſsimo ſuæ gravitati eloquentiæ Iſa. 38. Iſa. 5. 12.
ornatu, qui quando que inter traductionis ſalebras diffi 26. 27. 55. Abac. 3.
ciles deliteſcit. Non enim deus reijcit ſynceram eloquen Lu. 1. 2. Apo. 15.
tiam quæ ad inſtituendos, conciliandos, ac flectendos, Pro. ult. Dan. 3. 2.
ex verò animos adhibita meritò in pretio habetur: qùm eius autor, ut cæterarum diſciplinarum ſit. Ita tamen eã admittit, ut dux ſapientia ſit, cui⁹ illi prima cura iure eſt, comes eloquentia non pręiens, ſed ſubſequens ſapientiã velut inſeparabilis famula, non aſcita, quin pótius tanquam ſponte ſubiũcta, & rebus ipſis ſapientię proprijs quaſi agnata. Caſta igitur ſit oportet, non pigmentatis fucis lenocinium præferens, verùm nativo colore, decora virili ſpecie, germanis toris, & ſolidis nervis cõſiſtẽs. Hæc facundia eſt, quę ſapientiæ coniũcta ſuavem, ſalubrem que fructum afferens plurimũ valet, ac veraci prædicatione laudatur. Atquæ illam mentitur ficta eloquẽtia ſecedens à ſapientia rebus publicis nimium obeſt plerunque, nunquam prodeſt. Sapientia verò elocutionis miniſterio deſtituta prodeſſe quidem parùm, ut eloquens æque ac ſapiens vir ſenſit, at non officere queat: cicero. lib. invẽ. reth.

ita ut

ita ut ſi alterutrum eligendum ſit, infans ſapientia, quàm inſipiens eloquentia magis optanda ſit. Tamen
li.4.doct. chr.c.5.6. 7 &c. utramque ſimul amplius Auguſtinus probat, qui pulchrè oſtendit ſacris in libris rethorica ornamenta expreſsa exemplis adductis ex apoſtolo, atque vel ex ar-
Amos.7.d. mentario vate ſyncomoros vellicante. Itaque ſchemata verborum, & ſententiarum ſanctis in literis frequentia ſunt, miſcentur tropi, ſynedochæ, hyperbolæ, metaphoræ, parabolæ, ac ænigmata, ſub quibus literarius ſenſus de quo iam agetur, apta collationis ſimilitudine deſi-
Ioan.1. v.36. gnatus continetur, uti cum Chriſtus ob puritatem agnus dicitur: ad vulgarem etiam loquendi uſum ſacra ſcriptura deſcendẽs ſe attemperat, ut imperitos alliciat, eadem ſapientiſsimos ſupergreditur, ut in admirationẽ rapiat.

## 8. C. *Multiplex ſenſus ſacræ ſcripturæ.*

DE hinc iam expendẽdum eſt, an divinæ literę ſenſus plures ſuſcipiant, & quo pacto, quotque admittant, & quis pręcipuꝰ, certior que ſit ad fidei dogmata ſtabilienda, quem ut potiſsimum ab almo ſpiritu ſacrorum librorum autore deſtinatum, & intentũ credere ſimul atque agnoverimus, ob ſuperni teſtimonij veracem autoritatem teneamur. Ac primò multiplicem ſub eſſe canonicæ ſcripturæ ſenſum pręter eũ qui prima frõte occurrit, aplica ſapiẽtia re
Gal.4.c.d tegente coſtat. Apoſtolus nãque ad Galatas ſcribens ex-
Gen.16.21 plicat Agar ſervam deſignare ſervientis Arabiæ regioni Hieroſolymorum confinis montem Sina, & per
Exo.19.20 montem vetus teſtamentum illic latum, & Iſmaelem ancillæ filium veterem populum priſci teſtamenti ſervilibus cæremonijs ſubditum: at Saram liberam ſigni-

gnifica

gnificare liberam Hieruſalem non modo in terra poſitam, ſed & ſuperiorem cœleſtem eccleſiam, interris exordium nactam, per illam verò novum teſtamentum Hieroſolymis confirmatum, & Iſaac liberę filium divina pollicitatione natum, populum novi teſtamenti à ſervitute antiquorum rituum liberum, qui reiectis oneroſis umbris deo per novę gratię opera liberiora libertate à Chriſto donatus acceptus foret. Vbi quid fidelib⁹ credendum ſit ex illa hiſtoria per allegoriam quaſi alieniloquium dicta toto loco proſequitur, ac ſimul quid operandum ſit, quid reijciendum, oſtendit, quod ad mores pertinet, quę geſtæ rei explicatio qùm ſit, tropologia proprius dici ſolet, quòd tropus, non tantùm modum, ac ſententiam, ſed & morem notet; indicavit etiam ſupremam Hieruſalem, quam omni ex parte fœlici libertate cumulatam fideles expectare debeant, quæ rei ad finẽ ultimum beatũ ſpectãs expoſitio, anagoge propriè quaſi ſuperductio vocari cõſuevit. Sic deprehenſum eſt præter literæ hiſtoriam texentis primum ſenſum vocibus ex propria impoſitione reſpondentem, quem ideo hiſtoricum literarium ve plerique appellãt, alios myſticos, ſecretiores, ſpirituales ſacra ſcriptura comprehendi, nẽpe allegoricum, tropologicũ, anagogicum. Ac proculdubio immenſa numinis ſanctorum librorum autoris ſapientia valet, non modò ut homines, vocabula ſignifi candis alijs accomodare, ſed res inſuper vocibus deſignatas non particulatim tãtùm, verùm & in univerſum ob id conſtitutas ac digeſtas, quò veluti ſigna congruentiſſimè aptata, ſubliniora myſteria denotent: quod proprium ſacrarum literarum eſt. Attẽditur autem præſertim fidei allegoricus ſenſus in lege veteri, quæ novæ ſecun-
dum

Heb. 12.

Luc. 24.
v. 47.

Heb.10.a. dum apoſtolum umbra & figura fuit, moralis potiſsi-
1.cor.10. b.c. mùm in Chriſto capite, cui⁹ omnis actio membrorum
eſt inſtitutio, ut ſimilia per Charitatem operentur; ana-
gogicus maximè in eccleſię novæ hierarchia, quæ cœle
ſtis exemplaris noſtram ſpem manentis inſtar diſpoſita
id reſpicit, exprimit que. Quamquam autem ſacra ſcri-
ptura multis in locis præter obvium literæ intellectum,
arcanos alios ferat allegoricum, moralem, anagogicũ,
quorum nomina multi ſæpe cõfundunt, & eorum quē-
vis vel ſimplicem, vel duplicem, aut etiam multiplicem:
plurimis tamē locis modos quattuor ſenſuum minimè
Ioa.16.b. 18.19. patitur. Nam ubi fidei dogmata velut ſummæ triadis,
& chriſti paſsi tradit, is ſenſus primarius eſt, & alium il-
lic allegoricum quærere, væſaniæ, aut impietatis fuerit,
Ioa.15.b. 15.a. ſicut ubi de dilectione mutua ſanctis que operibus agit,
princeps ſenſus literæ moralis is eſt, ubi de beatitudinis
Ioa.17.a.d præmio verba facit, is proprius eſt literarius ſenſus, nec
anagoge alia ſperandorum quærenda eſt. Præterea qui-
bus in locis præter innatam literæ intelligētiam, ſenſus
alij myſtici locum habent, licet ij claſsicorum enarrato
rum eluciditione probabiles habeantur: divina tamen
autoritate certi non ſunt, niſi alijs ſacrorum librorum lo
cis fulciantur, ubi iuxta gennuinum literæ ſenſum indu
bij ſint. Sicut in Saræ, Agar, & natorum ipſarum hiſto-
ria ſenſum etiam arcanum utriuſque teſtamenti eſſe ſa-
cra Pauli epiſtola certò aſseritur, in qua iam is ſenſus li-
teræ germanus eſt. Immo verò numinis celſa providen-
tia ſedulò curavit, ut quidquid fidei ac religioni ſupernę
neceſsarium ſub ſpirituali contineretur intelligentia, ſa
cris in literis alicubi per literarium ſenſum manifeſtè ꝓ
deretur. Is enim apertior eſt, ac primo ab autore pręten-

tus, cui uti fundamento ſolido myſtici ſuperſtruantur, quem proinde agnitum iuxta catholicorũ expoſitorũ explicationem firma fide credere debemus; ex quo ideo ſolo certum divinæ autoritatis argumẽtum elici poteſt ad veræ religionis dogmata ſtatuenda, & cõtrarios erro res refutãdos. Vniuſcuiuſque autem loci ſenſus nativus plurimùm è precedentibus, & ſequentibus conſydera-tis patefit, & aliorum locorum collatione illuſtratus elu ceſcit, quam analogiam Auguſtinus nuncupat. Quan doque autem literæ ſenſus agnatus nõ unus eſt, ſed mul tifariam pro autoris infinita ſcientia ſumi poteſt. Illud nanque pſalmographi de Chriſto à Patre dictum, Filius meus es tu, ego hodie genui te: Apoſtolus ad Hebræos de divina eterni Verbi generatione, Antiochiæ Piſidiæ concionem habens de reſuſcitatione carnis immortalis ipſius diſſeruit, quòd utrunque ſenſum locus admittat, illum ut potiorem, hunc veluti ſecundarium ex illo de-ductum. Cæterùm literarius ſenſus eſt, quem dictiones ſive propriè ſumptæ, ſive trallatæ cõficiunt, figuratè per metaphoram, parabolam, aut alios tropos ac figuras de ſignatum. At qui cùm in apocalypſi dicitur, Ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix David; nõ deſtinatur præſertim ſignificari, exprimique leo, animans beſtiarum fortiſſi-ma, & arboris firmus truncus: ſed Chriſtus inſtar leonis inſuperabili fortitudine præditus, & è genere Davidis ortus preſtantiſſimus filius, tanquam plantæ validiſſi-mum germen, quod totã amplitudine ſua radicem com plectatur. Quanquam & ſimul fera, & ſtipes ſtirpis no tatur, unde ſimilitudo ducta collatione apta ſub indica tur; quæ propter ſe non erat, cur notarentur, niſi ut po-tius aliquid ex comparatione deſignatum depingeret.

li. de. util. credendi.

Pſ. 2.

Heb. 1. b.

Act. 13. e.

Apo. 5. b.

Itaque

Itaque quod figurata loquutione præcipuè intelligi ſi gnifictaum debet,non id eſt, quod ut collatum ad-umbret aliud, offertur, ſed id quod illo eſt veluti ſigno deliniatum. Metaphoris autem canonici libri frequenter utuntur, & parabolis, quæ conferendę latioris ſimilitudinis gratia componuntur è continuatis metaphoris, quę que niſi declaratio accedat, iam ęnigmata ſunt, quum autem explicantur, omnia eorum membra minutatim exponenda ſunt, & propoſito appli canda, quùm in id conſtructę, ac diſpoſitę ſint. Aptiſsimus verò eſt ſacris literis is docendi modus multis de cauſis. Comparatio namque ab uſu notis rebus deſumpta naturali quadam illecelebra mentibus allectis ſe ſe iucundius inſinuat, & collationis per omnia reſpondentis artificio ſapientiam pręferente facile perſuadet, & ſub conſueta imagine tenacius hęrere quod deſtinat, facit. Ad hęc ut ſolis rutilans iubar nequit imbecillis oculis, niſi nube interpoſita temperetur, cerni, ſic divinus in acceſſę lucis radius commodè nobis illucere haud quit, ut invalida intellectus humani acie percipiatur, niſi, uti divinus Dionyſius detegit, varietate ſacrorum velaminum circumveletur, quod metaphoricis, ſeu parabolicis ſimilitudinibus fit, in quibus ſub affinium nobis rerum tegumentis in volutus vires ſuas noſtrę infimitati attemperat. Vlterius ęnigmaticus ſermo per ſe nudus lividis canibus, & lutulentis ſuibus iuxta Servatoris ſententiam, ſanctum occulit, ubi verò ad eſt inſtituens lumen ſapientiæ supernę malevolos averſantis, ſynceros quærentis, hos ſimilitudo ex obvia notitia excitat ad veſtigandi arcani ac diſcendi ſtudium.

li. cæleſ. hierar. c. 1.

Mat. 7. a.

Sap. 1. a.

dium; efficit que ut recondita doctrina ſudore quæſita, & inventa tandem oblectamento mirificè ſit, ac digno in pretio habita non contemnatur, ſicut ea quæ cui vis expoſita ſine labore patent, negligi, aut etiam faſtidio eſſe ſolent. Sunt autem multæ magnę que ſacrę ſcripturę partes ex toto parabolę, ut pręter plures euangelicas integrũ canticorum canticũ: quales & plures pſalmi quadam tenus apparent, qui Davidis afflictionibus, & Salomonis glorię aptari queunt, ſed in Christum amplius ꝓpendent, utraque in re typis ſuis ſuper eminentem. Videtur nanque parabola non modò ex vitę conſuetudine affingi poſſe, ſed etiam ex ignota, vel nota quoque hiſtoria ſumi, quę in id pręſertim à numine diſpoſita ſit, uti typi ad Meſsiam pręfigurandum fuere. At quia trallata ceu parabolica locutio communiter non adumbrantis rei ſenſum prę ſe fert, ſed rei potius adumbratę illo quaſi pretento ſigno pariter notato rei deliniantis; in ijs autem pſalmis ſenſus ad Davidem, ac Salomonem ſpectãs iuxta hiſtoriam pręfertur: dici non iniuria valet, quaſi per tropum parabolici ænigmatis duplicem literarium ſenſum eſſe typicum alterum anteriorem, potiorem alterum antytipum. Siquidem Auguſtinus inconveniens minimè ducit plures eiuſdem literę ſenſus ſalva fidei veritate intelligi; quanvis diſparati ſint: quanto magis id concedi conſentaneum eſt, ubi rato præſignationis ordine intellectus inter ſe conſentientes connectuntur? Tot de potiſsimo literario ſenſu dicta nunc ſatis ſint, quem non immeritò apoſtoli per Clementem anteferunt dicentes; Attende igitur diligenter verbo ô Epiſcope, ut quatenus fieri poteſt, omnia ad verbum interpreteris: & magnus itidem Baſili⁹ inquiens ſe aquam ut aquam in

Ps 36. 71.

Vi. Heb. 9. b. v. 9. li. 12. conf. c. 18. &c.

li. 2. conſt. apoſ. c. 5.

Hexamerõ fol 9.

intelligere potius, quam impropria ſignificatione ſume re malle. Quando quidē is eſt, cui error, falſitas que ſub eſſe nequit, utpote quem prima veritas ſanctarum ſcripturarum autor primitus genuinè que ſignificare decre vit, autoritate ſua, dum quidvis teſtatur vel extare, vel e ventu provenire, vel dictum eſſe, ita uti libri divini referunt, viri ve in eis inſtinctu divino impulſi, aut etiam electi angeli, de quorum diſcrimine iam temp⁹ eſt ut diſſeramus

## 9. C. *A ſacrorum bibliorum conditoribus aſſerta divinam habere autoritatem, ab inductis relatis aſſerta pro cuiuſquè dignitate cenſentur.*

AT qui quod primùm in ſacris literis autoritate divina teſtatū agnoſcitur, id eſt, quod cuiuſque libri, tractatus ve diſtincti uti pſalmi, conditor aſſerit. Aſſeverat
1. Ioa. 5.b autem is quidpiam eſſe, uti Deum unum trinum que coſiſtere, vel aliqua eventura, qualia prophe ticis prędictionibus continentur, aut eveniſſe, uti quæ rerum geſtarum hiſtoria comprehendit, ad quę reducū tur, quę a quoquam dicta eſſe narrat: quæ ab illo dicta eſſe affirmat quidem, ac proinde ita cōtigiſſe verum eſt, non tamen continuò confirmat, & comprobat; ſed pro introducti loquentis autoritate ſunt certa, vel incerta cē ſenda Si enim deus inducatur fari, verè ſolidiſſima de-
I. b. c. I. bent ab eo prolata iudicari; ſin deſertor ſpiritus, dubia ſunt habenda, vel maxima ex parte falſa, niſi aliunde ve ra eſſe conſtet. Immo verò inductorum ſæpe numero verba falſa ſint oportet, ut ſcripturę ſacræ veritas certiſſi

ma emergat, uti qùm Ioannes inquit, Quis eſt mendax 1. Ioa.2.d.
niſi qui negat, ſcilicet negando ait, quoniam Ieſus non
eſt Chriſtus? opus eſt aſſertum inficiantis mendacium
eſſe, quò eum mendacem aſſeverantis apoſtoli aſsertio
vera ſit. Scitum enim illum eſt dialecticorum, ut oratio
vera ſit aliam falſam affirmans, neceſse fore ita ſe habere
nempe aliam falsam eſse. Nihilo ſecius ob id haud quid
quam in canonicis libris falſum continetur: id nanque
ſacra ſcriptura propriè continetur, quod ab ea traditur,
atque aſseritur, quod atteſtante atoritate divina ſemper
verum eſt, ita ut proditur. Si qua vero falſa illic notan-
tur, non per ſe protinus afferuntur, ſed quatenus ſub ve
ritatem primariam ſcripturæ cadunt, ab aliquo relato
inducto illa enuntiata referentis. Quanquam autem
deus princeps autor ſanctorum bibliorum eſt qui condi
toribus prophetico lumine vel inſtinctu præſens adfuit
mentem gubernans, linguam movens, ac manum etiã
dirigens, & pennam temperans: nihilominus tractatus
quiſque ad compoſitoris perſonam relatus veritatem
exprimit, quam autoritas divina teſtatur. Nam qùm in
Geneſi dicitur, Hic eſt titulus monumẽti Rachel uſque Ge 35.d.
in hanc, ſive præſentem diem, id non de dei æterno die,
ſed Moſis ſcriptoris ætate verè intelligitur. Et qùm apo-
calypſis conſcriptor ibi ait; Ego Ioannes frater veſter, & Apo.1.b.
particeps in tribulatione & regno, & patientia in Chri-
ſto Ieſu, fui in inſula quæ appellatur Patmos, id non in
deum beatum, ſed in apoſtolum ſcribentem veraciter
eſt referendum. Cæterùm quandoque cõditor nulla ad
ſe reſcipicientia verba facit, veluti in cantico canticorum
drammaticè contexto, quod protinus ad perſonas Spõ-
ſi, et ſponſæ, aliorum que directè loquentium inducto

rum

rum ſcriptore non interloquente refertur, ſive parabo-
læ prætextus ad Salomonem qui canticum pangit, ſive
ad alium ſpectet prçſtantiſsimum ſponſum, qui eſſe po
tuerit, & Chriſti ſponſi eccleſiæ de quo germano literæ
ſenſu propriè agitur, imaginem adumbrare. Tunc verò
vel ex titulo, vel ſine titulo ipſa met contextione patefit
ſtructor ſubtexta non ſolum aſſerere ab inductis relata,
ſed etiam uti veriſsima ore ipſorum aſſeverare. In alijs
nonnullis ſacris libris, velut eccleſiaſtico genus locutio-
nis ſervatur exegeticum, in quo exponẽs inſtitutum tra
ctatum conditor ſolus recta verba ſine alius interlocu-
tione perſonç fatur. In pleris que verò adhibetur miſtũt
ex imitativo, & narrativo, ubi & ſtructor ipſe loquitur,
& perſonas alias non modo locutas refert, ſed & ſuis lo
cis directè loquentes introducit, quarum dicta æquè ꝑ
cuiuſque autoritate, ſicut prius nonuimus, penſanda
ſunt. In his autem nonnunquam compoſitor de ſe nihil
narrat, ut in Geneſi Moſes: aliquando facta & dicta ſua
tanquam prima perſona profert, ſicut Nehemias: plerũ
que quæ geſserit, ac dixerit, quaſi de quacunque alia
tertia perſona, etiam inducta rectè loquente refert, velut
Ioa. 21. b. d. in evangelio Ioannes, & Moſes in Exodo, Levitico, Nu
meris, Deuteronomio: ſed & quãdoque utrumquè miſ
cetur, ut conditor iam uti prima perſona promat, quæ
Iſ. 6. 5. 2. 7. fecerit, ac pronuntiarit, iam ceu de tertia, etiam directè
Ier, 10. c. loquente introducta, ſicut Iſaias, & plures alij vates. Por
Ez. ch. 1. a. rò præceptiones, & monita reduci ad aſſertionem per-
Dan. ... Amos. 1. g. Sap. 1. a. ſpicuum eſt; quid enim eſt aliud, Diligite iuſtitiã, quàm
debetis diligere, vel dignũ eſt, ut diligatis? Permiſsiones
autem his incluſæ aliquoties contrario ſenſu per ironiæ
ſimulationem, antiphraſin ve ſimul, ac ſarcaſmon, ſi-

ve

ve irriſionem accipiuntur: qualis eſt illa eccleſiaſte; Vade ergo, & comede in lętitia, cum ſequentibus, quoad ſubditur; quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſciẽtia erunt apud inferos, quò tu properas: & rurſus illa; Lętare ergo iuvenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus iuventutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorũ: & ſcito; quòd pro his omnibus adducet te deus in iudicium: In quibus idem eſt dicere, abi, lętare, ac ſi diceretur, liberũ tibi eſt abire, ut que libuerit, vitę iter agere, ac voluptatibus indulgere, ſed & pro libidine proterva dignus es, qui illuſus ſinaris, qui te ſemper iuvenem fingis, etiã cùm minimè ſis: tamen haud tibi licitè conceſsum eſt arbitratu tuo vivere: quandoquidem omnis boni defect⁹ eſt apud inferos, quò talibus vijs feſtinas, & pro ijs in iudicium dei adducendus es, quod noſse ac meminiſse oportet, ut iuxta delictorum pondus inferis cruciatib⁹ plectaris. Verùm quo pacto ſit inductarum intra ſacros libros perſonarũ autoritas diſtinguenda, & ęſtimanda, via, & ordine conſyderandum eſt. Nam primùm ſi deus à conditore libri tractatus ve cuiuſque loqui referatur, divinę quoque autoritatis teſtimonium aſsertis à dei perſona inducta ineſt, ut ęquè vera, ſolidiſsima que habeantur, uti principio tetigimus: nec min⁹ ubi unigenitus dei Chriſtus, ut in evãgelijs, introductus fari aſscritur. Deinde ad numinis miniſtros veniamus. Si nuntij angeli Dei quidpiam dicere tradantur, non minus per eos, quam per prophetas divinam autoritatem prolatam accipi pareſt. Angeli nanque dei ſanctis literis intell gũtur, ut ſacri doctores ſemper ſenſerunt, electi, & confirmati beatitudine fruentes, in quos nec ignorantia, nequè culpa cadit, qui à dei

Eccle 9. b. c
Eccle. 11. b.
Su. c. eod.

dei pſcripto nec latũ unguĩ unquẽ diſcedũt, quin poti⁹ quicquid agunt, quicquid loquuntur, ab illius mente o mniſcia, & inmenſè optima profectum deſumunt. Reliqui verò deſertores angeli divinæ legationis munere indigni ſunt, quanquam vel inviti dei iuſsis parere coguntur, ubi præſertim ab infeſtandis mortalibus arcentur, quibus ſi nocere numine permittente detur, damna libenter nimium exequuntur, non tam ut obtemperẽt domino inviſo, quàm ut quoquo pacto autoris operib⁹ odio proinde exitiali habitis, maximè ad fœlicitatem aſ citis ſibi præcluſam officiant. Nonnunquam etiam angeli ſancti ob divinç iuſtitiæ zelum ſupplicia inferunt,
4. Re. 19. g. punitionem exercentes: qualis impium Sennacherib ex
Num. 22. f ercitum delevit, & qualis is fuit, qui à deo ſtans viam va tis Balaam perverſam ſibi contrariam teſtatus, ſe occiſu rum fuiſſe aſſeruit hariolum, ni aſella, cui dominus linguam ſolverat, de via declinans loco ceſsiſſet. Nonnul-
Tob. 3. ſi. Dan. 9. t, lorum autem fælicium nomina ſacra ſcriptura exprimũ
1. 2. Pa, 25. a tur, ut Raphael, Gabriel, Michael, à quibus reproborũ
3. Re. 21. c 4. R.. 1.. ſpirituum latè diſcriminantur appellationes, ceu Satan
Iob. 3. b. Belial, Beelzebub, Aſmodæus, Leviathan, Behemoth,
Iob. 3. b. 40. b Adadon, apolyon Græcè, ſicuti diabolus dictus, is exter
Apo. 9. c. 12. b. minans, hic calumniator notatus. Quandoque verò hu
1. Re. 16. iuſce ordinis ſpiritus dei, non tamen ſimpliciter, ſed cũ nequitiç nota malus vocatur, ut inter bonos pravos que differentia ubique inter luceat. Vlterius de prophetis lo quentibus inductis fuſior ſermo habendus eſt. Nam ſi prophetæ falſi, ſive idolorum, aut dæmonum improbo rum ferantur, ſecundo ab illis loco ſunt exiſtimandi. Sin
Ier. 1. veri numinis prophetæ ſint ex officio, deputatione ve di vina vates, ſeu videntes nuncupati & habiti, quæ cũque

aſſerere ſacroſanctis in literis referantur, velut è prophe-
tico luminis, inſtinctusve ſpiritu profecta, atque ideo au
toritate dei firmata iudicari debent: niſi ubi quędam ꝓ- Su.li.1.c. 10.11.ſi.
prio ſpiritu ſuggerente apprehenſa, quaſi deo inſtigan-
te inſpirata ſuſpicantes locuti, non dei eſſe per eum mo-
nentem correcti noviſſe comperiantur. Sicuti Nathan 1. Pa. 17.
qum uti vates Davidem ad templi conſtructionem ani-
maſset, correctus id ſucceſsori ſervatum pręnuntiavit.
Id autem ſummi numinis cura providit, ut prophetarũ S. Th. 22. q. 171. a. 5.
ſuorum reſponſa non à ſe lata corrigeret, quò à ſe orta u ex. S. Gre.
bi nulla correctio ad foret, cognoſcerentur, nequam in in. Ezech.
divina inſtitutione per vates à ſe prodita hærendi, erran
di que occaſionem reliquam faceret. Hinc patet quęcun
què in ſedecim prophetarum vaticinis libris traduntur
à cuiuſque peculiari auctore dicta, non modò tanquam
prima perſona, ſed & quaſi tertia etiam rectè loquente
inducta pari atque ab exordio ductam conditoris referẽ
tis aſsertionem autoritate divini teſtimonij, atque adeo
una met pollere. Quia verò hiſtoricè multa de alijs ple-
rique narrant, ut Iſaias, Ieremias, Ionas, Ezechiel, ac ma
ximè Daniel, de ijs eadem quæ de alijs ſacris hiſtorijs ob
ſervanda erunt. At quæ in vaticinijs priſcis animadverti
mus, non minus in Ioannis apocalypſi prophetica locũ
habent. Quia vero à divino inſtinctu ęque nec pra-
vum nec falſum prodit, correctum atque cohibitum Apo. 22. b
ab angelo adorando Ioannem prolapſum inveni-
mus, quòd is adorationis modus ſoli deo exhiben-
dus eſset, & alij oblatus, atque admiſsus pravitatis
ſpeciem ſortiretur, quanvis Ioannes tunc in exceſsum
ſpiritus ſublatus non libero iudicio, ſed carnis imbe-
cillis veſtigijs ſub repentibus exorbitans culpa vaca-
ret.

ret. Idem tamen poſtea ſub libero prophetici luminis iudicio revelationem prævifam recolens, & Su.li.c.11 conſcriptionem relegens agnovit intelligentia, & conteſtatus autoritate divina confirmavit diſtinguens quæ à numine proceſsiſsent, quid carnis infirmitati correptę tribuendum foret. Non abſimilia exiſtimari par eſt de apoſtolicis una & viginti epiſtolis, Ro.8.d. v.23. quarum conditores apoſtoli primitias ſpiritus adepti, 1.Cor. 12 d.v.28. prophetico faſtigio pręlati ad inſtituendi fidelis po- Eph. 4. b. v.11. puli publicam utilitatem eas liberę diſpoſitionis iudicio aſsiſtente ſancti ſpiritus illuſtratione ordinatas Gal 2. c. comprobarũt. Vnde liquet, quę Paulus à ſe ut rectè facta Galatis refert, quę à Cepha Petro reprehenſione digna, uti adverſa, ita ſe planè habuiſſe, tum ob cauſam expoſitam, quòd ad inſtitutionis ſpecialem auctorem eundem illa æque pertineant: tum quòd quę ſacer ſcriptor compoſitor ve probat, approbanda, quę improbat, reprobanda prorſus cenſeri debent, prout ab eo traduntur, numinis autoritate atteſtante, & ſtabiliente. Nam ſi ea uti perpetuò vera, ſtatuta ve aſſerat, ut maximè novo teſtamento fit, ſic accipi oportet; ſin ad tempus, velut pleraque iuſta cœremoniarum veterum, quatenus non abolita manerent, ſumi decet. Itaque potiſsimè conſyderari opus eſt, quæ à ſacræ ſcrpituræ ſtructore quovis tanquam comprobata, reiecta ve promuntur iuxta ſtyli formam ſolerter expenſam agnita, ut ea talia iam principis autoris conteſtante autoritate certiſsimè teneamus: ſicut ex Epimenide poeta deſumptum teſtimonium, verum ab apoſtolo ad Ti.d.v.13 Titum ſcribente aſsertum: & ſalutationem exceptoris Ro.16.d. Tertij ad Romanos epiſtolam deſcribentis, quaſi

ex prima perſon a rectè loquente prolatam, quòd eam inter ſuas ſalutationes Paulus admiſerit. Attamē ob priorem nuper tactam rationem Lucas apoſtolorum acta texens ſua que una iam Pauli comes ſub ſpirit⁹ almi ductu extans, preces, quibus cum alijs ſuadere nitebatur apoſtolo, ne diſcrimen Hieroſolymis ſe operiens adiret, tanquam minus provida commiſſeratione non ſecundum ſcientiam fuſas correxit ſubdens, Domini voluntas fiat, & utrumq; ſimul conſcripſit. Non eadem tamē cauſa fuit Matheo & Ioanni evangelicam hiſtoriā ſtruentibus, ut ſi qua de ſe referrent minus probanda vel geſta, vel dicta, correctionem neceſſariò adderēt, quanquā & eam plerumque ex ore Servatoris apponunt. Chriſti nanque hiſtoriam prodebant, non ſuam, niſi quatenus ad præceptorem de diſcipulis inſerta narratio pertineret de quibus communiter apoſtoli evangeliſtę verba faciētes, cum alijs de ſe quoque uti de tertijs perſonis etiam rectè loquentibus inductis meminerunt. Pręterea quouſque à ſuſcitato Chriſto in ſufflante Spiritus ſancti afflatum acciperent, quo & intelligentia ſcripturarum eis adaperta eſt, quem in effuſione pētecoſtes pleniſsimè ad extera uſque ſigna ſuſceperunt: errori prius, lapſui que obnoxij erāt. Ideoque licet dicta, facta que ipſorum quatenus deceat, à falſitate, ac pravitate excuſare reverenter eorum nos celſitudo adigat, qui à deo prę innumeris delecti eccleſię columina evaſere: non tamen illorum anteriora verba vel ſcriptis mandata divinam autoritatem nanciſcuntur, niſi ubi tali, veluti Servatoris autoritate confirmata ſint, ſicuti Petri confeſsio, quòd Ieſus eſſet Chriſtus filius dei vivi, quam Servator aſſeruit à Patre ſuo cœleſti revelatam. Poſt hauſtum verò abundantius ſpiri-

Act. 21. & 20. c. 19 &c.
Rom. 10. a
Mat. 9. b. 18. a 28 c.
Ioa. 11. a. 18. c. 20. b.
Ioa. 20. f.
Luc. 24. g
Act. 2.
Gal. 2. b.
Mat. 16. c.

Io.14.b. ſpiritus almi donum apoſtolis à Chriſto promiſſum,
Io.16.b ut cum eis in æternum maneret, omnem que doceret ve
ritatem ſpirituali ſaluti neceſſariam: publica ipſorum in
ſtitutio fidelibus propoſita, velut quæ in ſacras literas cũ
actorum, tum epiſtolarum relata eſt, divina ſpiritus ſan
cti autoritate ſancita conſtat. Immo verò & ex illa Ser-
vatoris pollicitatione Theologi rectè colligunt apoſto-
los poſt almi ſpiritus adventum in gratia fuiſſe cõfirma
tos, quam nunquam per letale peccatum amiſerint, quã
levior veniabilis culpa non aufert, qualis forte in cauta
Gal.2.c. Petri aſsimulatio fuit. Quandoquidem propheticus in-
Su.li.1.c. fluxus non iugiter, ſicut gratiæ habitus adeſt, quæ men
11. Io.14.c. tem numini acceptam reddens Patris & filij & ſpiritus
v.23. ſancti manſionem efficit. Tametſi apoſtoli è divina de-
putatione officio prophetico poſt effuſum almum ſpiri-
tum non ſolum potiebantur, verùm & eius illuſtratio-
ne præſenti, quoties vel ex temporalem haberi ſermonẽ
religionis cauſa ſubitò poſcebat, ob peculiarẽ etiã Chri
Mat.10.c. ſti promiſsionem non ſemel repetitam eiſdem inquien
Lu 12.b. 21.c. tis: Cùm autem inducent vos in ſynogogas, & ad magi
Mar.13.b. ſtrat⁹, & poteſtates, nolite ſoliciti eſſe, qualiter, aut quid
reſpondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim ſanctus do
cebit vos in ipſa hora, quid oporteat vos dicere. Nihilo-
minus hinc non habetur apoſtolos ubique ac ſemper ꝓ
phetica impreſsione tactos, quod minimè opus fuit, ni-
hil ve oblivisci poſse, ut ubi veſtẽ, aliud ve repoſuiſſent;
Act.12.b. aut quidpiam ignorare, qùm Petrus incedens neſcierit,
eſſet ne viſio, an geſta res ſui liberatio per angelũ facta.
Quòd ſi in repentinis concionibus paracletus apoſtolo
rum ora moderabatur, quid cenſendum eſt de his, quæ
ab ipſis tradita ſacræ ſcripturæ concredita curante numi

ne ad æternam fidelium memoriam ſervata ſunt? Deni
que non tantùm divini teſtimonij autoritatem ſortita
duci debent, quæ ſacris referentibus literis à notatis va-
tum functione fungi prolata ſubijciuntur, velut Debo- Iudic. 4.a. 5.
ræ prophetidis canticum; verùm etiam quæ prophetan-
tes non à malo ſpiritu acti, ut quæ Zacharias, in ſuper et Lu. 1. g.
pontifex Caiphas, quæque ſpiritu ſancto superveniente Ioa. 11. g.
aut movente impulſi pronunciaſse narrantur, uti quę Si Luc. 2. d. v. 25-26. 27
meon iuſtus, & amplius quæ ſuprema Virgo mater ceci Lu. 1. d. v. 35. c.
nerunt. Siquidem & Balaam perverſum hariolum, qui
poſtea nequitiæ ſuæ pœnas interfectus luit, irrueute in Nu. 31. b.
ſe ſpiritu dei verba etiam ponentis in ore ipſius divinũ Nu. 24. a. c. 25. a. &c.
vaticinium protuliſse nõ dubium eſt. Aliôqui quę à pra
vis ac levibus dicta ſacri libri pdunt, talia exiſtimari con
ſentaneum eſt, quòd iuxta dominicam ſententiam, ex a Mat. 12. v. 34.
bundantia cordis os loqui ſoleat; niſi aliũde potiora, ſeu
veritate cogente extorta probentur; qualia fuiſse ab im-
pijs gementibus in inferno prolata Sapientia pandit. Sap. 5. e.
Quo circa ſimiles inductę perſonæ loquentes in ſancta
ſcriptura minus laboris offerunt, quarum ut quandoq;
verba vera eſſe queunt, ita ſępius haberi falſa commeren
tur. Illa plus ſudoris afferunt, quę à viris reverẽtia dignis
promuntur, pręſertim dei ſpiritu interdum prędititis, in
terdum in crimina lapſis, quę ut pleiunque ad veritatis
ac iuſtitię normã velle dirigere, decorum ſit, perpetim
tamen ac neceſſariò niti durum, & nonnunquam ſan-
ctarum literarum aſsertioni adverſum fuerit: velut ami
corum Iob cuncta eloquia defendere conari, quæ deus Iob. 42. b.
nõ prorſus recta fuiſſe aſſeveravit. Ne quo autem pacto
relata dicta, quorum non è veſtigio certa patet autori-
tas, negligantur immeritò, vel arguantur: circunſpici-
en

enda latè divina biblia ſunt, ut diſpiciatur, ſint ne illa loco alio ſolidæ autoritatis citata, & aſserta, ſententia ve aſſimili ſancita. His in genere ſtatutis, ad ſpecialia deſcendi poteſt.

### 10. C. *Peculiaris inductorum exploratio in pentatheuco.*

CVm itaque quę in univerſum exponenda erant, pr miſsa ſint, iam per ſacra biblia ſingilatim percurrendum eſt; ut peculiariter de inductarum perſonarum autoritate iudciũ ferre queamus Ac initio in Geneſi titulus alius Hebraicè nõ eſt, quam bereſith, hoc eſt in principio, unde liber *Geneſis.*
ſumit exordium, quòd Hebręis in uſu ſit libros à quib⁹ vocibus cœpti ſint, denominare: Geneſis Gręce vocatur quòd in hoc omnium ortus tẽpore ſupputato deſigna-
Gen. 2. d tus narretur. Hîc inducti Adam loquentis de formata
Mat. 19. a. viragine verba, dei ſpiritu prolata fuiſse Servator oſtendit, ea ſicut opera, univerſorum autori tribuens. Et meritò Adam prophetico munere donatus pręſertim antequam peccaret, exiſtimandus eſt, qui gloriam adeptus
Eccli. 49. fi. eſt ſuper omnem animam in origine teſte ſapiente Ieſu,
Sap. 10. a. qui & per divinam ſapientiam delicto eductus primus fuit iuſtitię pręconum, quorum octavum Noe prin-
2. Pe. 2. a. v. 5. ceps apoſtolorum recenſuit. Intellixit quippe alios ſex interiectos qui continenti ſucceſsione iuſtitiam prę-
Gen. 4. a. Mat. 23. d v. 35. dicaſſent, Abel, quem acceptum deus reſpexerat, iu-
Heb. 11. a. ſtum que Chriſtus, & apoſtolus tradiderunt; Seth
Eccli. 40. fi apud homines gloriam nactum iuxta Eccleſiaſticum; Enos qui cœpit amplius cultu dei promoto concetis

tis

ptis precibus invocare per nomen Iehovah, quod a- Gen. 4. fi. pr
via illius Eva expreſsiſſe prima legitur: Henoch vatem Iud. c. v. 14.
deo placitum, ne videret mortem tranſlatum in paradi- Heb. 11. a.
ſum, à terra receptum: & filium eius Mathuſalā patris Eccli. 44. e. 49. d.
meritò eximium iuſtitia virum, ęvo cunctos ſupergreſ- Gen. 5. d.
ſum, ab Hebręis magno in pretio habitum, ut Ephipha li. 1. pan. to. 1. ſec. 18
nius prodit: atque Lamech, qui iuxta eundem propheti li. 1. to. 2. ſecta. 30,
co ſpiritu pręditus ſecundùm etiam ſacras literas filium
vocavit Noe prædicens per eum ſolamine reficiendos Gen. 5. d.
mortales à laborioſis terræ operibus, cui Iehovah ma-
ledixiſſet. Cæterorũ verba Cain fratricidæ, & Lamech a- Ge. 4. b. d.
lius filij ab nepotis eius, nõ eſt, cur nobis negotium faceſ
ſant, immo dicta Cain deſperationem damnabilem ſo-
nant. At Noe vir iuſtus atque perfect⁹ cum deo incedẽs, Gen. 6. b.
ut hîc habetur, & apud Syrachidem, ſpes orbis terrarũ Eccli. 44. c
diluvij tempore iuxta Sapientiam, hæres iuſtitiæ, ac præ Sap. 14. a. 10. a.
co ſecundum apoſtolum, & apoſtolorum coryphæum, Heb. 11. b 2. Pe. 2. a.
prophetice loqui cenſendus eſt, poſteritatem impij Chã
execratus, & fauſta precatus pijs liberis, ac Iehovah deũ Gen. 9. d.
religioſi Sem teſtatus, gloriam proinde apud homines Eccli. 49. fi
atteſtante Syrachide ſortiti: quam utique prænunciatio
nem certiſsimam exhibuit poſterorum diſcretus even-
tus. Dein verbis ſuperborum Babelis, & Pharaonis præ Gen. 11. a. 12, fi.
termiſsis, ad Abraham veniam⁹, cui gloria ſimilem nõ
eſſe inventum Syrachides ait, quem deus prophetam eſ Eccli. 44. c
ſe regi Abimelech aſſeruit, cum quo & frequenter nu- Ge. 20. b.
mẽ colloquia miſcuit. Itaque iuxta monita in ſuperiori Su. c. 10.
bus, dicta eius inſtitutioni fideliũ in ſacris literis ꝓpoſita li. eodem.
certa veritate cõſtãtia oportet haberi, niſi ubi correcta cõ
periãtur. Sic non è prophetico inſtinctu profecta indica
ri queunt verba illa, quibus Abram quaſi ſubdiffidens

dixit

Gen. 15. a dixit, ſe liberis cariturũ, & vernam Eliezer ſuũ hæredem
Gen. 12. b. fore: quum iam non ſemel divinum oraculum poſterita
13. d. tem ei numoroſiſsimam ſpopondiſset, & correctio ſecu
Ge. 15. a. b ta ſit, deo ex templo reddẽte, Non erit hic hęres tuus, ſed qui egredietur de utero tuo; ac deinde ſubijciatur; Cre-
Ro. 4. c. d. didit Abram domino, & reputatum eſt illi ad iuſtitiã.

Quòd verò poſt fidei collaudatæ teſtimonium ubi deus dixiſſet, ſe eſſe Iehovah, qui Abram de Vr Chaldęorum eduxiſſet, ut ei regionem Chanãitidem daret, ſubditur Abram locutum, Dominator Iehovah, in quo ſciam, quòd hæreditate poſseſsurus ſum eam? nõ aliud innuit quàm Abram conſuluiſſe numẽ, quo pacto dignaretur ſe certiorem facere, quem admodum poſteri ſui forent in promiſsæ terræ poſſeſsionẽ devẽturi. Id quod de⁹ reſpondens per ſacrificium iuſtum, & oblatum exhibuit.
Ge. 17. c. Similiter cùm deo per viſionem cõſpecto, ſe que omnipotentem, ſufficientem ve ferente, Abraham gaudio ri-
Vi. Aug. q in Ge. q. 36 dens dixit, Putas ne centenario naſcetur filius, & Sara nonagenenaria pariet? corroboratus eſt deo reſponden te, Verè Saram uxorem ei filium pariturã. Atqui quòd
Ge. 22. b. immolaturus filium famulis dixit, ſe ac puerum ad eos reverſurum, non falſo animo, ſed præſagiente protulit,
Heb. 11. d iuxta mentem Apoſtoli, arbitrans, quod & à mortuis
Ge. 14. a. c. 20. 21. c. ipſium ſuſcitare potens deus eſſet. De verbis aliorum, ut
Ge. 16. d. 21. b. Beræ, Abimelech, Agar, non aliter curãdum eſt, atque
Ge. 19. f. g prout hiſtoriæ ratio poſcat, immo nec filiarum Lot, nec
Gen. 18. b. etiam Saræ, quam deus mentitam coarguit. Amplius
Gen. 24. b c. d. e. f. pendenda ſunt verba fidelis famuli Abrahæ, qui meritò ac diſciplina heri Iehovah deum appellans vaticino inſtinctu deſtinatam Iſaac ſervo dei uxorem exploravit, ac notitiam Iehovah renouatam Labam, & Bathueli ex-

expreſsit. Reſtant verba Melchiſedek ſummi ſacerdotis dei tempore illo, quæ ipſa per ſe ſublimia, tum dignitate dicentis prælata, quam Apoſtolus inculmine typorum Chriſti ſtatuit, autoritate divina fulciri accipienda ſunt: & verba Lot iuſti, quę partim ex turbatione animi prolata ducuntur, ubi præſertim ſtupro filias obtulit, de quo diſceptare maioris otij eſt. Deinceps Iſaac patriarcha ſequitur, qui ſecundum apoſtolum, fide & de futuris benedixit Iacob, & Eſau, Vbi Paulus fidem deſignat, qualem Abrahæ præſignarat, de futuris dei revelatione præmonſtratis ob eius autoritatem, conceptam ſtabilem præfidentiam iuxta ea, que de fide in communi, capitis principio definierat. Cùm igitur Iſaac prophetiæ ſpiritu præditus ſit, ad eum modum eius verba ſummenda veniunt; qui Iehovah deum prædicans, etiam exteros Abimelech, Ochozath, Phicol eius appellati poteſtatē agonoſcere nō modò familiares fecit cit, & Rebecam; quam ſororem non eſt mentitus, iuxta priſcum loquendi uſum hodie que non omnino deſitum, qùm eius ſoror patruelis, patrui neptis fuerit. Difficilius eſt ipſam à mendacis ſimulationis conſilio, Iacob natum eius à mendacio defendere, qum fauſtam patris benedictionem præripuit. Sed quia cuncta ſuperiori dei conſilio gerebantur, qui dilexit Iacob, Eſau autem odio habuit, forte per tropum dicta omnia ſummenda ſunt ut in veritatem reducantur. Nec abſonum prorſus eſt aliquid putare labeculæ aſperſum ex humana imbecillate fuiſſe: qùm Iacobo nondum ſe autor eſſe revelaſſet Iehovah de

Gen. 14. d
Heb. 7. a.
2. Petri. 2. b
Gen. 19. d b.
Ge. 27. 25
Heb. 11. ad
vi. ſu. li. 1. c. 13.
Gen. 27. d 26. e.
Ge. 17. a
Ge. 22. f
Gen. 27.
Ro 9. c. Mala. 1. a
Ge. 28. c. d

deum Abrahæ, & Iſaac, ubi Iacob è vigilans Iehovah, preſentem faſſus ipſum ſibi deum fore peculiari cultu, ac decumarum oblatione pollicitus eſt, agnoſcens ipſum patribus revelatum non aliud numen extare, quàm cui moderanti cœlum & univerſa obtemperarent. Poſt modum verò cuncta digna tanto viro ſnnt, qui delectus eſt uti ternarium numerum pien-
Exo 5.c. Heb.11.c. tiſsimorum perficeret, quorum peculiariter deus, vocari trinum numẽ, dignum ac decorum duceret. Potiſsi
He.11.e. mùm autem Iſrael ſecundum apoſtolum moriens fi-
Ge.48. de prophetica de futuris ſingulis filiorum Ioſeph benedixit: in eandem que vaticinij fidem conſequen-
Gen.49. tes duodecim ipſius mox morituri filiorum benedictiones referendæ ſunt, maximè cum ipſe ita ordiatur: Congregamini, ut annuntiem quæ ventura ſunt vobis in diebus noviſsimis, & ſacer ſcriptor ea concludens aſserat, Hęc locutus eſt eis pater ſuus, benedixit què ſigulis benedictionibus proprijs, quæ ſanè verè ut prænuntiatæ ſunt, eventurę ad quenque
Ge.29.f. g.h. pertinerent. At verba Liæ ac Rachielis, niſi quòd aliquando fœmineam invidentiam produnt, rectè ſumi
Gen.30.d queunt, in quibus & Iehovah deum agnitum è diſciplina viri animadvertas. Verùm patris earum
Ge.31.e.g Labam etiam idola legimus: cuius verbis qùm ſcriptor ſubdidiſset, Et idcirco appellatum eſt nomen eius Galaad, noſter interpres appoſuit, id eſt tumulus teſtis, ſimileſque explicationes non minus quam tota traductio ad contextus veritatem ſpectant. Idem enim exempla gratia hîc eſt quod retulimus, ac ſi prĕter interpoſitam Hebraicam vocem diceretur, Idcirco appellatum eſt nomen eius Tumulus teſtis.

Quãquã nominium ꝓpriorum expoſitio, niſi diſcretio adhibeatur, non rarò confuſionem parit, ſicut in parali pomenis non parvo diſpendio, de quo Hieronymus co queritur, experimur. prol. 2. paralip. Porrò de verbis filiorum decem Ia cob non eſt, cur nimium ſoliciti eſſe debeamus, quorum primogeniti Ruben in patrem, in Ioſeph cæterorum ſce leratum facinus præter alia ſacrę literę tradunt, ſicut & poſt reſipiſcentiã picta ē qua ſe faſsi fuere dei Iſraelis ſer vos; non tacent. Gen. 35. d Gen. 37. Gen. 42. [illegible] 44. [illegible] 50. c. Denique Ioſephi dicta obſeruatiõne di- gna ſunt, quem eccleſiaſticus mirè laudat, cuius innocẽ centiam, prophetiam, prudentiam, benignitatem Gene ſeos hiſtoria prædicat, quem & Apoſtolus aſſerit futuro rum prophetica fide morientem de profectione filiorũ Iſrael cõmemoraviſſe, ac de oſsibus ſuis mandaſſe. Eccli. 49. d. Gen. 37. 39 40. [illegible] c. Heb. 11. c. Gen. 50 [illegible] Ac prophetica eius verba conſtare certiſsima veritate patẽt, & rẹliqua fuiſſe ad veritatis amuſsim directa, præter quam ubi fratres ad criminis agniti pœnitentiam artifi cio mirabili deduxit. Ibi nãque ambigua nonnullis ver ba ſunt: Per ſalutem Pharaonis exploratores eſtis, ut vi deatis infirmiora terræ, veniſtis. Gen. 42. c. b. Et quę diſpenſatori Io ſeph dicere imperavit; Scyphus, quẽ furati eſtis, ipſe eſt, in quo bibit dominus meus, & in quo augurari ſolet: et quæ inferius ipſe ait, An ignoratis, quod non ſit ſimilis mei in augurandi ſciẽtia? Ge. 44. [illegible] Quæ rogitatio vim aſſevera- tionis habet, ut ſacris libris uſitatiſsimum eſt. In quibus ſicut in alijs, erotima ſumitur non modo ſimplex ſciſci- tandi cauſa, quæ ignota ſint, aut quę ab alio prolata fore oporteat, ſed etiam figuratum inſtandi gratia, extorquẽ di, auferendę diſsimulationis, aut invidiæ, aut miſeratio nis excitandę, aut indignationis, aut acrioris iuſſus, aut reprehenſionis, aut anxietatis ſignificandę, de quibus a-

pud

li.9.inſt. or.c.2. pud Fabium pręcepta, in ſacra ſcriptura paſsim exempla reperias. Sed ad obiecta redeamus. Non ſemper enuntiationes vim aſſertionis ſortiuntur, ſed interdum explorationis iuxta loquendi formam iudicibus preſertim ſolénem ex oblatis coniecturis non aliud, quam conſecutionem probabilem dialecticorum quoque more aſtruentibus: quod & apertè Ioſeph Ægypto præpoſitus deſignavit, Hoc eſt, inquiens, quod locutus ſum: Exploratores eſtis, & inferius, Alioquin per ſalutem pharahonis exploratores eſtis, &, Si pacifici eſtis. Iuramētum inſuper editum per vitam regiam conteſtationem innuit veritatis ac iuſtitię perpetuò viventis ac regnantis, per quam reges regnāt, & potentes decernūt iuſtitiam. Demum augurium pro divinatione generaliter ſumptum eſt, aut oneirocritarum peculiariter, prout eam tamen rectè ſecundùm propheticum lumē animus liber ac dominás in corpore per ſpecies inde hauſtas exercet, quod corpus per tropum aptè Ioſeph vas appellavit furto per fratres ſurreptum, qui ſe furtim ſublatum de terra Hebreorum dixerat. Succedit liber Exodi, ſeu exitus filiorū Iſrael de terra Ægypti, huic Leviticus de Levitis cultui phani peculiariter dicatis agens, huic Numeri, ubi numeratio Iſraelitarum deſcribitur, huic Deuteronomiō, quo ſecundò lex replicata continetur qui Hebraicè inſcribūtur, Vele ſemoth, Va icra, Va idaber, Ele ha-debarim, ideſt, & hæc nomina, & vocavit, & locutus eſt, Hæc verba, à quibus vocibus initia libri ducunt. Inductorum in his loquentium hominum potiſsima, divinaque adeo eſt Moſis autoritas præſtantiſsimi veterum vatum, niſi ubi reprehenſus invenitur, ut inferius dicetur. Huius viri mirandi prophetiam & fidem velut acceptiſ-

Margin notes: Gen. 42. c. d. — Prov. 8. b. — ſu. li. 1. c. 11. 4'3. — Gen. 40. d — Exodus. — Num. 12. b.

ſimi

ſimi famuli ipſe deus extulit: hunc eximijs laudi- Eccli. 45.a
bus Syrachides prędicat. Hunc Servator, & omnes Ioa. 5.g. Act. 7.
ferè ſacræ paginę commendant, qui & ab apoſtolis Heb. 11.
per Clementem legiſlator ſimul, ac pontifex, idem lib. 6. cōſt. ap. c. 19.
q; propheta, & rex fertur. Nam re vera cunctorum
autore inſtituente legem tulit, quę veterem rempubli-
cam erga divinum cultum, & publicam etiam gu-
bernationem ordinaret, utrobiquè primas tenens hîc
ſuprema regia poteſtate functus, illic pontificia, ſum-
mo ſacerdotij apice, quo non tantùm inferiorum ſacer
dotum obire munia quiret, ſed & ſacerdotes etiam ſum
mates creare, atque conſecrare. Tantus itaque prophe
ta cùm ob iam dictà, tum ob regulam ſuperius ſtatutam ſu. c. 9.
quòd in his quattuor libris vates de ſe tãquam de tertia
perſona etiam rectè loquente inducta conſcriptionem
cõdat, verba omnia, niſi ubi correcta ſunt, autoritate nu
minis comprobante vera edere cenſendus eſt. Carpſit
autem deus Moſem ad aquas contradictionis de incre- Nu. 20. k
dulitate, qua ſanè cum Aaron fratre ſubdiffuſus divinę
pollicitationis veritatem fore implendam ob rebellem
ingrati populi infidelitatem, hęſitabunda verba, nõ uti
iuſsus fuerat, conſtantia protulit. Succẽſuerat etiam de⁹ Exo. 4. h.
Moſi, quod nimis reſtitaret, divinam legationem verbis
pervicacibus ſubire recuſans. Facit autem quoſdam am
bigere, quòd inducat deum loquentem ſe eſſe Iehovah Exo. 6. a.
ac apparuiſſe Abrahę, Iſaac, & Iacob in deum omnipo-
tentem, ſive ſibi ſufficientem revelatum, at nomẽ ſuum
Iehovah non ipſis notum reddidiſse: qùm tamen ijs, &
multis alijs, quos enumeravimus, etiam exteris divinũ
nomen Iehovah agnitum Geneſeos hiſtoria ꝓdat, quæ
ab angelo etiam Agar Ægyptię prolatum refert. Nec Gen. 16. d
vide

videtur conſentaneum, ſi quis exiſtimet in Geneſi per
prolepſim Iehovah dei loco nominatum, quandoqui-
Exo. 3 b. c. dem non deerant nomina, el, & elohim illic ſæpè repe-
1. Ioa. 4. 2. tita, & Moſes præterea in prima dei viſione ꝓbans pru-
denter ſpiritum, numinis patribus revelati nomen pro
prium quaſi iam certum exploravit. Verum enim vero
deus ut prorſus confirmaret oſtenſionis ſuæ veritatem,
illic amplius proprij nominis rationem etiam reddidit
inquiens, Ero qui ero, & Ero miſit me ad vos, ubi He-
braice eſt ehie pro ero: deinde ſubdit, Iehovah deus pa-
trum veſtrorum. Aperit que planè ab eſſentia in termi-
na ęterna ſibi proprium nomen deduci, quæ ut fuit, erit
perpetim non fluens, non aliquid amittens, nec novi ac
quirens, nec ab alio ſumens, ac depēdens, ſed tota ſimul
duratione quoq; conſiſtens, quod erit, ſemper extans,
pari certitudine, atque quod iam eſt fuit que unâ com-
plectēs. Iehovah quippe coalitū apparet ex iehie, & ha-
vah, erit, fuitque Atque ſub hac explicatione Moſi deſi
Exo. 3. c. 16 a. gnata recte intelligi poteſt deum nomē ſuum Iehovah
patriarchis non indicaſſe. Aliorum introductorum di-
cta iam perſequamur. Verba obſtetricum deum timen-
Exo. 1. d. tium, non eſt cur vera eſſe nequierint, Hebræas peri-
tas ſine obſtrecticibus exteris partus procurare ſole-
re. Ne autem per ſingula quæque humilima ſuper-
vacaneè circumvectemur, hominum tantùm virtu-
te, pietate, prophetia, ſcientia ve inſignium ver-
ba deinceps expendemus cœteris prætermiſsis, quæ
vera ne, an falſa ſint, parum refert, niſi prout ſa-
Exo. 4. c. 18 c. cræ narrationis fides expoſcat. Iethro cognatus Mo-
Num. 11. c d. ſis inſigne conſilium ei dedit, quale deus in nume-
Deut. b. c.. ris comprobaſſe legitur, & in Deuteronomio Moſes
refert

refert: idem que candidiſsimè Iehovah deum magnum Exo. 18 b.
prę cunctis dijs agnoſcens eximijs laudib⁹, & ſacrificio
coluit: longè aliter quàm Pharao, & Ægyptij Iehovah Exo. 9. c.
deum inviti ſuo malo confeſsi ſunt. At Maria prophetiſ 10. b, 14. f Exo. 15. c.
ſa ſoror Aaron Iehovah deum poſt Moſem cantico eo-
dem cecinit: ſed adverſus mitiſsimum Moſem dei ſervũ Nu. c. 12.
inclytum oblucuta cum Aarone, reprehenſaque à deo
punita fuit, ſeptẽ diebus lepra percuſſà. Frater verò Mo-
ſis Aaron propheta eius à deo inſtitut⁹, qui numinis ſci- Exo 7. a.
ta per illum lata nuntiaret alijs, quem & deus ſæpe ſuo Lev. 11. 13
colloquio ſimul cum Moſe dignatus arcanorum ſuorũ 15. Nu. 16 d. 18. 19.
revelatione prophetici numeris participem fecit, & pri
mum Iſraelis pontificem per Moſem creavit: vir præſtã Exo. 40. b.
ſtiſsimus fuit, quem & Syrachides, & Sapientia mirifi- Eccli. 45. b.
cè commendant. Ideo que dicta eius magni pendenda Sap. 17. a.
ſunt ob id potiſsimum, quòd ea Moſes velut à ſe, atque
adeo numine profecta in ſacros libros retulit, niſi ubi re
prehenſus reperitur. Præter incredula quippe verba ob
aquas contradictionis, & murmurationem cum Maria
fuſam, cùm vitulum conflatilem fudiſset, fecit præconis Exo. 32. a. d.
voce ſolennitatem Iehovah proclamari: quo quanquam
impium vulgus in Iehouah cognitione utcunque reti-
nere annixus eſt, perperam cum vera religione mendacẽ
ſuperſtitionem commiſcuit: nec idoneam tanti piaculi
excuſationem Moſi prætendit: qua potiorem de negli-
gentia reddidit, qum filij eius Nadab, & Abiu igne ſacro
ſuccenſi fuere, ideoq; Moſes ſatisfactionem recepit, ſi-
cut in Levitico habetur. In libro autem numeri verba Lev. 10. f.
Caleb verbis Ioſue copulata deus indicavit profecta fuiſ Num. 13. d Nu. 14. b. d. e. 32. b.
ſe ab alio ſublimiori ſpiritu, quàm humano, quamque
rebelli detrahentium numini, quo plenè ipſum ſecutus
eſſet.

Ioſ.14. b.&c. eſſet. Taliaque verba eiuſdem habenda ſunt Ioſue com memoratis in prioribus relata, qui & Caleb benedixit, *Numer* quem divini obſequij & fortitudinis elogijs Syrachides Eccli.46.b c.a. una cum Ieſu ſucceſsore Moſis in prophetis celſius cele brato exornat. Hic nanque divinus vir dux fortiſsimus Ex.17.b.c & ſub Moſe, & poſt Moſem pietate in deum amplius e Ex.24.c 32.c. nituit, qui cum præceptore in monte quadraginta diebus, ac totidem noctibus manſit, qui & à tabernaculo teſtimonij, fœderis que divini nō recedebat, in quo etiam deus ſpiritum, nempe ſuum propheticum eſſe teſtatus Exo.33.b Num.27.d eſt. Quo circa dicta ipſius non modo in proprio libro, ſed etiam hic ſuſpicienda ſunt. Invenitur tamen à magi ſtro correctus, qum dixit pugnæ ululatum in caſtris audiri, qui potius canentium erat: & gravius ubi Eldad, & Exo.32.g. Medad prophetātes prohiberi ſuaderet, tale ab integer Nu.11.f.d b. rimo vate reſponſum excipiēs, Quid ęmularis prome? Quis tribuat, ut omnis populus prophetet, & dei eis do minus ſpititum ſuum? Quo ſynceriſsimo animo ſatis o ſtēdit nec ſe infideli mente populi carnib⁹ ſatiandi multitudinem numini obiecisſe, ſed ad exaggerandam divini muneris ac potentiæ magnitudinem: nec impatientia, ſed indignitate querelarum populi, ac deſiderio mo tum diſsolutionis corporalis, qua metam quietis ſtabi- Phil.1.d. lis in amicitia dei conſequeretur, prius dicta ingenuè ſe coram ipſo effudiſse. Deinde Moſes in hiſtoria inſerit narrationem Balaam divinatoris, qui ſcelestū cōſilium Nu.31.c. 24.c. ſuggeſsit, ut Iſrael per ſcortationem idola colens à deo a lienaretur, Is Iehovah veri dei notiam nactus, ac verbis Nu 22.b. c.d.23. identidem exprimēs, adeò ut & rex Balac ipſum nomē Nu.24.c 23.b.c. uſurparet: deo ponente verba in ore ipſius, divino que 24.a.c.d. ſpiritu irruēte quattuor exactiſsima vaticinia prompſit

parabolis aſſumptis; licet ſibi relictus innatam malitiā deo adverſam non exuerit, quam ei angelus dei exprobravit, cuius miniſterio numine operāte per os reſolutum aſellæ prolata verba in ipſum referenda ſunt. Demum verba Eleazari pōtificis, quæ deus præcepiſset Moſi, referentis, ab ipſo in ſacram ſcripturam relata, velut ꝓpria eius haberi par eſt. In fine de fœminarum hæreditate deficientibus maribus agitur, ac matrimonio cum viris propriæ tribus ineundo, ne tribuum ſortes minuerētur: vbi verſionem noſtram multi accuſant, quòd habeat: Omnes enim viri ducēt uxores de tribu & cognatione ſua: & cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipient: qùm tamen Hebraice habeatur, Quoniam vir quiſque filiorum Iſrael in hæreditate tribus patrum ſuorum adhęrebit; & omnis filia ſuccedens in hæreditatem ex tribub⁹ filiorū Iſrael, uni de familia tribus patris ſui ſit uxor. Sed immeritò carpitur vulgata editio, quę ſubdens, ut hæreditas permaneat in familijs, nec ſibi miſceantur tribus, eundem ſenſum exhibet, indicans ubi non eſſet cōfuſionis ſortium tribubus tributarum diſcrimē, coniugia libere fore. In deuteronomio poſt exordium inducitur Moſes rectè tanquam prima perſona loquens omnia ferè in libro contenta parili atque ſuperiora ut iā aperuimus, autoritate contexere, præter pauca, quæ uti libri conditor intexit, & calcem ab eius morte appoſitū Ioſue conſtructori aſcriptum. In his autem iam nihil eſt denuo monendum: niſi quòd in concordiam conciliandа ſunt quædam hîc de manſionibus Iſraelitarum notata cum traditis in numeris, ne diſcrepantia videantur quę illic ut ſcriptor, hic ut inductus concionator retulit. Non erit autem ab re, nec ſtudioſis ingratum fore

reor,

Nu. 31. Nu. 36. Nu. 27. Deuteronomiū

reor, ſi ut id breviter explicem, ſuccintè quadraginta du
Nu. 33. as manſiones ordine diſcripſero. Profecti ſunt filij Iſrael
altero phaſę die quintodecimo menſis primi de Rameſ
Exo. 12. g 1. b. ſe oppido Ægypti regi à ſe ſtructo, in Sochoth, ubi pri- 1
Exo. 13. d. mam manſionem conſtituerunt: inde ſecūdam in Ethā 2
Ex. 14. a. apud eremum ita etiam dictam: inde tertiam ad Phiha- 3
iroth ſitam è regione Beelſephon, ubi caſtra poſita ſunt
ante turrim ſeu magdalū ſuper mare rubrum: cuius
deinde lingua tranſmiſsa tribus diebus per ſolitudinem
Exo. 15. c. Ethan actis à deſerto Sur peculiariter dicto, quò egreſsi
è mari fuerant, uſque ad Mara, ibi quarta manſione caſ- 4
Exo. 15. d. trametati ſunt. Inde quintam ſtatuerunt in Helim, ubi 5
duodecim fontes, & palmę ſeptuaginta erant: Inde ſex 6
tam ſuper mare rubrum ſive Suph pro littore, quod à
tranſitu Iſraelitarum recta ferè in ortum procedit latus
promiſsę terrę meridianum proſequens, quem progreſ
ſum orientem verſus Iſraelitæ à dextra oram Erythręi
maris habentes ad Thahath uſque tenuerunt. Digreſsi
autem amplius à mari manſionem ſeptimam in deſerto 7
Exo. 16. a. Sin fixerunt, die quintodecimo menſis ſecundi poſt Æ
gyptū relictā. Tenditur vero Sin eremus inter Helim et
Sinai montē plures māſiones amplectens: in quarū pri-
more coturnicē primò & manna deus largitus eſt. Vnde
egreſsi māſione octava in Dephcha, inde nona in Hal' 8. 9
Exo. 17. a. inde decima in Rapidī quievere, ubi defuit aqua cœtui 10
ꝓ ea iurgato, unde ꝓpriè loc' Maſa, & Meriba, hoc eſt tē
tatio, & iurgiū vocat' eſt. Hîc è rupe Oreb adiacēte mō-
Exo. 18. ti Sinai aquas virga incuſsa Moſes divino iuſſu populo ex
ſatiādo elicuit. Inde primo die mēſis tertij ꝑducti ad latā
Exo. 19. a. mōtis Sinai ſolitudinē undecima illic māſione ꝺſedere, 11
Exo. 40. b. quoad anno ſcđo primi mēſis die primo tabernaculū ere

 ctum

ctum eſt,ac maxima parte lex lata, Leviticus que diſcri-
ptus,ac primo die mẽſis ſecundi cenſus actꝰ,cuius quar- Nu.c,1.
to decimo die paſcha celebrarunt,qui proprio die men- 9.a.b.
ſis primi decimo quarto ad id per agendum impuri fue
rant. Cæterùm ſecundi menſis viceſimo die vexillis ſu- Nu.10.b.g.
blatis de monte dei propter eremum Pharã multas mã-
ſiones amplexam comite Obab filio Raguelis ſoceri Mo
ſis Iſraelitæ ſecuti arcam fœderis ductricem itinere die
12 rum trium duodecima manſione conſtiterunt in loco Nu,11.a. b.g.f.fi.
dicto Thabera, & Kibroth-ha thavah, quæ vertuntur
incenſio, & ſepulchra concupiſcentia,quòd ibi fuerit in
murmurantes ignis dei accenſus, & rurſum coturnicibꝰ
per menſem oblatis avidi lue percuſsi ſint ibidem ſepul
ti: quo loci etiam propheticus ſpiritus ſuper ſeptuagin-
ta ſenes requievit. Inde ventum eſt in Aſeroth, ubi Ma-
13 ria lepra icta ſeptem diebus,manſione tredecima conſti Nu.12.a. d
terunt: unde progreſsi in deſerto Pharan in Rethma ca Nu.13.a.
14 ſtrametati fuerunt quartadecima mãſione, atque illinc
exploratores miſerunt Inde digreſsi manſione quinta-
15 decima tetenderunt papiliones in Remon-phares,inde
16 17 ſexta decima in Lebna,inde decima ſeptima in Reſa, in
18 19 de duodeviceſima in Keheletha, inde undeviceſima in
20 monte Sepher, inde viceſima in Harada, inde viceſima
21 22 prima in Mac heloth,inde viceſima ſecũda in Thahath
unde regreſsi veluti veſtigia relegentes inter prius iter, de xlii. manſion.
& Erythręum littus propter eandem ſolitudinem Pha
ran uſque ad Aſion-gaber iuxta Hieronymum pręten
ſam totidem quot in progreſsu ſub ipſamet eremo, mã
ſiones defixere. Cùm autem reverti cœperùnt Iſraelitæ,
pervenerant in confinia Cades iam è regione conſiſtẽtes
illinc in lęvam circum Idumeam aſcenſuri,ubi eos veſti- Nu,14.a

igijs

gijs lectis invenerunt exploratores poſt quadraginta di
es,nimirum principio quinti menſis præçoquę uvæ tẽ-
pore,poſtquam regionem promiſſam ambiẽtes luſtraſ
Nu.14.c. ſent,initio facto à deſerto Sin, Cadesque finibus.Pervẽ
Deu.1 c.d. f.g. tum certè uſque ad Cades Barne Moſes in deuterono-
nomio aſſerit,ſubditque per anacephalæoſin ut explo-
ratores miſſi fuiſſẽt, utque poſt ob pavidam vulgi in-
credulitatem ulterius ꝓgredi vetiti reverti per viam ru-
bri maris in deſertum Iſraelitæ iuſsi fuerint quaſiq; per ꝓ
lepſin præocupatione facta,quũ ſubijciat Iſraelitas apud
Cades diebus multis habitãtes ſediſſe. Eo loci geſta fuiſ
Nu.14 e.g. ſe deinde in numeris narrata exiſtimari oportet:ſedpoſt
incredulorum murmurationẽ ſtatim poſtridie primã
retro ſublapſam profectionem ſuſceptam iuſsio dei oſtẽ
dit locuti; Cras amouete caſtra, & revertimini in ſolitu
dinem per viam maris rubri:licet mane primo egreſsis
refractarijs in prelium ab Amalecita, & Chananæo fu-
Nu.33, gatis Horma uſque arca fœderis è medio caſtrorum nõ
receſserit.Verùm manſiones cum cæteris hoc ordine in
libro numeri recenſentur. Iſraelitæ ꝓfecti de Thahath
viceſima tertia manſione caſtrametati ſunt in Thare, in 23
de viceſima quarta in Methca,inde viceſima quinta in 24 25
Haſmona,quæ appoſita mari Erythræo ad Ægypti di-
tionem olim pertinuit illuc uſque mari traiecto exten-
Pſ.67. ſam iuxta illud Pſalmographi,Venient legati, ſivè Haſ
monij ex Ægypto: à qua diverſa eſt Aſmona propin-
qua torrenti Ægypti adiacenti littoribus magni maris
occidui,quę auſtralem promiſſæ provinciæ limitem oc
Nu.34.b. ciduoq; prope committens iuxta Moſis deſcriptionem,
Ioſ.15.a. d.vel e. poſtmodum ſub Ioſue in ſortem trib⁹ Iudæ cecidit. Ad
Nu 33. hęc de Haſmona egreſsi viceſima ſexta manſione Iſrae- 26
litæ ca

27 litę caſtra fixerunt in Moſeroth; inde viceſima ſeptima
28 in Bene-iacan; inde viceſima octava in mōte, ſive Hor-
29 gad gad: inde, nona & viceſima in Ietebatha terra aqua
rum, atque torrentium, ut in deuteronomio explicatur, Deu.10.b.
ſubdente illo tempore ſeparatam fuiſſe tribum Levi, ut
portaret arcam fœderis, & ſtaret coram domino, & mi-
niſtraret, quod in numeris poſt virgam Aaron florentē Nu.17.c.d Nu.18.
refertur. At qui ſtationum Gadgad & Ietebatha ordine
recto Moſes in deuteronomio meminit ſignificans in
Gad gad ventum ex Moſerah, atque adeo ex Beroth-be
ne-iacan: ſed ubi pręmittit caſtra mota ex Beroth bene-
iacan in Moſera, ubi Aaron mortuus ſit, poſterius tem
pus, atque iter deſignat iam quidem tunc præteritum,
ſed inferius ordine proprio exponendum. Præterea ex
Iete batha Iſraelitę profecti caſtrametati ſunt manſione Nu.33.
30. 31 triceſima in Hebrona, inde triceſima prima in Aſion-
gàber, ita montanis Seir Idumæis per multos dies lōgo
intervallo circundatis, ut Moſes in deuteronomio tra- Deu.2.a.
dit, qui ſubdit Iſraelitas reverſos via cāpeſtri ab Ælath,
& ab Aſion-gaber habitantes Idumæos pertranſiſſe.
Eſt autem Aſion-gaber iuxta Ælath ſita in littore rubri
maris in ora Idumeę, ubi Salomon claſsem inſtruxit, & 2.Pa.8.d. 3.Re.9.d.
Ioſaphat fregit. Hinc itaque rurſus ad ſolis exortum Iſ- 3.Re.22.g
raelitæ verſi tranſilientes itineris primi tranſverſam ſe-
mitam venerunt primo menſe anni quadrageſimi in de
ſertum Sin quod eſt Cades, ubi populus manſione trice
32 ſima ſecunda manſit. Attamen hanc profectionem die-
bus aliquot confectam accipi conſentaneum eſt. Vt e-
nim in ſuperioribus eſt viſum nonnunquam profectio
plurium dierum itinere conſtabat, & quanvis multi- Nu.9.d. 10.d.
tudo noctu interquieſceret, manſio non habebatur,

quoad

quo ad arca fœderis conſiſtentente erigeretur ſacrum tabernaculum, & caſtra figerentur. Quòd verò in Deu
Deu.1.a. ronomio indicatur, undecim dierum viam ex Oreb ſuper montem Seir uſque ad Cades-barne eſſe, vel huc reſpicit, à locis his finitimis Oreb uſque ad Cades undecim diebus perventum, vel ad undecim profectiones à Sinai cui Oreb adiacet, cœptas, & in Thahath terminatas ad confinia Cades, quæ licet pluribus diebus actæ ſint pro varijs turbæ impedimentis, undecim tamen diebus quibus peragi poſsent, cenſerentur. Ve-
Nu.20.a.b rùm apud Cades mortua Maria populo ſiti laboranti deus rurſus è caute aquas eduxit, ubi Moſes etiam offendiculum incurrit, & aquæ contradictionis ſeu Meriba, itidem ac priores ſimili de cauſa ob iurgium vulgi appellatæ fuere. Inde Moſes legationem ad regem Edom miſit, ea que reiecta, divertit ab eo in dextram ſanè ad montem Hor, ſive Har ſitum iuxta terminum terræ Edom, ibique Aaron in montis vertice vita functus eſt
Nu.33. anno quadregeſimo menſis quinti primo die, qui apud
Deu.10.b. Moſera dicitur in deuteronomio extinctus, ubi caſtra è Beroth-bene-iacan Iſraelitæ mota collocarant. Ex quo liquet ſtationem triceſimam ſecundam habi-
Num.20.c. tam propter Cades in extremis finibus Idumæorum contigiſse apud Beroth-bene-iacan, quo loci viceſima ſeptima caſtra fuerãt conſtituta, & ad montem hor in Moſera, vbi caſtra viceſima ſexta regredientium conſtiterant, manſione triceſima tertia 33
Nu.20.d. deſeſsum eſse triginta diebus Aarone defleto. Illic
Nu.21.a. Iſraelitæ vicerunt regem Adar voto concepto Horma ideſt anathematis, unde locus nomen traxit.

Indeque

34 In deque profecti ſecundum viam rubri maris triceſim
quarta manſione caſtrametati ſunt in Salmóna : inde
35 que triceſima quinta in Phunon, inde que triceſima ſex
36 ta in Oboth, poſt quam ab gnitis ſerpentibus erepti fu Nu.21.c.
erunt. Inde circundato Idum æ ambitu ad Aquilonem Deu.2.a.
37 deflectentes triceſima ſeptima manſione tentoria loca Nu.21.c.
runt in Ie habarim, eremo ad fines Moabitarum con-
tra orientalem orę promiſsę plagam. Inde progreſsi ca
38 ſtrametati ſunt octava & triceſima mãſione in Dibon-
gad ad torrentem Zared terminum Moabitarum, uſ-
que ad cuius tranſitum ex actos fuiſse annos triginta o-
cto ex eo tempore quò primùm à Cades-barne diſceſsũ
eſt, Deuteronomium àſserit, quam ſupputationem è ſu Deu 1.c.
perioribus agnoſcere perſpicuè licet. Inde tranſeũtes tor
39 rentem Arnon triceſima nona manſione tetendere in Deu.2.c.
Elmõ-deblathaim; unde è ſolitudine Cademoth miſsi
fuere nuncij patifici ad Seon regem Amoręum, quos il-
le repulit. Ante verò in numeris nonnulla loca recenſen Nu.21.e.f
tur, quę brevioribus ſtationibus, non iuſtis poſitorum
caſtrorum manſionibus Iſraelitę pertranſierunt. Beer
putueus, ſolitudo. Mathana, Nahaliel, Bamoth, Gai val
lis in regione Moab à vertice Phaſga contra facies Ieſi-
mon deſerti. Dein Seon profligatus eſt uſque Dibon, &
poſt eum Og rex Baſan. Tunc non legionibus modò e-
miſsis, ſed & univerſis caſtris motis Iſraelitę tentoria ſta
40 tuerunt manſione quadrageſima in monte Abarim cõ Nu.33.
41 tra Nabo: Inde quadrageſima prima manſione in cam Nu.22.
peſtribus occiduis Moab citra Iordanem è regione Ieri-
cho ad ortum promiſsæ regionis, ubi propter Iordanẽ
fluvium caſtramentati ſunt a Beth-ieſimoth uſque ad
Abel-ſatim. Hîc erant, qum adverſus eos Balaam accer- Nu.22.23.24.
ſitus

Nu.35.7 ſitus à Moabitarum rege venit, & in Satim morabātur, qum per Moabitidum, & Madiantidum ſcortationem
Nu.16.&c. multi Beel-phogor initiati ſunt. Hîc ſecundus cenſus actus, & nonnulla decreta ſtatuta, fuere, & ultio de Ma
Nu.31. dianitis et Balaam ſumpta; & provincia regum Seon, &
Nu.32. Og tribubus Ruben, & Gad, ac dimidiæ Manaſse diſtri
Nu.35.8 &c. buta, & reliqua in libro numeri narrata evenerunt: ſed
Deu.1.a. & relata in Deuteronomio à primo die undecimi menſis anni quadrageſimi deſcripra, & acta breui, quo ad
Deu.34. Moſes conſcenſo monte Nabo in vertice Phaſga collis
Deu.34.d ex adverſo Iericho diem obijt: quem Iſtael diebus trigin
Nu.27.d. Iol.3.4. ta luxit. Ac pro ipſo extitit dux Ioſue plenus ſpiritu ſapi
d.10.ſi.&c. entię, quia Moſes ei man' ſuas impoſuerat, qui traiecto Iordane caſtra in Galgalijs fixit quadrageſima ſecunda manſione terram promiſsam occupans, in typum ſum- 42
Mat.1. mi ducis Ieſu, qui tribus teſſèradecadibus progenierū
Mat.3. ad nos deſcendens per ſalutaris lavacri tranſitum electos
Pſ.26.114 in promiſsam viventium terram beatam inducit. Alijs prima manſio Rameſse conſtituitur, ultima, plana Moab: ſed cùm ſacræ literæ profectiones recenſeant, quarū termini manſiones ſint, expoſita commodior ſupputatio viſa eſt: quivis ut volet, numeret. Nūc enim iam ſuſceptum negotium proſequētes in ſuccedentibus ſacræ hiſtorię libris de inductarum perſonarum autoritate cō tinuemus examen, oportet.

## *11. C. Introductorum examem in ſacris libris hiſtoricis.*

DEinceps liber Ioſue prȩſcriptus inter indu- Ioſue.
ctos homines loquētes, de ipſo tanquàm tertia perſona etiam rectè loquente introducta ſæpe agens eandem, atque condenti ſcriptu-

ram, conciliat autoritatem ob regulam ſuperius propo- Su c. 9.
ſitam, tum etiam ob ſapientiæ propheticum ſpiritũ col Deu. 34
latum. E cæteris perſonis inductis Raab verba ſignificã Ioſ. 2. a. & d.
tia exploratores egreſſos abijſſe quò neſciret, difficile
eſt à mendacio excuſare: reliqua cum eis acta ubi Domi
num deum verum agnitum extulit, egregia ſunt, & ꝑ-
fecta ex ea fide, quam Apoſtolus cum operibus à Iacobo Heb. 11. f. Iac. 2. d.
etiam commendatis prædicat. Porrò fœdus principum
haud conſulto domino per ignorantiam cum Gabano- Ioſ. 9. c. d.
nitis initum ſub iureiurando, quòd ignotum eſſet illos
promiſſæ telluris partem occupare, à trãſgreſſione præ
cepti Moſi præſcripti ea de cauſa eximitur, eo maximè Deu. 20. d.
quòd Ioſue confœderationem icit, qui ut inferius refer- Ioſ. 11. c.
tur, non præterijt de univerſis mandatis ne unum qui- Ioſ. 14. b. & c. 15. d.
dem verbum, quod iuſſerat dominus Moyſi. De verbis
autem Caleb fortis iuxta ac pij antea diximus. Teſtimo Su. c. 10
nium verò tribuum Ruben, Gad, ac dimidię Manaſſe, Ioſ. 22. g.
quòd Dominus ipſe ſit deus ab ijs proclamatus bis for-
tiſſimus deus dominus, ſive deus, dij, Iehovah, à pſalmo Pſ. 49.
grapho comprobatum eſt, & Phinee, cui deus ob zelatũ Nu. 25.
ſuum honorem acceptiſſimo pontificatum patris Elea-
zari pollicitus fuerat, per quem & poſterius oraculum
*Iudicum lib.* reddidit, ut refertur in ſuccedente Iudicum inſcripto li- Iudic. 20. d. 21. 15.
bro ſub narratione deletæ ferè tribus Beniamin ob uxo
rem Leuitæ violatam, cuiꝰ hoſpiti ſimilis atque Lot per Gen. 19.
turbatio accidit. At ea hiſtòria incidit in interregnũ ſe-
cutum à Ioſue deceſſione, ubi pariter dux belli Iudas, tri Iudic. 1. & 20. c.
bus ponitur: in quod etiam interregnum, qũm non eſ-
ſet rex in Iſrael, paulo ante Beniamineorũ caſum referri
poteſt Danitarum eorum qui Michę idolum rapuerant Iudic. 17. 18.
ſibi colendum, profectio, & expugnatio Laiſę, quam ex
tructã

Ioſ.19.d. tructam Dan vocarunt. Sed qum apud Ioſue habeatur
Leſem a Danitis expugnatam, appellatam que Leſem
Dan, eadem que de re agi appareat, ſub finem vitæ Ioſue
reponi queat, qui ex æquo & bono Iſraelitis cōſulēs dux,
non regio terrore imperans rex erat. Conſentaneum ta
men eſt idololatriā illorum ad Ioſue notitiam palā non
Deu.29.c. perveniſſe, qui tātum piaculū zelo divini honoris haud
impunitum reliquiſſet. Nihilo ſecius haud inſcius erat
Heb.12.d ſanctiſſimus ſenex radicem amaritudinis inter vulgus
Ioſ.24.f.d germinare, quo circa iam exceſſurus dicebat convocatis
Iſraelitis; Nūc ergo auferte deos alienos de medio veſtri,
qualibus patres ipſorum ſerviſſe in Ægypto, & prius
Ioſ 14.c.d in Meſopotamia dixerat. Nonnulla itidem alia apud Io
Ioſ.24.g. Iudic.b.c.d 2.b. ſue relata, per anacephalęoſim ad principia libri Iudicū,
ut res geſtę Caleb, & mors Ioſue ubi populum dimiſiſ
ſet repetuntur. Verùm inductorū hominum loquentiū
è numero pręcipua iudicū autoritas effulget, quos ſum
Eccli.46.c Heb.11.f. h. matim Eccleſiaſticus, nominatim Apoſtolus ob fidem
laudat exprimens Gedeon, Barac, Samſon, Iepthe fidei
teſtimonio probatos; de quibus ſingulatim tractandum
Iudic.6.b eſt, nam verborum prophetę cuiuſdam à domino miſſi
Iudic.45. & prophetidis Deborę mentio tantū toto libro fit. Fuiſ
ſe quidē deo acceptos judices Iſraelis ac rectores ſacræ li
Iud.2.c. terę indicāt dicētes eos à numine excitatos quorū in die
bꝰ miſericordia flecteret. Iccirco dicta, factaqꝫ ipſorū floc
Iud.3.b. ci facieda nō ſunt. Othoniel filiꝰ Cenez frater Calebi mi
nor, in quo fuit ſpiritꝰ dn̄i, eiꝰ inſtinctu ſuſcitatus Iſraelē
à regis Meſopotamię tyrannide ſervavit; Aod Ieminiꝰ
Iud.3.c.d. ambidexter à regis Moab ſervitute, cuius verba vera,
nēpe ſe habere ſecretū à deo, et Moab traditū à dn̄o in ma
Iud.3.f.5 a. nꝰ Iſraelis eſſe, evētꝰ cō̄pbavit; Sāgar à Paleſtinis per De

boram quoque prophetidem celebratus, ac Deborę du Iud. 3. fi. 5. a.
ctu Barac à Iabin regis Chanaan oppreſsione, qui ſi- Iudicū. 4.
mul cum prophetiſsa, epinicion ampliſsimum cecinit. Iudic. 5.
Ibi benedicta inter mulieres Iael vxor Haber Cinæi prę Iud. 5. d.
dicatˀ animi egregij ergô, quod Siſarę duces ethnici ſo- Iud. 4. c. d
porem leto ſociarit temporibus traiectis: non tamen cū
cta eius verba probantur, quæ dicens Siſaræ, intra ne ti-
meas, fallaciam prętexuit ſecuritatem pollicita, quā ne-
quaquam obſervavit. Gedeon autem Ierobaal quoque
vocatˀ, quem dominus reſpicere, ac ſæpe alloqui, ſignis Iud. 6. 7.
que confirmare dignatus ſuo ſpiritu induit, à Madiani-
tis Iſraelem inſigni victoria parta eripuit, dignus que fu
it, cuius acta dictaque velut è tali origine profecta ſuſpi-
ciantur, præterquám ubi poſtulavit inaures, ex eis que Ind. 8. f. g.
in civitate ſua paravit ephod, in quo Iſrael ſuperſtitio-
ne adverſus deum fornicatus eſt, quod negotium ſancta
ſcriptura reprehendens, dicit domui eius in ruinam
verſum eſſe. Ipſam que explicans refert Abi melech filiū
eius iugulatis fratribus ſeptuaginta regiam tyrannidē Iud. 9. c.
ſuper Iſrael tribus annis arripuiſſe, quoad malè perierit, Iud. 9. g.
cuius proinde verba, & aliorum factioſorum ex eo capi
te non maiore pretio haberi merentur. At dicta Ioathā Iud. 9. b.
fratris minimi devoventis ingratos ſcriptura ſacra dicēs Iud. 9. fi.
ea execratione illos comprehenſos ſignificat altiori è ſpi
ritu ducta. Cæterùm ſomnium prius à Madianita narra Ind. 7. d. e
tum, interpretatū à ſocio, numinis inſtinctu fuiſſe obla-
tum Gedeoni præcedente dei promiſsione conſtat. Po-
ſtea tutatus eſt Iſraelem Thola, dein Iair, poſtmodum Ind. 10. a. b 11. a. c. f.
Iephte, cuius priora dicta hiſtorię veritate approbantur;
at votum conceptum, & conſecuta ſacto ſuper ipſum
ſpiritu domini, ex ea parte nō niſi vera, rectaque eſſe po
tuerunt

potuerunt. Aliunde tamen error provenire potuit in ſo lutione voti, quod ſanè ad verę religionis normam redu cendum erat. Non enim quodvis animal in ſacrificium numini offerri lege licebat, ſed tantum è volucribus columbas, ac turtures, è quadrupedibus boves, caprilum que pecus, & ovilum, lubricis piſcibus omnino reiectis:
Exo.13.b. uſque adeo, ut cùm omne primogenitum maſculum ſi bi deus immolandum offerri pręceperit, ove mutari iuſ
Exo.34. ſerit primogenitum iumenti, aliôqui in pœnam non ſo luto ſaltem pretio interficiendum: & liberorum primo
Nu.3.g. genitum quinque ſiclis redimendum, inſtituerit. Prohibuit etiam humanas victimas ſibi offerri veluti dete-
Deu.12.d. ſtabiles ita de diſperdendis ethnicis Iſraeli dicens: Non facies ſimiliter domino deo tuo. Omnes enim abomina tiones quas averſatur dominus, fecerunt dijs ſuis; offerẽ tes filios & filias, & comburentes igni. De ijs quoque
Lev.27.a d.b. quæ voto promitterentur, ita cavit: Homo qui votum fecerit, & ſpoponderit deo animam ſuam, ſub æſtimatione dabit pretium, &, animal quod immolari poteſt domino, ſi quis voverit domino, ſanctum erit, & mutari non poterit, utque inferius ait, non redimetur, ſed morietur, & animal immundum; quod immolari domino non poteſt; ſi quis voverit, adducetur ante ſacerdotẽ, qui diiudicans utrum bonum, an malum ſit, ſtatuet pretium, quòd ſi dare voluerit, is qui offert, addet ſuper ęſtimationem quintam partem: nimirum ut ipſe retineat, nec alij vendatur. Cùm igitur ad hãc regulam Iephte votum redigi legitimum fuerit, ſi pręter hoſtiam triumphalem pręmittendam, primus ei obviam è domo ſua occurriſset gallus, vel anas, cercopithecus, felis, canis, equus, cervus ve domi manſuetus, ut filia occurrit: nil po

teſt

teſt labis in ſpiritum domini reijci, ſi quid perperam in ſolvendo voto admiſsum eſt. Verùm ſi quid erratum eſt à viris, quos in ſanctorum catalogum Apoſtolus, ſacra ve alibi ſcriptura retulit, correcum per penitentiam fuiſſe céſeri oportet. Poſt Iephte vindex Iſraelis fuit Abeſan Beth-lehemites, mox Elon Zabulonites, deinde Abdõ, ac demum Sampſon, cui dominus fauſtè benedicens ſpiritum ſuum qui cum eo verſaretur, cõmunicavit, à quo nec falſum quidpiam, nec pravum prodijt, quod tamen aliunde aſciſci propria matilia-quiret. Omiſsis quippe parentum verbis angelico colloquio dignatorum, quæ vero conſentientia planè Auguſtinus oſtendit: Samſonis verba illa, quibus ter Dalilam deceptam luſit, falſa videntur, niſi per ænigma, tropum ve alium ſimul aliò, ut ad reſponſum quartò redditum referantur. Sed leviorum cura fortè ſupervacanea eſt, qùm is graui' deliquerit infideli aperiens fortitudinis arcanum haud matrimonio ſociatus, ad aliam prius meretricem ingreſsus, nã quòd ethnicæ uxori pręter legis latę pręſcriptũ copulatus fuerit, ſacra ſcriptura tanquam autore concedẽte defendit, inquiens, Parentes eius neſciebant, quòd res à domino fieret: à quo pręterea vitę domino invocato reſtitutum robur Samſoni ad impios ſecum opprimendos ipſum à proprię necis culpa exemit. Ruth liber pietatem Booz, benignitatẽ, continentiam, ęquitatem proponens teſtimonia eius autoritate cumulavit, unde qũ is dixerit Ruth, Plenam mercedem recipias à domino deo Iſrael, ad quem veniſti, & ſub cuius confugiſti alas, Et alibi, Scit omnis populus qui habitat intra portas urbis meæ, mulierem te eſſe virtutis: eloquia illius confirmavit, quę Noemi ſocrus deum verum ſecuta in Chriſti gene

Iud. 12. c. d

Iud. 13, fi.

9. vet. teſt. li. 7. Iudic q. 50. &c.

Iud. 16. b. c. d. a.

Deu. 7. a. b

Iud. 14. a. 16. g.

S u. c. a.

Ruth.

Ruth. 2. c.

Ruth. 3. c.

Ruth. 1. c.

Mat.1. ti genealogiã inſeri meruit. Hîc inductorum verba faci
Ruth.4.b lè in veri ac boni lineas concedunt, præter propinqui re
Deu.25.b cuſationem à legis ordine deflexam; pręcipua ſunt dicta
Ruth.2.a. Ruth, & Booz, à quo ſalutationem, Dominus vobiſcũ,
1.Reg.3.ſi ecclesia cœpit. Samuelis liber in ſcriptus, qui fidelis do- *Samuel, I.lib.regũ*
mini propheta ſacro teſtimonio, multiſque encomijs ce
lebratur, parem ipſius inducti rectè loquẽtis, atque ſcri-
bentis autoritatem, nempe divinã utraque de cauſa iux
ta ſæpius explicata exhibet, eo amplius quòd nuſquam
reprehenſus invenitur. Nec enim filiorum iniuſtitiam
1.Re.8.a.&c noviſse habetur, quoad accuſante populo reſciens, non
regem, ſed iudices æquos conſtituere paratus, improbi-
tate vulgi adactus deo permittente regem inſtitui aſsen
Deu.12.b. ſus eſt. Rurſus quòd munia ſacerdotalia exercuerit præ-
Nu.18.a. 1.Re.7.e. ter legis inſtitutum extra tabernaculi fœderis locum ſa-
9.b.16.b. 1.Pa.6.c. crificans, è Core, non è familia ſacerdotali originem tra
hens, extra noxam fuit; qùm ea prophetico ſpiritu du-
1.Re.16.a ctus geſserit autore religionis ac naturæ univerſæ utiq;
ſuggerente, ac iubente, qui holocauſta eius litantia ſibi
1.Re.7.c. acceptiſsima ſignis mirandis oſtendit. Inductorum au-
tem hominum aliorum loquentium primo offeruntur
parentes eius, quorum dicta ſanè tanquam ad ſe pertinẽ
tia vates proponens in conſcriptione propria compro-
bavit itidem principis autoris autoritate atteſtãte iuxta
Su.c.9. ſuperius tradita: quam rationem eccleſia ſecuta canticũ
Annæ veluti propheticum amplexa identidem in preci
bus recinit. Verba Heli pontificis priora inſimulantis
1.Re.1.c. Annam ebrietatis ab ipſa modeſtiſsimè correcta ſunt,
poſteriora quibus filios autoritate pontificia reprehen-
dit, egregiam de deo ſententiam proferũt, & inſtinctu i
prophetico, antiſtites ſæpe oraculis reddendis impellẽti

tri

tribui merentur, non minus quàm impij Caiphæ dicta. Ioa. 11. g.
Cætera quæ Heli rectè ſe habent, niſi quòd non verbis
modò, ſed etiam re liberos corripere iniquos iuſta coer- 1. Re. 3. c.
tione debuiſſe indicatur, eo que non præſcito iniquitatē
participaſſe arguitur domini reſponſo per Samuelē red
dito, ac prius per virum dei, qui planè iuxta ſanctæ ſcri- 1. Re. 2. f. g
pturæ modum loquendi propheta intelligitur. Cùm au
tem ſententiam domini contra ſe latam tam ſummiſsa 1. Re. 3. d.
tollerantia exceperit, & captæ arcę dei dolore in mortē 1. Re. 4. c. d
inciderit, ut & eius nurus parturiens, cū illa pertinere ad
electorū numerū cenſend⁹ eſt. Adhęc Palæſtinorū potio
ra verba domini dei confeſsionem metu ac ſupplicijs ex 1. Re. 4. b.
tortam ſonant: quibus aſsimilia Beth-ſamitarum fuere, 5 6, fi.
quanquam à fide profecta. Deinceps Saulis, quo nō erat
ante prævaricationem vir melior in Iſrael, dicta eius tem 1. Re. 9. a
poris ſynceritate pari ſunt habenda, pręſertim ubi iam
propheticum conſortium adeptus eſt. Prima verò præ- 1. Re. 10. b
varicatio fuit, quòd ſacrificium obtulit, qum ad id iuſſus 1. Re. 13. b,
fuerit opperiri Samuelem oblaturum, qui eum ſtultitię c.
redarguit. Deinde tot eius errata repeiiuntur, maximè
poſtquam ſervato Aga grege Amalec adverſus divinū 1. Re. 15. b
interdictum exagitatus fuit ſpiritu malo immiſſo à deo; 1. Re. 16.
ut quæ rectè geſſerit, ac dixerit, coniecturis aliunde, ꝑut c.
hiſtorię veritas flagitet, venanda ſint, quod nunc inſtitu
ti tractatus iuxta ſuperius monita nō eſt. Integerrimi Io Su c. 9. 10
nathæ potius dicta magni pēdi debent, per quem qùm
aſſerunt ſacræ literæ à domino fuiſſe Iſraelem ſervatum, 1 Re. 14.
innuunt etiam divino inſtinctu eum ex verbis hoſtium d. b.
ſibi præmeditatis præſagium ſumpſiſſe. Non eſt præte-
rea putandum officioſum mendacium reſpōſum, quod
is patri retulit, ut periculo Davidem eximeret, ſed ibi re
latū, 1. Re. 20. e

latum eſſe, quod inter ipſum Davidemque actum verè,
ſancta ſcriptura ſilentio prætermiſerat. Idem exiſtima-
1.Re.19.fi ri de Michol poteſt excuſante, quòd virum dimiſiſset:
attamen haud neceſse eſt hanc à mendacio defendere,
1.Re.25.fi. quæ Davide vivente alij nupſit, eumque poſtea ob cultū
2.Re.6.d. deo exhibitum deſpiciens ſubſanavit. Lōgè maioris prę
1.Pa.15.fi tij dicta exiſtimāda ſunt Abigail, ut ab ea profecta, quā
1.Re.25.a. ſacræ literæ prudentiſsimam aſseverant, per quæ corre-
cta fuit ſententia Davidis contra univerſam domum ini
qui Nabal non rectè indiſcriminatim decreta. Verùm
Davidis dicta cura magna expendenda ſunt, qùm & cū
Act.2.c. prophetam fuiſse princeps apoſtolorum aſſerat, & ſacra
1.Pa.17.a. ti libri ſervum dei, hominem que dei, ſicut & Moſem,
2.Pa.1.a.
8.d.30.c. uti vatem iuxta modum loquendi ad eam ſignificatio-
4.Re.13.a. nē uſitatū vocēt. Id autē ſateſt, ut non modò pſalmi ei⁹
Mar.13.d. quos etiam iuxta Servatorem per ſpiritum ſanctum dei
2.Re.23.a. panxit, probati autoritate divina cenſeantur: ſed & ver-
ba eius alia in ſacram hiſtoriam fidelibus inſtituendis re
lata divino aſcribantur inſtinctui, niſi ubi correcta de-
prehendantur. Quanquam David nō ita propheta fuit
ut officio deputatus conſulentibus dei reſponſa dederit:
1.Re.22.ā.
23. quin potius per videntes ita deſignatos, aut ſacerdotes
1.Re.16.c. divina oracula ſæpe inquiſivit, & accepit. Nihilo ſecius
qum à die inunctionis eius in ipſum ſpiritus domini di
rectus fuiſſe legatur, cùm dicta tū geſta ei⁹ inſtinctui ſu
perno tribui par eſt, niſi cōperiant̄ alicubi reprehēſa. Sed
quia de factis non eſt ſeorſim nobis tractatio inſtituta,
verba nunc ordine cū alijs breviter exploremus. Quę di
xit pontifici Achimelech falſi ſpeciem præferunt; ſiqui
dem ſignificāt à Saule rege miſsū. Sed cùm Saulē haud
exprimat, regem deum intellexiſſe, vel ſe iure potuit, &

 ad ſu

ad fugam tegendam, non falſitatem inſinuandam ita lí citè loqui. Quòd verò inferius ſe reum occiſorum ſacer dotum prodit, vel debitorem denotat, ut pro ijs occaſio ne, & odio ſui peremptis gratitudinem erga põtificem Abiathar rependat; vel forte culpam agnoſcens accuſat, quod ethnicum Doeg impium, quem delaturũ norat, haud interceperit regia in commeritum poteſtate uſus. Sumptionem ſacrorum panum Chriſtus comprobavit, quamvis ad propoſitum minime pertineat. Verba inno xij Achimelech etiam Sauli reddita ſynceritatem per ſe ſatis oſtendunt. Cùm verò David Saulem iterum ad er- roris ſui, & iniuſtæ perſecutionis agnitionem beneficen tia extrema deduxit, dicens quempiã ingreſſum ut Sau lem interficeret, non ſe, ſed Abiſai ſubindicavit, cuius a nimum ex verbis cognitũ repreſſerat. Porrò verba quæ regi Achis dixit, cùm is ageret de prælio ineundo adver ſus Iſraelitas, tecta ſunt, nec receſſum, quem commodũ à deo prẹſtolabatur, aperientia futurum, nec bellicam o peram adverſus pios navãdam pro impijs ethinicis, quã animo agitaſſe ſanctus David credi non debet, nec pro inde falſò fuiſſe pollicitus. Qumquè rurſus ait, nihil in ſe inventum, quominus veniens cõtra regios hoſtes pu- gnaret, nil aliud aſſerit, quàm nihil in ſe fuiſſe, cur de ſe proditio timeretur longeſsimè ab integerrimo corde ſe mota, nec expectaretur potius ſtrenuum certamen con ſerendum contra inimicos quoſvis benefici regis, quos tamen ſibi aggredi liceret. At verò dicta Samuelis per- mittente deo ad ſuperos mortales præter corpꝰ verè iux ta eccleſiaſticum etiam excitati ꝓpheticè loquentis, du- bitationem offerunt, ubi habetur, Cras tu & filij tui me cum eritis. Nam licet pientiſsimus Ionathas quietis pa- tru

1. Re. 21. a
1. Re. 22. ſ
Mar. 2. d.
1. Re. 24. 26.
1. Re. 28. a
1 Re. 29. d.
Eccle. 4 ſ.
1 Re. 28. c.

trũ ſedibus dignus fuerit. Saul tamen haud quaquã, qui
1. Re. 31. a b. ſibi necem cõcivit. Itaque vel dicẽdum eſt Saulem poſt
letale gladij traiecti vulnus per pœnitentiam eximiã ve
niæ locum inveniſse, vel mecũ, ꝓ inferis latè locis poſsi-
2. Re. 1. d. tũ eſſe. Iam in ſecundo regũ libro execratio montiũ Gel II. lib. regum.
2. Re. 3. f. g boe, ac familiæ Ioab, vel prenuntiatio futurorũ fuit, vel
etiam imprecatio prophetici animi honori divino, ac iu
ſtitię conformis, ut in monte ſterili monimẽta triſtia oc
ciſi populi dei manerẽt, & in poſteritate Ioabus iniqui
facinoris dignas pænas diutius lueret. Ner ducem, Da-
vid fortitudinis elogijs ornavit, quibus & illius verba ve
rê conſentanea ſunt: ac meliorem fuiſse quâm Ioab, Sa-
3. Re. 2. c. lomon poſt modum aſseruit. Non tamẽ excuſatur à cul
2. Re. 3. b. pa, quòd contra domini cognitam inſtitutionem Iſbo-
2. Re. 2. b. ſeth regem ex adverſo Davidis conſtituerit, ac ſuſtenta-
rit. Proterviæ Ioab, quantunvis ſtrenuus, & ſagax dux
fuerit, facta, & dicta eiꝰ aperta indicia ſunt, licet aliôqui
2. Re. 10. c præclara multa & geſserit, & locutꝰ fuerit. Cęterùm quę
2. Re. 7. Nathan ꝓphetæ dixit David, Vides ne, quod ego habi-
tẽ in domo cedrina & arca dei poſita ſit in medio pellũ?
à ſancto pietatis ſpiritu ſuggeſta mõſtrantur, nõ minus
2. Re. 8. b. quã ſecutis magnificis dei pollicitis redditę gratiarũ ac-
tiones. Tantũ enim deſignavit ſe indignũ ducere, ut re-
giã cedrinã inhabitaret, arca fœderis manente intẽtorio
haud certè decernẽs fanũ opulentũ extruere, ſed ea de re
vatẽ conſulens. Is autem rem abſolutè ꝓbans inconſul-
tũ reſpõſum edidit, à deo quẽ correctus certũ eius oracu
2. Re. 12. a. b. c. d. lũ retulit. Poſtea etiã Nathã à deo miſsus Davidẽ dedu-
xit eò, ut rectũ in ſe iudiciũ ferens peccatũ dãnans agno-
2. Re. 11. c. d. ſceret, quod in fortem, ac iuſtum virũ Vriam Hethæum
adulterio, letoque verbis, ac factis parato commiſerat.

Deinde Ionadab prudens dicitur, verùm prudentia car
nis quæ mors eſt, & inimica deo, quandoquidem dete- Ro.8.a.b
ſtandum conſilium Amnō dedit, quo is invita ſorore
violata dignum pręmium necē ab Abſalom tulit, qui à 2.Re.13.
fratre orſus parricidium propè in patrem regno detur- 2.Re.13.d
batum conſumavit, indulgentiorem utique filijs quam 3.Re.1.a.
oporteret, ſacris literis notatū ob correctionē omiſsam.
Adhæc Thecuitis mulier ſapiēs inducta ſuggeſtione Io 2.Re.14.
ab, parabolam eximiam Davidi propoſuit figuram ſer-
monis in ſe vertens, ut ipſa explicuit, ac proinde caſum
ſibi miſerandum cōtigiſse haud ſimpliciter aſseverans,
ſed quaſi eveniſset, velut cuivis accidere poſset, vera ſpe
cie obtendens, ut mentem regiam ad ignoſcentiam de-
licti defleti alliciens flecteret exemplo dei nolentis peri-
re animam, ſed apud ſe tractantis, quem admodum de-
iectus ſervetur. Porrò in perſecutione David nonnulla
videtur perturbationem circunſpecta minus protuliſse,
velut facultates Miphi-boſeth non auditi pollicitus Si- 2.Re.16.a.
bæ; ſed intelligendum eſt ſenſiſse pro examinandæ cul-
pæ modo, qua poſt explorata poſseſsiones inter utrun-
que dividi iuſsit: rurſus que locut⁹, deum præcipiſse im 2.Re.19.e f.
precationem Semei, verùm præceptum pro permiſsio- 2.Re.16.b c.
ne uſurpavit: ac prius conſiliarium Chuſai precatus, ut
pręſcriptis verbis ſe ſervum Abſalom offerens conſiliū
eius diſsiparet, quaſi falſa ſimulatione prętenta. Tamen
ſi rectè conſyderentur verba, verè dici poterant ſucceſso
ri Davidis, at que intelligi planè, non expreſsa conditio
ne, quæ licet non adijceretur, excepta meritò duci debe-
ret, nimirum niſi ſupereſſet, cui potius fides ſervanda fo
ret, cui etiam tyranni conſilia prodere liceret, Chuſai ve
rò temperamentum id exceſſiſse apparet, alia que finxiſ 2.Re.16. 17.

ſe in-

ſe inſuper, ac ſibi fidentem non vero conſilio ſubdolè,
2.Re.16.d ac perinde iniuſtè fefelliſſe. Nam conſilia vafri Achito-
17.a.f. phel impia, licet perduellibus congrua, ut & ſibi letum
illatum ab ipſomet, non ambigitur fuiſse. Præterea ubi
2.Re.18.f. David opperiens eventum pręlij ſingulares nuntios bo-
nos prędixit, de victoria parta intellexit: Achimaas au-
2.Re 15.f. tem filius videntis Sadoc dicens ſe aliud neſcire de mor-
18.f.e. te Abſalom, mentitus videtur, cùm à Ioab audiſset filiũ
regis mortuum, niſi ſenſit, ſe aliud neſcire nuntiãdum,
quùm priora tantummodo nuntiatum miſsus à Ioab
foret. At verò huius verba, & aliorum non ita curanda
1.Re.26.b 2.Re.16.b. ſunt: ſed Abiſai dicta carpuntur, ducis Ioab iuxta atque
2.Re.19.d 18.c 19.a.b facta adverſus regiam maieſtatem damnantur, pro qui-
3 Re.2.a.b bus et alijs facinioribus meritum ſuppliciũ luere ad ex-
2.Re.18.fi tremum iuſsus eſt. Lamentatio autem Davidis deflentis
necem filij rebellis abſolutum charitatis oſtẽdit affectũ,
quo deſyderaret ſi fieri poſset, nati cum diſcrimine ſalu-
2.Re.20.f. tis æternę perempti mortem ſua mutare qui ſibi conſci-
us mentis rectioris eſset. Dein inducitur alia fœmina ſa-
piens Abelæ ſapienter locuta: & poſtulatio Gabaomita-
rum à numine approbata de crucifigendis ſeptem po-
2.Re.21.a.b, ſteris Saulis, qui pręter narrata crimina ſuperius, irreli-
Ioſ.9.c.b. gioſo zelo Gabaonitas cęciderat, quibus olim fœdus Iſ-
raelitæ iurarant mentitis quidem regionem ſuam lon-
ginquam eſſe, in domini tamen nomine ſe venire pro-
2.Re.23.. feſsis. Poſtea ſubijciuntur verba carmine conſtructa, quę
David gratias agens deo cecinit, habita in pſalmo ſepti-
2.Re.24.a modecimo, ac noviſsima regij pſaltis, quę itidem atque
alij pſalmi autoritatem propheticam præ ſe ferunt. Ea
2.Re.23.c deinde verba, quibus aquam è ciſterna Beth-leem adve-
ctam trium fortium magno periculo ſe non bibiturum
ſigni-

ſignificavit deo libaturus, inſignem pietatem indicant.
Iuſsio contrà numerandi populi perperam lata & ab i- 2.Re.24.a
pſo David agnita poſt fuit, & non levis oſtenſa per obla b.c.
tam trium ſuppliciorum gravium optionem à Gad pro
pheta, qui antea profugum à Saule Davidem è prçſidio 1.Re.22.a.
in terram Iuda redire autoritate ſua fecerat. Verùm in
peſte charitas perfecta Davidis enituit precantis deum 2.Re.24.c.
ut corporali ſuo damno ac morte fidelis populi ſtragem d.
redimere liceret. Oblatio quoque Areunæ regis Iebuſçi
ad holocauſtum, erga dominum deum pium animum [Mala-
oſtédit. Sequitur Malachim, regum inſcriptus liber, ubi chim.]
III, regũ, ad principium verba Nathan prophetæ, ac Beth-ſabeæ 3.Reg.1.a
ex illius conſilio, ac regis Davidis de ſucceſsione Salo-
monis in regnum electioni divinæ obſecũdarunt. Dein
ultima Davidis mandata religionem, iuſtitiam, grati 1.Pa.28.b
tudinem complectuntur. Deinceps Salomonis dicta cũ 3.Re.2,a.b
factis ad iuſtitiæ ac veritatis regulam ducta fuiſſe, niſi re
prehendantur, exiſtimari debere, inde colligitur, quòd
& eum à nativitate dominus dilexit congruo nomine 2.Re.12.f.
inſigniens: & moriturus David in eo ſapientiam ſuſpe-
xit, ſed & ipſam poſtulanti Salomoni numen largiens 3.Re.2.b. 3.b.4.d.f
latiſsimè auxit, ſpeciatim ad iudicium diſcernendum, c.
& ſanctum propheticæ ſapientiæ ſpiritum infudit: quo Sap.9.c.d
etiam ſacros libros condidit, ut poſterius explicabitur.
Verba igitur ſapientiſsimi viri orbi propoſiti fidelium Re 10.d
inſtitutioni ſacram in hiſtoriam relata velut à divino
inſtinctu manantia veneratione aſsimili haberi oportet,
interque ea potiſsimùm ſublimes preceis in templo de- 3.Re.8.
dicato fuſas, quas deus utique autoritate ſua cõfirmavit. b.&c. 3.Re.9.a.
Reginæ quoque Saba quæ in domini nomine venit, & 3.Re.10.a. Mat.12.
à Servatore commẽdata eſt, verba dominum deum præ 3.Re.10.a. b.

dicá

dicantia, velut ab impulſu divino prompta digna cum præclaro ſtudio, animoque omni obſervatione ſunt. Cęterùm Salomonem primùm ſacra ſcriptura notat inquiens, Dilexit Salomon dominum ambulans in pręceptis David patris ſui, excepto quòd in excelſis immolabat, & accendebat thymiama: ſed eadem excuſationem præmiſerat, dicẽs, Non enim ædificatum erat templum nomini domini uſque in diem illum: quaſi uſque ad ſtabilis fani conſtitutionem Moſaici præcepti prævaricatio plenè locum non habuerit: poſt conſtructum verò templum nulla excuſatio reliqua fuit, & iure in pleroſque ſequentes reges excelſorum reprehenſio confertur. Apertè autem reprehenditur Salomõ, quòd multas ſibi Chananitides uxores ardenter copularit contra domini pręſcriptum, & earum idola coluerit, velut Aſtarthẽ deam Sidoniorum, quam Auguſtinus Iunonem eſſe ſignificat, illo nempe nomine a Punicis appellatam, Tyro ſanè Sidonia oriũdis. Hanc Salomonis ſtultitiam poſt celebratam inſignem ſapientiam ſapiens Syrachides traducit, quòd fortè is putarit præter ſummi dei obſervantiam, Spirituum aliorum vetitum cultum aliquid utilitatis afferre poſſe, vel etiam eò demum decidit, ut autumarit Iehovem deum Hebræorum peculiare numen, haud ſupremum autorem eſſe, quod innuere videtur deus per vaticinium Ahię Silonitis de illo inquiens, eo ꝙ dereliquerit me. Congruit cum his quòd Varro Latinorũ eruditiſſimus deum Iudęorum Iovem exiſtimavit, licet in ſummo ſuorũ deorũ faſtigio collocatũ, particularẽ tamen, quanquã de ipſo adducit Valerij Sorani carmina ex Orpheo in hymnis deſumpta, Iuppiter omnipotens regum rex ipſe, deꝰ que: Progenitor genitrixque deùm,

deus

3. Re. 3. A

Deu. 12. a.

3. Re, 11. a b.

Deu. 7. a. 17. d.

lib. 7. in Iudic. q. 16.

Eccli. 47. c, b.

3. Re. 11. f

Aug. li. 1. cõſ. evang. c. 22.

Aug. li. 7. civ. de. c. 9.

deus unus, & omnis. Fortaſsis ex nomine ab aliquo
Hebræo alicubi audito id Marcus Varro coniecit,
tametſi mira eſt communis tam diſsiſtis gentibus divi-
ni nominis affinitas. Rectiꝰ Ariſtęas cum ſocijs Ioſepho li. de. lxxii. in error.
etiam referente ob legem Hebręorum de ijs Philadel- li. 12. ant. Iud. c. 2.
phum alloquens dixit. Omnium effectorem, & creato-
rem deum hi colunt, quem & mortales omnes: ſed nos
rex aliter denominantes appellamus Iovem; quòd vitã
iuvet omnium, ut Ioſephus breviter ſtrinxit. His verò
nunc omiſsis, pœnitẽtiam Salomonis nuſquam apertè
in ſacris ſcripturis legimus, ſicut de Davide ſapiens ait, Eccli. 47. b
Chriſtus purgavit peccata ipſius, & exaltavit in æternũ
cornu eius. At de rebus geſtis ſe iunctis à verbis nunc nõ
eſt proprius agendi locus, quo circa in ulteriora perga-
mus. Succedunt ſtultus Roboam, qui prudẽs ſeniorum Eccli. 47.
conſilium reiecit, & impius Ieroboam qui ſacrilegam 2. Re. 12. c. g. f.
ſuperſtitionem induxit, quibus vaticinati ſunt illi Seme 3 Re. 13. a. c. e.
ias vir dei, huic is qui Ioſiam prænuntiavit, & à pravo
propheta deceptus oraculũ domini deinde lingua eius
redditum de ſuo ſupplicio mox ſecuto audivit. Prophe
tavit etiam adverſus Ieroboã, & poſteritatẽ eius Ahias 3. Re. 14. b c. d.
Silonites: ſed & omnes reges Iſrael improbi, & impij e-
vaſere: regum verò Iuda poſt Abiam Aſa rectum coram
domino, ſicut David pater eius operatus eſt, ſub quo cõ 3 Re. 15. b
tra Baaſa regem Iſrael ſermo domini ad Iehu filiũ Hana 3. Re. 16. a
ni factus fuit. Poſtea effulſit Elias propheta oppoſitus à 3. Re 17. 18 19. 21. 4. Re. 12.
deo adverſus Achab regis Iſrael impietatem, cuius mirã 3. 4. 5. 6. 7 8 9. 13.
da opera dicta que latè ſacris literis deſcribuntur, item
que diſcipuli eius vatis Eliſei, quorum encomia Syrachi Eccli. 48. a. b.
des mirificè depingit. Ne autem ſuſceptum ordinem re
linquamus, ſerie ꝓcedemus, ſimul que ea de quibus am
bigi

bigi queat, explicabimus. Hîc primum Sarepthana Si-
Luc. 4. c donia vidua, cuius cum laude Servator meminit, fidelẽ
3. reg. 17. b. d. domini confeſsionem protulit, deinde querulam cum
3. Re. 18. Elia expoſtulationem turbata dolore amiſsi nati, quem
ſuſcitatum recepit. Mox Abdias vates exhibitam erga
prophetas domini miſericordiam inſignem recenſet E-
liæ; is que optimæ cauſæ fiducia cõceſsæ optionis æquiſ
ſimæ artificio populum ad cultũ veri dei reduxit ſigno
prçfatus: Si Dominus eſt deus, ſequimini eum; ſi autem
Baal, ſequimini illum: & de⁹ qui exaudierit per ignem,
ipſe ſit deus, ut nimirum talis agnitus venerationi ſit.
Ac populus qui reſpondit optimam eſſe propoſitionem
oſtento mirando viſo, identidem acclamavit, Iehovah
ipſe eſt deus, non iam peculiare numen iuxta ſuperius ta
cta, cui aliud conferri quiret, ſed autorem univerſorum
recognoſcens, cui domino condita natura dicto audiẽs
actutum foret. Feſtiviſsima verò ironia Elias ariolos Ba
al irriſit, nec minus vera, cum is tropus, ſive ſchema con
li. 6. inſt. orat. 3. li. 9. c. 2 trarium ei quod dicit ſecundum Fabium intellectum
3. Re. 18. d. 19. b. c. petat. Quod autem Elias ſe ſolum è prophetis domini
relictum queritur, hyperbole eſt indignitatem rei, mul
titudinem occiſorum, ac relictorum paucitatem expri-
mens: ſed ei divinum reſponſum reliquias fidelium ſer-
Roma. 11 a 3. Re. 20. b d. e. g. vatas auctiores profert. Deinceps tria reſponſa prophe-
tę nomine non expoſito, regi Achab reddita ſubduntur
& aliud illius vatis, qui eum reprehendit, quòd regem
Syrum dimiſiſset, ac prius in ſermone domini quendã
allocutus ut ſe vulneraret, nolentem à leone percuſum
iri prædixerat, quo paulo mox conſecuto, alterum re-
quirens ab eo ictus parabolæ accommodam ſpeciem re
gi proponendam paravit figuram ſermonis velut vidua

Thecuitis, in ſe prout evenire potuiſset, vertens, verè ad 2.Reg.14.
regem directam & ſpectantem. Achab enim regem vates interpellavit quaſi vulneratus ab eo, cum quo pact' traditum hoſtem ſervandum ſub rependendæ vitæ periculo fuiſset, quòd negligenter cuſtoditus elapſus hoſtis eſſet. Cùm que Achab reſpondiſſet, id ius eſſe, quod pacto decre viſset; inſciens in ſe ipſum ſentētiam tulit, comprobans quam deus pronunciarat. Ambiguitas autem non exigua ſe offert, cur velut in'obediens præcepto dei per prophetē prolato punitus fuerit, qui vulnus infligere ſecundum naturalem decalogi legem recuſavit.

Quando quidem iuxta ſuperius definita, ſut à commu- ſu.c.2.
nis legis prævaricatione is excuſaretur, cui ſane non itidem ac prophetæ divina inſpiratio intus affulſit; oportuit uti mirabili aliquo ſigno explorato fidē habere vati teneretur numinis iuſsum delegatum nuntianti. Ea ꝓpter id pręceſsiſse rectè colligitur, licet apertè ſacris literis non exprimatur, quę tamen haud ita nos in gravi dubio deſtituunt, ut non offerant, unde non procul, quod deſyderetur, venari queamus. Sive nanque is vates fuerit Michęas, ut Ioſephus tradit, ſive alius; is habēdus eſt li.8.antiq. Iud.c.14.
qui antea relatus fuit eadem divina ſcriptura utrobique nomen æquè ſilente, dixiſſe Achabo; Hæc dicit domin' Quia dixerunt Syri, deus montium eſt dominus, & nō eſt deus vallium, dabo omnem multitudinem hanc grā dem in manu tua, & ſcietis, quia ego ſum Iehovah: & cōtinuo poſt centum Syrorum millia cęſa per Iſraelitas, ſuper viginti ſeptem millia reliqua in Aphec fugiētia murus concidit raro miraculo deum operantem peculiariter indicans, ac fidem eius legato aſtruens. Deinceps verba Naboth inficiantis ſe venditurum paternā hæredita- 3.Reg.21 2.c.,c.8.

tem

tem à domino tributam haud egeſtate compulſum, ne
deũ quem ꝓpitium optaret, offenderet: religionis pieta
tem non vulgarẽ demõſtrant. quo circa qum ea de cauſa
innocens interijſſet ſcelere Iezabelis filiæ Ithobali regis
1. Re. 16. g Sidonij, deus acriter minatus eſt necis autores acerbas
pœnas daturos, quas tamen diſtulit ob pœnitentiã à de
demiſſo Achab oſtẽſam. Demũ ubi iã ſupplicij Achab
3. Reg. 22 a. b. c. d. tempus appeteret, expeditionem is in ſyros movit ſocio
Ioſaphat rege Iuda, qui incedens in omni via patris ſui
Aſa fecit quod rectum erat in conſpectu domini, verun
tamen excelſa non abſtulit. Hic proſpera ꝓmittentibus
Achabo quadringentis ꝓphetis piè dicens, eſſet ne quiſ
piam propheta dñi, per quem conſuleretur, aperuit quẽ
libet quadringentorũ non eſſe verũ ꝓphetam, ſed Baa-
lis, ſive Achab cultoris ei⁹, aut etiam errore vulgi ſic ap-
pellatũ impiosque quoque fanaticos vates nuncupantis. Ac-
citus autem ꝓpheta Michęas filius Iemlę interrogatus,
an ire deberet Achab in Ramoth ad pręliandum, reſpõ-
dit; Aſcende, & vade proſpere, & tradet dominus in ma
nus regis, dubium oraculum reddens, quò ſignificaret
Achabo permitti cum validis quidem copijs aſcendere,
à domino autem in manum regis victoris alterum exer
citũ victum tradendum, non exprimens Syrũ, quem o-
ptaret Achab, & uti periret, credere dignus erat, nec Iſ-
raeliticũ, velut numẽ decreverat, ac verebat᷑ Achab, qui
ob id iterũ vatẽ adiurans apertã domini veritatẽ ſciſcita
t⁹ eſt. Ac is retulit per viſionẽ à deo quęrẽte ruinã Achab
inducere ſpiritũ ſibi oſtenſũ, qui ad ſe recepiſſet negotiũ,
dũ ſpirit⁹ mẽdax foret in ore ꝓphetarũ eius, ut & permiſ
4. Re 1. c. ſus fuit. In quarto deniq; libro regũ tertij pẽtacontarchi IIII. *lib.*
verba velut ex vera pietate, animiq; ſyncera ſummiſſio *Regu n.*

ne producta probavit angelus domini dicens Eliç, ut 4. Reg. 1 a. c.
cum eo tutò deſcẽderet. Et cum iam ardẽs vates in æthera rapiẽdus eſſet, filij prophetarum habitãtes in Bethel, & Ierico id ipſum vaticino ſpiritu prænoſcentes Eliſæo itidem gnaro nuntiarunt. Is que duplici Eliæ ſpiritu ad vaticinia & miracula edenda indutus, fluentis Iordanis magiſtri pallio percuſsis, nec primò diviſis, admiratione fideli, potius quã diffidentia dixit, Vbi eſt deus Eliç etiam nunc? faſsus deum ſemper manere, deum que fidelis famuli Eliç viventis adhuc eſse, qui deus viventiũ, Mat 22. c
non mortuorum eſſet, apud quem ipſe non ſuo ſed preceptoris merito niteretur: ideo que repetito ictu aquas diviſit. Dein regem Ioſaphat pie loquutum inquirendũ eſſe prophetam domini, per quem ei ſupplicarẽt adverſus Moabitas belligeraturi, Eliſęus ſe revereri modeſtiſsimè aſseveravit. Poſtea uxor prophęte vidua, quem Ioſephus prodit fuiſſe Abdiam diſpenſatorem Achab, li. 9. ant. Iud. c. 3.
dicens virum ſuum timore dominum proſecutum fuiſſe cognitum Eliſęo, ab ipſo annuente olei ſcaturiginem 4. Re. 4. a b.
quæ ſolvendo eſſet creditori ſatis, & alimento filijs ſufficiendo impetravit. Et procera Sunamitis obſequio pio 4. Reg. 4. c. d. f. e.
verbis & factis exhibito, natum prius, eundem que poſterius ſuſcitatum obtinuit: precata vero ne ꝓpheta mẽtiretur, id flagitavit, ut abſolutè pollicitatio impleretur, ne quo pacto vel demerito ſuo ipſam ſpes promiſſa deluſam falleret. Porrò Naamam Syrus, per cuius fortitudinem dominus Syriam tutatus fuerat, poſtquam emũ 4. Re. 5. a. d.
datus à lepra fuit, à deo illuſtratus inſignem confeſsionẽ protulit, quòd uerè ſciret non eſſe deum in univerſa terra, niſi tantùm in Iſrael, cui ſoli ſacrificia impoſterum eſſet oblaturus. Qum verò ſub inde intelligẽs ſupremę a

dora

dorationis ſpeciem alij, ut Remmon, prætenſam culpa non carere, petiit, ut Eliſæus vates à domino precaretur ignoſcẽtiam delictorum, ſçpius fortè admittendorum, propriam imbecillitatem faſsus; obſecravit ſupplex pœnitentię locum ad veniam ſibi à numine dari: quod maximum donum dei propheta ſpopondit reddens; Vade

Lu. 4. e. in pace: qua de cauſa huius cum laude Servator mentionem facit. Poſt Giezi vero avara mendacia lepra punita,

4. Reg. 6. d Eliſęus copijs Syrorum ſe quęrentium dicens, Non eſt hæc via, neque iſta eſt civitas, nil falſò ſignificavit, ſed vere innuit, eã nõ eſſe rectã viã, neque illã eſse civitatem, quò tẽdere ꝓut mererẽtur, deberẽt, verũ aliã, nẽpe Samariã, ubi errorẽ capti, ſervati, refecti, dimiſsi agnoſcerẽt.

4. Re. 8. c. d Qùm autem Hazaeli duci ſcicitanti de ſalute heri regis Syri Eliſęus reſpondit: Vade, dic ei; Sanaberis: porrò oſtẽdit mihi domin⁹, quia morte morietur, nulla eſt in dictis prophetę repugnantia, vel falſitas, aut pravitas; ſed vaticinium re impletum, quando tale reſpõſum Hazael hero retulit, quod vates neque iuſsit, neque conſuluit, probavit ve, quin potius amara permiſsione pronuntiavit,

Ioſ. 13. v. 17. haud ſecus atque Servator proditori Iudæ inquiens, Quod facis, fac citius, quaſi diceret, Vadens dic, quod re

3. Reg. 10. d. f. nuntiare perges. Vlterius Ionadab filius Rechab Cinæi rectum cor ſuum indicavit concors regi Iehu zelãti dei honorem; quando is cultores Baal delevit, de cæteris ve

1. Paral. 2. g lut Ieroboã imitator improbatus. E Ionadab orti ſunt ſcribę abſtemij, canentes, & in tabernaculis commoran

Ier. 35. b. d. tes quorum per Ieremiam deus ſibi acceptorum ſtirpẽ non defecturam promiſit, quin cunctis diebus in con-

2. Paral. 24 e. ſpectu ſuo ſtaret. At Ioiadę pontificis, quem ſacra ſcri-

4 Reg. 11 tura feciſse bonum cum Iſrael aſserit, conſilia itidem ꝓ

bata

bata deſignat, præſertim ob id etiam quod ait, regẽ Ioas 4 Re.12.a
feciſſe rectum coram dn̄o cunctis dieb⁹ quib⁹ docuit eũ
Ioiada ſacerdos, niſi quod excelſa nõ abſtulit. Qua pro-
pter edicta quoque huius ante Ioiadæ mortem lata, re-
cta convenit haberi. Iuxta cui⁹ facta filius eius Amaſias 4. Reg.14 a.f.
rectũ corã domino refertur operatus, & inſtar Amaſiæ
filius eius Azarias, Ozias etiam dict⁹, in cuius tẽpora re- 2 Par.26.a
latũ habetur vaticiniũ Ionę ꝓphetæ filij Amathi è Geth 4. Re. 15.f
quę eſt in Opher exorti. Filius autem Ozię Ioatham pa 4. Re.16 a.
trem imitatus, ſceleratum tamen Achaz produxit: at ex
hoc natus Ezechias avitam pietatem ſuperans Dauidẽ 4. Re.18
rebus geſtis expreſsit. Huius anno ſexto Iſraelis victi, ac
tranſlati à rege Aſsyriorum demigratio contigit. Cæte
ra Ezechię hic & in paralipomenis relata ferè omnia, &
alia nonnulla fuſius Iſaias dei propheta magnus & fide
lis, teſte quoque Syrachide Ezechiam etiam egregiè pre Eccli.48. c d.
dicante, in propheticam ſuam ſcripturam retulit, dicta Iſa.36.37 38. 39.
que ipſius velut ad ſe attinentia proprijs inſerens autori
tate ſua impartijt, pręterquam ubi legatis Babylonijs ar 4. Re.19
cana ſua omnia oſtendiſse falſus, correptus ille à vate 4. Re.20
fuit. Verùm poſt Manaſsem, & Amon improbatum Io
ſias iam olim prędictus ſucceſsit, cuius recordationem 4. Reg.21
omni odoramento aptè temperato fragrãtiorem, melle
dulciorem, harmonia muſica ſuaviorem Syrachides ef- Eccli.49. a b.
fert, dicens pręter ipſum cum Davide, ac Ezechia cæte-
ros omnes reges peccatum in religionem commiſiſſe.
Huic aſseritur ſimilem nullum extitiſse regem qui 4. Re.23
reverteretur ad dominũ in univerſa virtute ſua, ideoque
cum factis dicta ipſius velut è tali fonte manãtia divino
inſtinctui aſcribi oportet, niſiꝙ in paralipomenis repre 2 Pa.35
henſus apparet, ubi dicit̃, nec acquievit ſermonibus Ne
chao

chao ex orę dei. Sed forte dei oraculum per vatem quempiam redditum non uſque adeo fuit ei exploratum, ut quieſcere ſub gravis culpæ diſcrimine teneretur, ne in prælium egrederetur, quum liceret tutò manere. Leviorem vero culpam ſatis expiavit victus, & ad necem ſauciatus. Quòd autem Olda prophe-
4.Re.22.d tis prædixit eum colligendum ad ſepulchrum ſuum in pace, non his adverſatur: intelligi enim debet de pace amicitiæ dei, ac tranquillitate immuni malorum, quæ ut illa ſubdidit, Hieroſolymis deinde inducenda erant: qualia reliquis regibus pravè agentibus uſ-
4.Re.24.25. que ad templi, & urbis excidium ſub demigratione Babylonica conſecuta fuerunt. Succedit liber Paralipomenon relictorum, Dibre ha-iamim Hebraicè, *Paralipomenō. li. I*
Su.c.3: Verba dierum inſcriptus, cuius ratio ſuperius expoſita fuit. Hic inductorum celebrium virorum loquentiũ non alia dicta expendi opus eſt, quam de quibus in præ-
1.Par.4.d cedentibus non eſt actum. Ac primum ubi dicitur, & qui ſtare fecit ſolem, virique mendacij, & cætera, hæc autem verba vetera, videntur notari priſca cantica de antiquorum pręclaris facinoribus per temporum ſucceſsionem fide præſenti compoſita, ore omnium decantata, & vulgo trita: quorum nimirum collectione conſta-
Ioſ. 10.c. ret liber iuſtorum apud Ioſue ubi ſolem ſiſtere refertur,
2.Reg.1.e citatus, & in ſecundo regum, ubi Davidis lamentatio artificio poetico ſuper Saule, ac Ionatha elaborata interſeritur: quòd ſanè per ævi decurſum editis cantibus appoſitis auctus fuerit, ut & apud nos uſu venit collectaneis in quibus Romanici vocati rhitmi res geſtas celebrium virorum canentes aggregati circunferuntur.

Sa-

Sacra vero ſcriptura, ut ſuperius patefecim⁹, tractatum quenvis citans non ſtatim canonicum, quanquam gravem ſuo pondere aſtruit: ſed quæ inde ſumit, quæ ve ibi referri aſseverat, autoritate propria, nempe divina conſtabilit. Dein verbis ſynceri Davidis, Amaſai verba reddita ſpiritui dei tribuenda ſunt, quo indutus ea protuliſſe narratur. Quòd verò de Davide ſubditur, Veniebat cum Philiſtim adverſus Saul, ut pugnaret, non repugnant expoſitis ſuperius ad finem primi regum de integro, ac religioſo Davidis animo. Senſus enim eſt, veniebat cum Palæſtinis venietibus adverſum Saulem ad pugnãdum certamine licito, quod offerretur, & præſagiẽs à numine operiebatur, quale poſtea in Amalecitas verſum eſt. Hic Davidis dicta præſertim circa templum conſtruendum fuſius relata traduntur, & in fine præſtãtiſsima erga deum gratiarum actio, prius autem nonnulla è pſalmis pari autoritate repetita ob laudes dei coram arca fœderis celebrandas. In ſecundo deinceps libro laus domini dei conditoris cœli ac terræ ab Hiram rege Tyrio prolata, qui ad templum ſtruendum adiumento maximè fuit, latius quàm in Malachim refertur. Habetur etiam aliud Semeię vaticinium adverſus Roboam, & Hieroſolymitanos divini cultus deſertores à Seſac Ægyptiorum rege puniendos, quibus tamen humiliatis dominum iuſtum faſsis, auxilij pauxillum is pollicitus fuit. Referuntur præterea regis Abiæ verba inituri cum Hieroſolymitarijs adverſus Iſraelitas pręliũ, de quibus inclyta victoria parta eſt, eo quòd victores ſperaſsẽt in domino deo patrum ſuorũ, ut hîc traditur: ideo que ad eam ſpem Abiæ dicta relata indicantur, ac proinde in divinum inſtinctum reducta. Vlterius invocatio regis

Sup. c. 3. | 1. Pa. 12. c. | Su. eo. c. | 1. Pa. 11. 28. 29. | 1. Pa. 29. c. d. e. | 1. Pa. 16. b. c. d. | II. lib. Paralipomenon | 2. Pa. 2. c. | 2. Par. 11. b. | 2. Pa. 13. a. b. c. d. | 2. Pa. 14. c. d.

1. Par. 14 c. d. gis Aſa numini accepta oſtēditur, quòd Æthiopes cum Zara duce coram illo exterruerit ad internecionē profli
2. Par. 15. a b. gatos: & Azariā vatem filium Oded prophetę victorib' obviam miſerit, qui aſſerens eos à domino ſtetiſse vaticinium lati' extendit: Deinde adverſus Aſa bellū Iſraelis ſuſtinentem humanæ magis opi quam divinæ fiſum ꝓphetaſſe recenſetur Hanani vates ob id in neruum cōiectus. Quòd verò inferi' additur præter propoſita in Ma
2. Par. 18. d 3 Re. 22 c lachim dixiſſe Michæam filium Iemla prophetā: Aſcēdite, cuncta enim proſpera evenient, & tradentur hoſtes in manus veſtras: ironicè per cōtrarium deſignato ſenſu ita obiectum eſt, ut noſcens Achab, apertum dei oraculū
2. Pa. 19. a ſibi reddi adiuratione flagitarit. Regem autem Ioſaphat quòd cum impijs dei hoſtibus fœdus iunxiſſet, arguit
2. Pa. 20. g 16. d. 24. g Iehu fili' Hanani vidēs, qui librum Malachim digeſsit: quanquam eum cōmendavit, quòd præpararit cor ſuū, ut deum requireret: licet excelſa lucosque idolorum de-
2. Par. 17. a 20. g. molitus, excelſa quibus dño vulgo ſacrificabatur, nō ab-
2. Par. 19. b. c. d. ſtulerit. Sequuntur dein nonnulla Ioſaphat monita ſanctiſsima, uti per quæ Iſraelē ad dominum deum patrū ſuorū convertit, conſtitutis rurſus velut à regni exordio
2. Par. 17. c qui librum legis domini habentes populum docerēt: ſe-
2. Par. 20. a b. c. quitur & efficaciſsima precatio numini fuſa cōtra Moabitas, Ammonitas, Idumęos ex adverſo in pręliū egreſſos, quā Iahaziel filius Zachariæ ſpiritu domini afflatus victoria divina promiſſa, quàm cordi deo fuiſſet, indicās comprobavit. Verùm contra claſſem communem Ioſaphat, & impij Ochozię filius Dodau Eliezer ꝓphetavit. Poſtea epiſtola inſeritur ab Elia propheta relicta regi Ioram directa: & vaticinium refertur Zacharię Ioiada nati, divino ſpiritu induti, ob quod iubente Ioas lapidibus

in atrio tẽpli obrutus fuit: & hominis dei, prophetęque 2. Par. 24, a.
oracula regi Amaſiæ renũtiata de victoria primũ ab Idu
meis obtinẽda, poſteriꝰ adverſus illius amentiã qui victę 2. Par. 25. c. e.
idola gẽtis adoravit. Vlterius ſub Ozia rege Zachariç in- 2. Par. 26. a. b. ſi.
telligẽtis ac videntis deũ fit mentio, Maaſięq; doctoris,
& Azarię põtificis rectis verbis obſiſtẽtis Ozię ꝓphano,
& hiſtoricę cõſcriptionis Iſaię ꝓphetæ. Inferius refertur
vaticinium Oded prophetę dñi prolatum adverſꝰ iſrae- 2. Par. 28. b.
liticum exercitũ ducentẽ captiva ducenta milia imbellis
turbę Iudaicę, ꝙ ſub Achaz deum deſeruiſſet. Deinceps
traditur harmonicã diſpoſitionem laudum dñi ab ipſo 2. Par. 29. f
præceptã per vates eius fuiſſe; ut is ſermonibus David, &
Aſaph videntis celebraretur. Latèq; deſcribitur Ezechię
ſedulitas in divina religione inſtaurãda, de qua re dicta 2. Par. 30. d. 31.
factaq3 ipſius à deo approbata ſacra ſcriptura ſignificat
dicens eũ exauditũ à dño placato ita populo ſuo, ac ſub-
dens, poſt quæ, & huiuſcemodi veritatem, venit Senna-
cherib, ubi ſimilia pietate fidẽti verba Ezechię ſubijciun
tur, cætera in Malachim & apud Iſaiã prophetem latius 4. Reg. 18. 19. 20.
deſcripta ſunt. Ad hæc ubi de Manaſſe pœnitẽtia narra-
tur, dicitur quod ſuperius dictis ad tertium regum aſti-
puletur, & cognovit Manaſſes, quòd Dominus ipſe eſſet 2. Par. 33. a. b.
deus, & ſubditur quòd obſecratio illius & exauditio ſcri
pta in ſermonibus Hozai fuerint, qui eiuſmodi loquen-
di modo vates notatur. Denique liber concluditur edi- 2. Pa. 36. d
cto Cyri regis perſarum iuxta prænuntiationem Iere-
miæ prophetæ pia domini confeſsione prolato; cùm ad
*Eſdræ* id illius ſpiritum deus ſuſcitarit. Sequitur Ezrę liber idẽ
*lib. 1.* edictum latius in principio repetens, qui & inferius re-
fert ad templi reparationem prophetaſſe Aggæum, & Eſdræ, 5. a. c, d.
Zachariam, ubi ſubdens ſcriptor, reſpondimus eis, ſe in-
ter

ter alios computat. Addens autem dei oculum factum
ſuper ſenes Iudæorum, quæ ex ipſorum perſona in epi-
ſtola transfluvialium referuntur, non obſcurè approbã-
Eſd.6.b.c tur: necnõ & edicta Darij, & Artaxerxis ſimili erga deũ
Eſdr.7.b,c d. pietate cumulata, qui à conſcriptore laudatur, quod id
in corde regis indiderit. Ille verò paulo ante de ſe tan-
quam de tertia perſona loquens, deinceps tanquam pri-
ma perſona librum condens verba facit, ideo que dicta
eius ita relata, ut & ipſa conſcriptio ad autoritatem divi-
ſu.c.9. nam pertinent, ſicut in ſuperioribus ſtatuimus, cùm e-
tiam ea non minus comprobans aſſeveret, itidem atque
Eſdr.10.b ubi de ſe tanquam tertia perſona etiam rectè loquẽte in-
Eſd.7.a. ducta quidpiam refert. At Eſdras iuſtiſsimus, qui para-
vit cor ſuum, ut inveſtigaret legem domini, & faceret, &
doceret in Iſrael præceptum & iudicium: qum ex parte
Eſ.9.b.cd populi coram deo cõmunium delictorum cõfeſsionem
offerens ſe prævaricatis dei legem annumerare videtur;
nil de ſe falſum aſſerit, ſed verum de alijs quorum perſo-
Deu.12.b nam induit, iuxta figuram ſanctis vatibus quę frequen-
ter uſurpatam. Iam quæ de libro Ezræ indicavimus, ea- *Nehe-*
dem de Nehemiæ libro pari ratione intelligenda ſunt. *miæ.*
Eccli.49.d Hic vir uti multi temporis memoria dignus à Syrachi *Lib.* II.
Nehe.b.c. de amplificatus, ubi meminit Noadiæ prophetæ, & cæ- *Eſdræ*
terorũ qui ſe perperã terrerent, falſos pravosq; coarguit,
ſicuti Selemiã, de quo ſimilia conato ait, Intellexi, qđ de⁹
nõ miſiſſet eum, ſed quaſi vaticinãs locutus eſſet. Inferi⁹
verò inquiens deum dediſſe in corde ſuo ut reduces recẽ
ſeret, ac ſubdens librum cenſus eorũ qui primùm aſcẽde
1 Eſdr. 2. 3.a. rant; fuſiorem multo, quã apud Eſdram in compẽdium
redactus reperiatur: itidem ac propriam conſcriptionem
probans tradidiſſe divino eodem inſtinctu deregitur,

ubi pręcipua eſt Levitarum piétiſsima precatio, nec mi- Nehe 9 b.
nus pium reducum fœdus cum deo colendo ictum. Ad etc. 10.
ultimum inſeritur ſupputatio eorum qui Hieroſolymis
habitarunt, quam & Ezras in paralipomenō primis ge- 1.Pa.9.a.b c.d.e.f.
nealogijs quaſi per anacephalæoſim demum adiungēs,
per prolepſim hiſtoriæ antiquiori ſecundum ordinem
digeſtæ præponens anticipavit. Fit denique mētio ſeriei
ſummorum ſacerdotū Ioſue nati Ioſedec egreſſo in de- 1.Ez. 3.a.
migratione Babylonica, Ioacim, Eliaſib, Ioiadæ, Iona- 1.Pa 6.b.
tham, Ieddoæ: quorum tempore Levitæ in libro verbo- Neh.12.a. b.
rum dierum deſcripti ſint. Deinde reddit Nehemias ad Neh.12.c
muri quem ædificatum præmiſerat, dedicationē, cætera 7.a.
que ad finem uſque contexit. Succedit iuxta bibliorum
*Tobias.* digeſtionem Tobias, cuius ex perſona liber ſcriptus, ut
ex idiomate præcedenti, originaliq; liquet, eadē quæ de
Nehemię libro notata fuere, ſibi vindicat. Inducitur prę
terea illic loquens filius qui velut calcis conſcriptor à pa
tris morte, pari gradu habendus eſt, tanquā etiā cum pa
tre cōmunis voluminis cōditor. Meminit autem Amos
prophetæ, ſancti Iob, & regum ſociorum eius. Interſerit Tob.2.a.c d.
Annę verba correcta, Sarę, ut à deo exaudiente probata, 3.c.d.
parentum eius, & Raguelis, ut eorum, quorum vel nu- 7.8.9.d.
ptiale convivium cum timore dñi celebrabatur. Quòd
verò angelus dixit ſe Ananię magni filium Azariam, id Tob.5.c.
ſignificavit ſe auxilium domini eſſe ortū ex magno do-
no gratiæ dominicæ, vel etiam viri ſic appellati ſe ſpeciē
*Iudith.* ſuſtinere, perſonam que repræſentare. Subiungitur Iu-
dith liber, cuius conſtructor prorſus incertus nō parum
nobis indicij ſubducit, ad iudicium de inductis homini
bus loquentibus ferendum. Quisquis tamē fuerit; cūm
ſpiritus almi ſit impulſione actus, probanda tantum, nō

impro-

improbanda cõprobare cenſeri debet, quæque in medio
relinquit, nec reprehendens, nec laudans, nõ ſtatim ap-
probare, ſed nobis iuxta dei regulas iudicãda dimittere,
quod & in omnibus ſacris libris obſervãdum eſt. Primũ
Iudit.4.d ergo Ioacim ſacerdotis magni verba prophetiç proinde
Iudith.5. 6c.d. vim habuiſſe eventus confirmavit. Achior Ammonitæ
narrationem ceſsiſſe uti veram ac piam in prædicatio-
nem virtutis dei magna fidelium multitudo piè pre-
Iud.7.d,8 b.d. cans conteſtata eſt: Oziæ inducias Iudith arguit, cuius
ſermones veros reprehenſionis immunes ille ac presby-
Iudit.9.d. teri aſſeruerũt. At obſecratio Iudith quà precata fuit, ut
Holophernes laqueo in ipſa oculorũ caperetur, & amo-
ris ſuadela pellectus ſauciaretur; hac parte hæſitationem
offert, quòd videtur illicita poſtulaſſe: augetur que am-
guitas, quòd inferius ſcriptor affirmat dominũ Iudithæ
Iudi.10.a nitorem addidiſſe, quoniam ornatus nõ ex libidine, ſed
Iudit.10.c. ex virtute penderet. Rurſus ubi ulterius illa ſe vatem ait
prænuntiam venire Iudaici excidij, ac prçter decorũ ap-
Iud.11.12. c. paret Holopherni adulari regis immanis qui ſe deũ fer-
Iud.3.d. ret, impientiſsimo duci: difficile eſt ipſam à mendacio
excuſare: itidẽ ac nodum ſolvere è verbis eius nexum di
Iud,13.c. centis, Nõ permiſit me dominus ancillam ſuã coinqui-
nari, ſed ſine pollutione peccati revocavit me: cùm tamẽ
Iud.16.b. ad finẽ canat ſe ſumpſiſſe mũdum ad hoſtẽ decipiẽdum:
Ind.13.d. 15.d. & ab Ozia nihilo ſecius. Achior, & Ioacim pontifice, ac
presbyterio collaudata ſit. Quia verò hîc loc⁹ nõ eſt hæc
fuſè diſputandi, omiſsis dubijs ſalebris aſſenſus nõ in ꝓ-
prium crimẽ, ſed in permiſsionẽ alieni delicti, illicis ac-
ceptæ potius quã oblatæ, figuræ loquendi ab eo quẽ allo
qui videaris, averſæ: dici ſat eſt Iudith ab eccleſia, ſacraq;
ſcriptura fidelibus propoſitam eſſe in exemplum caſtita-
tis,

tis, abſtinentiæ, precationis pervicacis, charitatis erga fidelem populum, & egregiæ fortitudinis. Quam ut ſervandis ſuis exereret, deus pulchritudinem eius auxit, ſinens Holophernẽ capi, labi, perire. Cætera ſi qua minus rectè meditata & locuta eſt, nec laudanda nec imitanda ſunt, uti Theologi, enarratores que ſentiunt, adeo que à numine probata non fuere, ut eorum pœnitẽtiam ab eo ſanctæ fœminæ ſuggeſtã fuiſſe poſtea exiſtimari par ſit. Nec aliud encomia ſonant eius, & Ioacim põtificis, qui libri conditor maximè cõijci valet. Liber tandem Eſther conditore Mardochæo cum ipſa, parum laboris offert. Namque iuxta ſuperius monita, eorum facta, dictaque qui uti tertię perſonę etiam rectè loquẽtes inducuntur, non eſt cur dubitationem ſubeant. Nec enim Iſraelitis lege vetatur coniugia, niſi cum Chananeis inire: nec ſupremę adorationis ſpecies alij quàm deo debet exhiberi. Reliqui loquentes inducti pro cuiuſque qualitate, & hiſtoriæ ratione oportet ut expendantur.

[Margin: Iud. 10. f. — S. Tho. 2. 2. q. 100. a. 3. ad 3. — Scot. 3. d. 38 ad 6. — *Eſther* — Iud 13. c. 15. d. — Eſter. 9. g — Deut. 7. a. — Eſther. 13. d]

## 12. Cap. *Introductorum exploratio in ſacris libris Iob, pſalterij, ſapientum.*

IAm in libro Iob inſcripto, à conditore homines loquentes introducti, ſunt ipſe Iob, cuius dicta maiorẽ libri partem contexunt, famuli calamitatem ut re vera contigit, nunciantes, uxor eius reprehenſa, tres amici Eliphaz, Baldad, Sophar, & alius Eliu, de quorum genere ac patrijs alibi diximꝰ. Eliphaz verba quattuor capitibus, Baldad tribus, Sophar duobꝰ, Eliu ſex tenduntur. Ac de tribus & Iob dixit deus ad Eliphaz, Non eſtis locuti coram me rectum, ſicut ſervus meus Iob, de Eliu dixit Iob alloquens, Quis eſt iſte involvens

[Margin: Iob. c. 1. — Iob 2. c. — chro. c. 5. — 4. 5. 15. 22. 8. 18. 25. 11. 20. 32. 33. 34. 35. 36. 37. — Iob. 42. b — Iob. 38. a.]

volvens ſententias ſermonibus imperitis? Itaque dicta Iob a deo comprobata ſunt, non item trium amicorum eius, nec etiam Eliu, qui præclaras ſentẽtias ſermonibus ſtultis miſcuiſſe carpitur. Horum autem pręcipuꝰ error fuit, quòd temerè Iob pravum iudicaverũt, & ob iniquitates punitum, non paucis inſuper contumelijs in eũ debacchati: aliòqui de divinis inſignia dogmata protulerunt, quę tamen cùm eos non aſſerat ſacra ſcriptura prophetas, nec à deo quod attinet ad veritatẽ doctrinę, prorſus probatos; divinæ autoritatis faſtigium non attingũt: ſed aliunde debẽt æſtimari, prout alijs ſacrarum ſcripturarum locis confirmata reperiãtur. At Iob in dictis ſuis

Iob.39.d. duo digna correctione notat, quæ leviter & inſipienter

42.a. Iob.39.d. locutus ſit, inquiens, vnum locutus ſum quod utinã nõ dixiſſem, & alterum, quibus ultra non addam: prius eſt

Iob 9.c. ubi de deo dixit; Si flagellat occidat ſemel, & nõ de pœ-

Iob.19.a nis innocentium rideat, poſterius ubi ait: Saltẽ nũc intelligite, quia deus nõ æquo iudicio afflixerit me. Hęc verò falſa quidem iuxta proceſſum loquendi non fuerunt,

Iob 27.a. præſertim cum inferius deum viventem teſtetur lingua ſua mendacium non prolatum iri: nihilominus incautè fuſa offendiculi anſam æmulis calumnias captãtibus amplius non præcidere, quã dederunt; ſpecie prętenſa, quaſi providentiſsimi numinis integritati, ac integerrimæ iuſtitiæ aliquo modo derogatum vellet. At verò mens ſancti Iob longè diverſa fuit, qui figuratè ſignificavit. Si deus ut adverſarij pertendebant, non niſi pro delictis ſupplicia inferret, ſatius eſſe, ut innocentes ſemel occideret, quàm diuturnis cruciatibus exerceret, quaſi animi gratia riſum iocum que alieno malo, cùm alia non ſubeſſet cauſa, ſibi auccuparetur: ac rurſus

ſe fuiſſe

ſe fuiſſe afflictum iudicio non planè iniuſto, verùm non eo quòd æquam pœnam culpæ rependeret, non utique præmiſſæ. Verborum tamē prætextus hîc videbatur deo iniuſtitiæ notam inurere, ut ipſe, Iob cōpellans deſignavit dicens: Nunquid irritum facies iudicium meum, & condēnabis me, ut tu iuſtificeris? illic res humanas quaſi ludibrio numini eſſe, non curę providę notare: quod accuratè deus refellit, oſtendens latè, quanta providentia vel animantes brutas proſequatur, addens q; adverſum Iob, Nunquid qui contendit cum deo tā facilè conquieſcit? utique qui arguit deum, debet reſpōdere ei. Adhæc in verbis Iob licet cuncta recta ſint, multa nihilo ſecius difficilia nimis ſunt, ut quod pręter originale peccatum ait ſcire deum, ſe nil impium feciſſe, ſe que ſcire ſi iudicatus foret, iuſtum inveniendum; afflictum que fuiſſe abſque iniquitate manus ſuæ, cùm haberet mundas ad deū preces: ac donec deficeret, nō receſſurum ab innocentia ſua ſanè tuenda, iuſtificationem que ſuam, quam tenere cœpiſſet, non deſerturum, quòd cor ſuū in omni vita ſua ipſum non reprehenderet: alibi autem deo inquit, conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meę: &, Parce peccatis meis: Signaſti, quaſi in ſacculo delicta mea. Fortè vocat peccata iuvētutis, iuuenum ſuorum filiorum, quæ ob negligentiam non ſatis vitatam ſibi vereretur aſcribi luenda, ob quę ſolicitè cunctis diebus numini ſacrificia offerre ſolebat. Execratio præterea natalis diei ac noctis quoſdam hærere facit prima ſpecie turbatos, re interius non ſpectata ex animo, unde rectum horum iudicium pendet. Maledicere autem quandoq; malum enuntiare eſt; malaq; efferre quæ apertè talia ſunt; utq; iſtiuſmodi habeātur, cupere nil innuit rectè rationi adverſū. Quandoque

Marginal notes: Iob. 40. a. | Iob. 38. 39. d. | Iob. 14. a. 20. b. | Iob. 16. d | Iob. 27. a. | Iob. 13. d. | Iob. 1. a.

S.Th.22 q.76.a.1. a.3. do que verò non tantùm eſt deteſtari,ſed etiam devove-
re,atque imprecari mala cuiquam, utque inſint, optare.
At quæ mala non culpæ,ſed afflictionis,ac damni, ſi fa-
cultas afforet, inferre liceret ſub ratione nimirum boni,
velut monitionis,ſalutis que ita procuratæ,correptionis
iuſtę,nocumenti maioris vitandi gratia:imprecari utiq;
ac deſyderare licet. Fertur quoque deſyderium non tan-
tùm in futura,verùm & in præterita cupiens ut ſi poſsi-
bile foret,facta infecta eſſent, &infecta facta fuiſſent.Por
rò rationis expertia ſub imprecatione cadere licitè que-
unt,non perſe prout dei opera ſunt,ſed quatenus ad ho-
mines referuntur vel per ſervitij, commoditatis ve mo-
dum,vel ſignificationis,aut cõtinentis,ut locus,tempus
que continent. Sic Iob geniali tempori maledixit, infau
ſtum deſignans, quòd inde ſibi ærumnarũ origo dedu-
cta ſit, & expetens,ne quod ad ſe ſpectaret, ad ortũ pro-
ceſsiſſet.quin potius ut pręcluſis oſtijs uteri materni,nẽ-
pe fœtu in vulva mortuo dies ipſi præciſus intercidiſſet:
quod quia non evenit,exoptavit Iob, ut ea tempeſtas ca
ligine ac turbine involuta eſſet, atraque notata in men-
ſium & anni non fuiſſet habita diebus, qui ob proſpera
poſſent candido lapide ſignari:triſtiſsimis utique cumu
lata inſignibus, qualia futuras miſerias extremas editi
Iere 20.b tunc infantis denotandas decerent. Similia Ieremias im
precatus,nuntium inſuper nati maſculi prophetica præ
nuntiatione devovit,ut clamore & ululatu exterritus in
everſionis tãdem ruinam externam incideret,uti cõme-
rebatur; quòd quaſi læta parenti renuntiaſſet, nec eum
4.Re.20. d.21.c.22. d. pœnituiſſet errati;cùm frequenti vatũ prædictione mo-
nitus productos ad inſtantem deſolationem & ingrues
exitium lugere debuiſſet. Quod verò ſubijcit pro cauſa,

nõ me interfecit à vulva, è Iob deſumptum, ad deum, vel diem refertur, nõ ad nuntium. Quanquã autem amplius non eſſe, quã in iugibus manere tormentis recta ratione quit eligi: non tamen vates, potius quàm in graves vitæ mortalis moleſtias incurrere, præoptãt intra maternam alvum ita perijſſe, ut cum originali culpa perpetuò à dei amicitia, & felicitate relinquerentur extorres. Ieremias quippe ante quã è vulua exiret, à deo id teſtante ſanctificatus eſt; Iob verò in lege naturæ ſcriptam pręcedẽte vel ſimile privilegium conſecutus cenſeri debet uti ex ipſius verbis divus Gregorius innuit: vel fide parentum conceptam prolem numini precibus offerentium divinã gratiã veniamq; adeptus. Verũ enim verò expoſitorũ potius eſt difficultates omnes enodare in ſcriptis autoritate divina præditis oblatas. Nunc ut quod urget, peragamus, illud quod ad calcem triceſimi primi capitis apponitur, et in codicibus nonnullis non rectè omittitur, Finita ſunt verba Iob, Hebraicè planè habetur: ſignificat que non quidem nulla poſterius à Iob prolata verba fuiſſe, qũ inferius nõnulla referantur: ſed pręcedẽtis orationis curſum illic perfectum conſummationem accepiſſe, ad quam is contendit bis reſumpta vaticina ænigmaticæ collationis parabola, ita ut libri conditor, uti de Balaam liber numeri, aſſerit. Vnde etiã non levis coniectura ducitur, eundem utriuſq; ſcriptorẽ, Hebręis Moſem prophetã fuiſſe.

*Pſalmi.* Dein pſalmorum inſcriptus liber ſubſequitur, quos condidere David maxima parte, de cuius prophetico ſpiritu ſuperius ad primũ Samuelis librum egimus, Moſes propheta, cui ſimilis inter veteres vates excitatus nõ eſt, Aſiph, Heman, Idithũ, ꝓphetę regis David, ut in paralipomenis habetur, & filij Core, qui fuere filij Hemã videntis qua-

S. Hier. in Ier. 20. d. S. Thom. add. q. 98. a. 3. Sco. 4. d. 50. ad. q. 2. Ier. 1. b. Iob. 31. c. Mor. l. 21 c. 12. S. Th. 3. p. q. 68. a. 11 ad. 1. q. 70. a. 4 ad 2. q. 27. a. 6. Iob. 39. d. 42. a. Iob. 27. a. 29. a. Nu. 23. a. c. 24. a. c. d. Su, c. 11. Deu. 34. d 2. Par. 35. c. 1. Par. 25. a. b.

1.Par.6.c. quatuordecim cũ tribus prçterea ſororibus prophetãtes ſub manu Hemã patris è Core oriũdi, cui præcipuè pſalmi ſic inſcripti aſcribuntur: nec non & Salamon, qui Sa-
Sapi.9.d. pientiæ infuſæ almo ſpiritu afflatus non modo pſalmos nõnullos, ſed & ſequentes tres libros Proverbiorũ, Eccleſiaſte, Cantici canticorum edidit. Eſt autem unuſquiſq; pſalmus per ſe diſcretus tractatus, ex conditoris perſona non minus, atq; alij, ſumendus, qui quandoq; ſolus inducitur loqui, nonnunquã alium loquentẽ interſerit, ali-
Iu.c.9. quãdo verba omnia loquentẽ introducit, nil è ſua perſona interlocutus, dicta nõ minus aſſerens, quæ ore alieno repræſentato ex integro promit, quàm ſi ad proprium
Pſal.44. expreſsũ retuliſſet, velut in pſalmo cœpto Eructavit, ubi cuncta Pater æternus proferre innuitur. Vbi vero loquẽtes inſeruntur, præter eorũ dicta, quæ vates iuxta loquendi, ac tractationis modum pſalmum texens probat, aut reijcit: inductorum diverſa qualitas attendẽda eſt. Nã ut omittam9 deum, Chriſtum, angelos ſanctos prohetas, quorum divina patet autoritas; inſipiens dixit in corde
Pſal. 13. ſuo, Non eſt deus; quod dictum velut inſipientis notatũ à pſalte utiq; reprobatur; & æmuli Servatoris aiũt, Spe-
Pſal.21. ravit in dño, eripiat eũ: ſalvũ faciat eum, quoniã velut eũ: quę verba nõ prava cõtinuò apparẽt, at qũ p̃mittatur ea eſſe à ſubſannãtibus ꝓlata, q̃ virulẽta ſint, apertè detegi-
Pſal.72. tur. Interdũ licet animadvertere pſalmographũ partes errantiũ, & imbecillæ carnis ſuſtinentẽ, deinde potiores agẽtẽ, quid verũ, ac rectũ ſit, decernere. Cęterũ toti9 libri è multis aggregatis pſalmis cõſtãtis collectio ꝑ unũ, vel multos etiã tẽporis ſucceſſu collectores facta eſt, quorum un9 denotãs quouſq; Davidis pſalmos inveniſſet, ꝓ calce pſalmi ſeptuageſimi p̃mi poſuit, defecerũt laudes David

filij Ieſſe. Nōnulli putant pſalmorum collectorem Ezrā doctiſsimum divinæ legis ſcribam fuiſſe, cui & primum pſalmum, quaſi proœmium tribunt, quòd ſanè is pręcipuus fuerit: ut & ei conſcriptio libri Eſter à multis Hebræis aſsignatur. Vtcunque ſit, ſive uni, ſive multiplici; collectori pſalmorum tituli attribui debēt, in partem ſacræ ſcripturæ recepti, ſimili planè autoritate donati, utpote divino eodem impulſu præſcripti: quamquā & eos à pſalmorum cōditoribus profectos, deſumptos ve fuiſſe, illud indicio ſit, quòd pſalmi ſeptimi decimi lata inſcriptio tota fere itidem atque pſalmus in Davidis hiſtoria referatur. In titulorum autem traductione multa diverſorum exemplarium varietas cōperitur, quòd non tanta cura, quanta ipſi pſalmi tranſcripti ſint, quia nimirum eòs librarij tanquam ſummaria capitum autumarint. Quocirca cōſultius ducerē, ut ſacra biblia diſtinctè quidē, ſed nullo alieno etiam characterib9 minutiorib9 inſerto deſcriberentur, & alia, velut ſummę, annotatiunculæq; in marginē ut citationes, ac numeri è ꝓprij loci regione reſponſura concederent, ne cui deinceps confuſioni occaſio daretur. Succedit liber parabolarum, ſive proverbiorum Salomonis inſcriptus, de cuius conditore nuper actum eſt. Is velut prima perſona loquēs potiſſimùm doctrinam tradit; matris etiam ſuæ, quā loquentem inducit, diſciplinam quaſi propriam amplexus prodit. Hic introducitur loqui deceptrix vaga mulier, & Sapientia, & ſtulta fœmina, quarum diſcrimen ſatis manifeſtum eſt, ſicut & in ſimilibus eſt attendendum. Mox pro fronte decimi capitis eadē verba, parabolæ Salomonis, rurſus principium faciūt, ſicut exordium propoſuerunt. Vnde liquet è tribus milibus parabolarum Salomonis

*Marginalia:* Eſd.7 d. — 2 Re.c.22. — *Prouerbia.* — Prov.c.4. — Prov.7.b.c 1.8.9.a.b — Prov.1.a. — 3.Re.4.d

monis voluminibus multis ſparſarum hunc librum collectum eſſe cura inſignium virorum vel ſimiliũ, vel eorundem, quorum inferius ad calcẽ capitis viceſimi quarti his verbis mentio fit; Hæc quoque parabolæ Salomonis, quas tranſtulerunt viri Ezechię regis Iudę: qui & aggregarunt dictis Salomonis ab ipſo adiuncta verba congregãtis filij vomentis, ſive Agur filij Iace prolata Ithieli & Vchal · & verba Lamuelis regis, quæ à matre doctus, ut propria memoriæ mandavit, de quibus ſuperius præfati ſumus. Sequitur Eccleſiaſtes, ſive concionator præſcriptus liber editus à filio Davidis rege Iſraelis Hieroſolymis regnante. In hoc cuius autoritas eadem, atque proverbiorum iam conſtat, ſapiens Salomon dum caducę mortalium vitę vanitatem traducit, tàm varias induit figuras, & uſque adeo diſsimulanter, ac tectè communes quorumvis etiam errãtium obiectiones ſubijcit, eorum imitatione affectus exprimens, & ultro citroque tam velut ex æquo ancipiter diſceptat, quò in communi cũctis utilem, lętam, honeſtam eruditionem inſinuet: ut nõ niſi ad finem certa velut ęquiſsimi arbitri ſententia pateat, quę demum pręcedentes ironias retegat. Facit ad hęc, ꝙ hic tãtùm dei communem appellationem uſurpat, cùm in provetbijs peculiariter Iehovah frequentet: at in libro Cantici cãticorum inſcripto nuſquam deum nominat, ſic haud obſcurè innuens, quę drammaticè introductorum ore referens ipſe aſſerit, nõ ad alium ſponſum, atq; deum pręſtantiſsimum propriè pertinere, ad quem & ſponſę, ac fœminarum, ſive etiã iuvenum verba ſpectãt, quę dei ſpiritu tactus typus, Salomon fudit. Sapientię deinde adſcriptus liber è ſapiẽtis Salomonis perſona velut eius ore prolatus à conditore digeſtus, parem ex ita-

inducti,

Marginal notes: Pro.25.a.ſi Lat. — Prov.30. — Su c.3. — Eccle.1 ac — Eccle.3 d. — Eccle.12. d.11.d.9.e — Su.c.9.3. — Eccleſiaſtes. — Canticum canticorum. — Sapientia.

inducti, atque ſtructoris parte autoritatem divinam ex-
hibet. Introducuntur hîc impij adverſus iuſtum locuti, Sapi. 2.
erraſſe notati; & in inferno ſuum errorem præ anguſtia Sapi. 5.
Eccleſiaſticus. faſſi. Subit inde liber Eccleſiaſticus, ſive Sapientia Syra-
chidæ, nẽpe Ieſu filij Syrach prænotatus ad mores iuxta
nomen, eccleſiæ univerſæ formandos omni virtute præ-
ſtantiſsimus, ob id etiam panaretos à Hieronymo nun- In prolo.
cupatus. In hoc ut in proverbijs, Sapientia, pſalmis fere prov.
non eſt, cur loquentes inducti examinentur. Nam & of-
ferũtur rarò, & ipſorum diſcretio nõ obſcura eſt, utpote
materiæ illuſtrandæ gratia, potius quam hiſtoricę narra
tionis introductorum: in qua diſparium relatorũ dicta
diverſa expendi pro cuiuſq; autoritate maximè oportet.
Nihilominus Ieſus verba incõtinentis exprimit, carpẽs: Eccleſ. 15.
ac Sapientiæ divinæ dicta effert: ſed & hiſtorica ſpecie ſe- a. 24.
riem ſanctitate, ſapientia, fortitudine præſignium viro- à. c. 44.
rum ab orbis exordio uſque ad ſuam ætatem texit, pro-
prijs quemque laudibus exornatum mirificè celebrans.
Sunt qui ferant Ieſum filium Syrach, Eccleſiaſtici ſcri-
ptorem nepotẽ fuiſſe Ieſu ſacerdotis magni filij Ioſedec,
cuius & ipſe cum laude meminit. Nepos porro eccleſia- Eccl. 49.
ſtici Ieſus qui libro avi ex Hebræo Græcè à ſe verſo pro-
œmium extra prępoſuit, filius etiam inſcribitur Syrach,
quòd nimirum pater traductoris, & avi ſapientis homo
nymi parens itidem homonymi fuerint.

## *13. Cap. Inductorum examen in ſacris libris prophetis, & Machabæorum.*

SEdecim deinceps prophetæ ſubijciuntur, in
quorũ præterea vaticinijs nõ foret quid iuxta
inſtitutum expenderetur, niſi multa de alijs Su. c. 9.
hiſtoricè

hiſtoricè narrantes ſcriptis ſuis interpoſuiſſent, introdu centes etiã rectè locutos, quorum dicta diſcernere opere pretium ſit. De ijs ergo ab Iſaia exploratione ordiamur. Iſaias. Is inducit Achaz inficiãtem ſe ſignum à deo petiturum ne ipſum tentaret, ſed re vera id egit, ne dominum glori

Iſa.7.b. ficaret, quo circa illum ut infeſtum numini vates arguit. Refert etiam latè adventum Sennacherib, & Ezechiæ re

Su.c.11. gis dicta, de quibus iam ad quartum regum librum diſ-

Iſa.12.26 ſeruimus. At verò ubi multa propheticè dicenda, velut cantica prænuntiat, ea quod ad prophetię veritatem im plendam attinet, non verbis modò, ſed re amplius exhi-

Iſa.59 c. benda præſignat. Annumerat ſe quoque aliquando pec catorib⁹ ex eorum aſſumpta perſona crimina faſſus mo re aliorum ſanctorum vatumque, quãtumvis purus ac

63.d.64. deo charus fuerit, ut ipſum placãs fratrib⁹ veniã uti fidus precator impetret. Iam ad Ieremiã veniamus, qui multa Iere hiſtoricè narrans ſuis vaticinijs interſerit. Refert quippe mias

Ier.20.a.c ut à Phaſſur ipſe percuſſus in nervum coniectus ſit: ubi ſubdit deum alloquẽs: Seduxiſti me dñe, & ſeduct⁹ ſum, & inferius, Dixi, Nõ recordabor ei⁹, neq; loquar ultra in nomine illius: & factus eſt in corde meo, quaſi ignis æ- ſtuans. Quibus verbis partes primũ imbecillę carnis ꝓ-

Iere.1.a. ponit, dein ſuperioris rationis. Sancitus enim propheta gaudio elatus fuerat autumans id ſibi lætum, Iſraeli pro ſperum fore: poſt re ipſa deceptum ſe cõperit, quòd ſine ulla fallacia deus ſpẽ ipſius ultra quã par eſſet, proiectam fefelliſſet. Tũc verò moleſtijs inferior portio preſſa iugũ tã infauſti oneris excutere vellet, ſuperior tamẽ igne divi no correpta inferiorẽ victã adegit, ita ut ſub eius vi defi-

5.d.g.14 ciens ne reſiſtere quidẽ valeret. Sed ad hiſtoriã redeam⁹.

b.d.23.c.f 27.c.28. Recenſet ad hæc prophetas, quos ſæpe redarguẽs, falſos

29. oſtendit

oſtendit, etiam ab eventu; & ſacerdotes ac populum ſibi Ier.26.
manum iniecisse, ut è medio ipſum tollerent, ꝙ infelicia
prædiceret: defenſum ſe nihilominus à principibus præ-
ſertim Ahicã filio Saphan: quorũ verba exẽplis Michęæ
Moraſthitę vatis, itemq; Vrię filij Semei nitentia nõ ſec⁹
ac ꝓpria ad ſuã cauſam pertinentia ꝓpheta in ſacrã ſcri- Ier.32.a.
pturam relata cõprobat. Narrat inſuper, ut carcere clau-
ſus à patruele iuxta verbum dñi offerente agrum emerit:
& fœdus ictum à rege ac populo, ut mancipia Hebręa li Ier.34.
bertate donarent, ita ꝓbat, ut prævaricationẽ eius ex ore
dñi graviſsimi ſupplicij cõminatione reprehendat. Mox
ſubdit Rechabitarum ſententiã de obſervando paterno Ier.c.35.
præcepto à deo remunerationis pollicitatione approba- Vi. chrog. c.10.
tã, quamvis ea tẽpore fœdus præceſſerit. Additq; volu-
mẽ à ſe ſcriptum anno quarto regis Ioacim ab ipſo fuiſſe Ie.36.&c. d.
combuſtum: & nõnulla inſerit Baruch ſchribæ verba ve
lut ad ſe ſpectantia probãda, quem nihilo ſeci⁹ ut queru- Ier.c.45.
lum eodem tẽpore correctum ſolatus eſt divina ꝓtectio
ne ꝓmiſſa, ut alio loco inferius ꝓdit. Deinde refert, quẽ-
admodum Ierias portæ cuſtos falſò ipſum quaſi transfu Ier.37.c.d.
gam inſimulatum cõprehenſum principibus detulerit,
à quibus cæſus miſſus in carcerem fuerit, cui Ionatham
ſcriba præpoſitus erat, quẽ lacum ergaſtulumq; exitiale
ut mitiore veſtibulo carceris mutaret, à Sedechia depre-
catus eſt. Cùmq; nec ibi taceret, principib⁹ regem urgen
tibus, in limoſum lacũ deiectus fuit, unde pia ſedulitate Ier.38.a. b.c.d.
Abde-melech Æthiopis extractus eſt, ne periret: cuius
verba & acta ut è tali fonte manantia, q̃ fuerint numini
grata, indicatum eſt ab ipſo per os Ieremię poſterius ſpõ Ier.38.g.
dente tutamen illi, & animę ſalutem, quòd in ſe fiduciã
collocaſſet. Verùm cùm Sedechias vati dixiſſet, ut ſciſci- Ier.39.d.
taturis

Ier.38.g.3 taturis quid egiſſet cum rege, reſponderet ſe obſecraſſe,
ne in carcerem Ionatham reduceretur: id quod ultro eſt
oblatum æquè ac ſi oraſſet, acceptans, ſicuti iam ſemel
Ier.37..d precatus impetrarat, non mentitus fuit rogitationibus
iuxta regis verba poſtmodum reſpōſa reddens. Vbi de-
Ier.39.a. b.c. mum Hieroſolymitanum excidium ſtrinxiſſet, qđ ad fi
Ier.c.52. nem latius exequitur: de ſe ſubijcit, quomodo ſit à rege
Babylonio commendatus magiſtro militiæ, atq; ab eo
Ier.40. verbis fidelem magis quā barbarum decentibus Godo-
liæ filio Ahicam filij Saphan provinciæ præfecto: quem
Ier.41.a. paulo poſt ab Iſmahele interemptum deſcribit. At qum
hunc fugaſſent Iohanam filius Caree, ac principes bella
torum qui dilapſi ad Godoliam redierant, ut Ieremias
refert, veriti Chaldęos, oraculum ſibi reddi à vate petie-
Ier.42.a. runt, quod tamen poſt decem dies relatum minimè cre
b.&c. didere; ſed contra id quod receperant ſe facturos, contra
numinis interdictum reliquias populi cum Ieremia &
Baruch in Ægyptum tranſtulerunt cauſati perperā dei
Ier.43 a. prophetam mendacium locutum fuiſſe. Is verò ibi ad-
&c. verſus Ægyptum vaticinatus eſt, adverſus quę Iudæos
utriuſq; ſexus illic degentes idololatriæ deditos, quam
Ier.44.d &c. impudenter quaſi utiliorem divino cultu defendentes
prophetam inſectabantur; adverſus quoq; Pharaonem
Ephree tunc in Ægypto regnantem. Tandem repetit
Ier.46. 47.48. vaticinia lata contra Pharaonem Nechao, contra Palæ-
49.a b.c. d.e.f.g. ſtinos, Sidonios, Moabitas, Ammanitas, Idumęos, Da
maſcum, Cedar, Aſor, Elamitas, Babyloneq; latiſsimè.
Ier.50.51 Ier.52. Ac denique conſcribit Hieroſolymitanam vaſtationē,
4 Reg. 4. d.25. ſicut in calce Malachim deſcriptam antea notavimus:
Su.c.5. unde illic ea fuiſſe à Ieremia ſcripta meritò cenſetur, qui
& a nonnullis Hebræis exiſtimatur libros Malachim

k prius

prius ſparſos in unũ volumen coegiſſe, ꝙ ſanè finem appoſuerit. Sequitur liber eiuſdem Threnorũ, ſive lamentationum inſcriptus, in quo vates poſt exordiũ quadruplici alphabeto, ac ꝑcatione ad ultimum Hieroſolymitanã deſolationem plãgit. Vtq; ipſam ꝓ dignitate amplificet, Hieroſolymę per ꝓſopopœiam vocem ac verba tribuit. Sed & ut alijs ſacris ſcriptorib⁹ ſolẽne eſt, nõ modò inanimis locutionem aſcribit, verũ loquentibus quoque talem, quã non ſolũ verbis, quin potius animo, ac re ampli⁹, quibus exprimendis verba ſerviunt, meritòq; aſſignantur, exercere intelligi debent. Sic ubi hoſtes inducit dixiſſe ſuper Hieroſolymis captis, Devorabimus, cũ reliquis; quãquam is ſermo inimicorum ore potuit eſſe prolatus: magis eorum feritatem notat truculentiorem q̃ belluis voracib⁹ ſit, quã opere aperti⁹ exhibitã q̃ dicto monſtantes nõ minus vere ꝓtuliſſe dici quirent, q̃ ſi locuti ſimul eſſent. Quemadmodum etiam nõ falſum eſt Hieroſolymam eſſe locutam, ſicut ſermo ei attribui valet, ærumnis quippe quas verba ſignificant, potius q̃ dictis veriſsimè queri accipitur. Iam autem ſuperius monuimus ex inductorum loquentium diverſa qualitate dictorum diſcrimen eſſe ſumendum, quod nõ min⁹ ad ea extenditur, quibus licet fari non eveniat, loquelæ utcunque uſus impertitur. Quo circa Hieroſolymę fidelẽ eccleſiam repreſentãtis dicta, quæ inſuper ei uti tali perſonæ cõgrua dei ſpiritu impulſus vates dedit, parem itidem divinam autoritatem attingunt: quod ad alia quęvis ſacrarum ſcripturarum loca è ſimilitudine transferri oportet. Succedit liber Baruch ꝓphetæ præſcript⁹, velut appendix ad vaticinia Ieremię ſpectans, cuius epiſtolæ exemplari clauditur. Propria verò cõſcriptio Baruch ab

*Threni.* — Thre. 1.a — Ier. 2. g. 31 d. — Thre. 2. f — Su. c. 9. — *Baruch.* — Baruch. 6

Baruch.3.b ab illis verbis, Audi Iſrael exorſa contexitur, quam in prĩcipio refert ſe legiſſe Babylone Iechonię ac Iudæis ini
Baruc.1.a tio anni quinti demigrationis ei⁹, qui & regni Sedechię
4.Re.24 c.d. quintus annus fuit; quo tempore ij Hieroſolymam cum pecunijs, vaſis quæ literas miſerunt, quas ſcripturæ ſuæ vates præfigens, uti pias, pœnitentibus cõvenientes, pro inde itidem, atque proprias in divinam ſcripturã relatas cõprobravit. Porrò Ezechielis inſcriptus liber temporis ordine non ſervato, ſicut vaticinijs frequens eſt ab hiſto- *Ezechiel.*
Ezechi.1.a Ezech. 8.a 20.a.24. a26a29 a.d.30, f. 31.a.32, a. d.33.e.40. a. riæ lege liberis, ab anno quinto demigrationis eiuſdem exorſus, procedens per ſextum, & ſeptimum, & nonum ad undecimum redit ad decimum, pergensq; ad viceſimum ſeptimum regreditur, ad undecimum, ac duodecimum, ac demum viceſimum quintum, parum prętera qđ ad hiſtoricã narrationem faciat, admiſcet, velut illud
34.c. uxoris prophetæ vita functæ: quod verò ad inſtitutã tractationem de loquentib⁹ inductis attinet, exigua inſunt mortalium dicta, quæ interſerens etiam planè diſcrimi nat, ac iuxta monita erga vates alios præmiſſa ſecernere apertè facilè eſt. Subijcitur denique Danielis prænotat⁹ *Daniel.* liber prophetiam hiſtoriæ ita cõiungens, ut inter hagio
Prolog. in li. Reg. & Dan. grapha computetur ab Hebræis ijs, à quibus Hieronymus diviſionem bibliorum deſumit in legem, prophe-
Su.c.1. tas, & hagiographa, de qua ſuperius egimus. Vbi & potiorẽ eius rationem reddidimus, ꝙ ij poſt legiſeri pentateuchum prophetici peculiariter libri velut per eminentiam appellentur, qui eorũ acta, dicta ve deſcribunt, qui nõ modò prophetico ſpiritu, ſed & miraculis à deo per ipſos editis claruerint, ſicut exemplis de libris Ioſue, Iudicum, Samuelis, Malachim: Iſaiæ, Ieremię, Ezechielis, ac libro duodecim prophetarum confirmatum reſtat.

Non enim ad conditores ſingulorum librorum ſpectatur, qui nō item certi ſunt, ut quos plerunque coniecturis indagare annixi ſimus. Nec rurſus dici poteſt hagiographa vocari ſcripta eorum, qui licet almo prophetiæ ſpiritu pręditi fuerint, nō tamen velut ex officij deputatione prophetæ fuerunt, per quos divina oracula inquirentes alij conſulerent. Quantumvis namque id in Davidem ac Salomonem, aliosque competere contendas, ut eorum opera merito in hagiographorum conſortium conceſſerint: at de Daniele ne fingi quidem poteſt. Ei quippe deus dediſſe legitur intelligentiam omnium viſionum, & ſomniorum, functionis propheticæ illuſtrante munere conceſſo, ſicuti ſocijs eius ſcientiā & diſciplinam in omni libro, ac ſapientia largitus fuit: per Danielem etiam non rarò conſulentibus divinę mentis reſponſa relata ſunt, qui & facultate donatus huiuſmodi habitus eſt. Cæterùm non apparet is, velut numinis inſtrumentum utique, miraculum aliquod exterius edidiſſe: quanquam oſtento mirādo à deo leonum ore fuit incolumis erept⁹, ſicut ipſius tres ſocij flammis fornacis ardentis: quos quatuor barbarica iniuria exectòs eunuchos Ioſephus ſignificat. Vt ut autem ratio ac diviſio ſe habeat, Daniel prophetico lumine inſignitus dignißima vaticinia ſcripſit maxima veneratione cūctis etiam Hebręis obſervata: de quibus Ioſephus ita in fit. Omnis eximia fœlicitas, ut prophetæ excellentißimo, Danieli contigit, & viventi tam apud reges, quàm apud populum gratioſo, & poſt obitum ſempiternam memoriam conſecuto: quippe cuius libri quos ſcriptos reliquit, etiā nunc apud nos leguntur, qui nobis certam fidē faciunt, quod deus cum eo colloquia miſcuerit. Nō ſolùm enim

Dani. 1.d.
Dan. 2 e. 4 a.
Dan. 5. d.
Dan. 6 f.
Dan. 2. g.
Li. 10. anti c. 12.
Li. 10. ant Iud. c. 14

futura

futura prędixit, quãadmodũ alij ꝓphetæ; verùm etiã tẽ-
Mat.24 b pus, quo evẽtura eſſent, prędefinijt. Sed qũ Servatoris teſti-
monium adſit Danielẽ ꝓphetã aſſerentis, eiusq; vatici-
Dani.9. nium citãtis, haud eſt opus externa mendicare. Verùm
his miſsis, autoritatẽ hominum, quos vates loquẽtes in
Dan.1.b.2 b. hiſtoria inducit, diſtinguamus. Verba barbari Aſcenez,
& magorum aliorumq; ſimilium, non eſt cur nos ſoli-
citos habeant, ut recta veraq; oſtendere laboremus, niſi
ꝓut narrationis vis cogat, quæ per ſe ſatis aperta cõſtat:
immo ne tyrãnorum quidẽ dicta, præterquã ubi verum
deum agnoſcentes ea ꝓtulere, quæ uti ꝓbanda in laudẽ
numinis ad fidelium inſtitutionẽ cõfirmandam ꝓpheta
in ſacras literas referenda curarit. Talia ſunt illa Nabu-
Dan.2.g. chodonoſoris, verè deus veſter deꝰ deorum eſt, & dñs re
gum: quæ ſimul correctio debet intelligi præcedẽtis er-
ris, quo Danielẽ adoravit, eiq; ſacrificia uti deo iuſsit of-
ferri; à quo tamen monitus ſententiam in melius muta
rit. Talis & eiuſdem prędicatio qua deum celebravit cre
Dan.3.g.c d.&c. ptorẽ trium iuvenum in ardentẽ fornacẽ coniectorum,
quorum divina dicta à ſe orta numen qđ pręſto fuit opẽ
afferens, oſtendit: talis & ipſiusmet poſt multos repeti-
Dan.4.g. tos errores cõfeſsio poſtrema: tale deniq; decretum Da-
Dan.6.f. rij priſci As-veri filij, ut cũcti deum viventẽ in ęternum
regnantẽ miraculorum effectorem vererentur, qui Da-
nielem illæſum à leonibꝰ ſervaſſet. Fortaſſe autẽ eadem
Dan.c.14 res eſt, quæ ad finem latiꝰ repetit', ubi regis nomen haud
Dã.13.c,e exprimit'. At verba Suſannæ digna ſunt ea, quã iuſti pa-
rentes iuxta divinã legẽ erudijſſent, quãq; p̃cantem dñs
Dan.3,b. 13.c, ut, liberaret, exaudierit. Impiorũ autem ac ſceleſtorum
dicta dubia non ſunt, quin cõgrua illorum moribus ex-
tent. Cæterùm vates in viſionibus conſpectos ſub ſpe-
cie

cie virili angelos ſanctos ob id viros appellat: ſicut Eze- Dan. 8. d. 9. f 10. d.
chiel ſub ſpecie principis Tyri, Iſaias ſub nomine Aſſyrij Ezech. 28.
regis Babylonis ob ſimilitudinẽ, Luciferi deſertoris per- Iſai. 14. t. b. c.
ſonam notant, quem propria nomenclatura Satael nun
cupatũ Honorius Auguſtodunenſis prodit. Horũ verò Li. 7. chro.
loquentium introductorum in ſermonibus differen-
Li XII. tia iam ſatis perſpicua eſt. Subditur tandem duodecim
proph. prophetarum liber, ac primum eſt Oſee prophetæ volu
Oſee. men inſcriptum: in quo, ſicut & in ſequentibus cęterorũ
ferè parum, aut nihil eſt, quod pręter monita prius erga Vi. ſu. c. 9
reliquos vates ſecundum ſuſceptum inſtitutum expen-
di debeat. Nam dicta Iſraelitidis regionis, Vadam poſt Oſe. 2. a. b
amatores meos, qui dant panes mihi: ut conſentanea ei,
quæ dei veri cultum adulteraſſet, arguuntur. Quòd ve-
rò propheta iuſſus à deo aliam paratam cuiuſvis libidini Vid. ſu. c. 2
nemini fidem ſervantem inſtar amantis ambierit, & lu-
ſtris effoſſam pretio ac demenſo cõduxerit ne fornicare
tur: tantum abeſt à mali ratione, ut egregij animi, ac ſan
ctæ dilectionis ſuſpiciẽdum ſpecimen prębeat. Sed quia
id non admodum iam ad propoſitum negotium ſpe-
Ioel. ctat: tranſeamus per Iohelis prophetæ prenotatum codi
Amos cem ad Amos prophetę præſcriptum volumẽ, cuius To Tobię. 2. b
bias meminit, quo vaticinium deſcribitur habitum an-
te duos annos terremotus, quem acccidiſſe in dieb' Ozię Amos. 1. a
regis Iuda Zacharias vates exprimens, innuit eveniſſe, Zach. 14. b
cũm rex ſacerdotum officium uſurpans thymiama deo 4. Reg. 15
adolere conaretur: qđ in Malachim relictum in parali- 2. Pa. 26. e
pomenis explicatum eſt. Porro Amos hîc inducit loquẽ Amos. 7. c
tem Amaſiã ſacerdotem vituli Bethel digna reprehen- 3. Reg. 12 g.
ſione mox ſecuta, in qua vates inquiens ſe nõ eſſe ꝓphe-
tam, nec filium prophetę, ſed armentarium, haud negat

ſibi

ſibi eſſe propheticum à deo mun⁹ coceſſum, ſed id velut hæreditaria parentum ſucceſsione nō proveniſſe aſſeverat, quin potius repētę ſuppeditatum. Dein poſt Abdiæ prophetæ inſcriptum brevem codicem, ſequitur volumen Ionæ prophetæ præſcriptum, totum fere hiſtorica narratione ipſi⁹ vaticinationē deſcribens. Hîc vates prę- ter dicta ſua, in quibus etiam inferioris ſenſilis portionis affect⁹, querimoniam, & indignationem retegens, earū ut fugæ, divinam correctionem ſubiungit: loquētes piè inducit nautas deprecantes innoxię vitę mari, ac leto expoſitæ culpam, q̃ ita obſequerētur oſtenſæ vatis verbis, & mirando tempeſtatis ſigno, voluntati dei cœli, quem veriti votis, & ſacrificijs coluerunt. Inducit præterea regis Ninives edictum, Ninivitarumq; clamorem, quo ad pœnitentiam excitati ſunt, numini acceptum venia obtenta cōprobatum. Porrò in libro ſequenti Micheæ prophetæ prænotato, quod ulterius animadverti queat, non eſt, niſi quòd locutus de ſe uti tertia perſona, inferi⁹ uti primam recte loquentem ita inducit: Vtinam non eſſem vir habens ſpiritum, & mendacium potius loquerer. Vbi culpam optaſſe videtur, nec tamen correctus invenitur: aut ſi non optavit, & tamen adverſum aſſeruit, mendacium non effugiſſe arguitur, quod in dei vatem condentem ſacram ſcripturam nequaquam cadit. Sed re vera propheta deſyderavit vaticino ſpiritu carere, q̄d ſine virtutis, amicitiæ que divinæ detrimento cōtingere poſſet, ac ſubinde fari non quidem fallendi animo, quo mendacij delictum conſummatur; verū ignorantia quę poſtea falſa, nō vera evētu evaderent, potiusquàm cum tribulium graviſsimis damnis certiſsima eorum vaticinia fundere. Non abſimili charitate Moſes flagitavit deleri

Marginalia: Abdias. Ionas. Michæas. Ion.4.a.b.d. 1.a.d. Ioa.1.d. Ioa.3.c. Ex.32.g

deleri de libro nō quidem vitæ perennis ſive ſecundum
prædeſtinationem, ſive præſentem iuſtitiam: ſed eo quē Exo.32 g.
deus inclytis viris legiferis, prophetis, ducibus præſcri-
pſiſſet, cupiens ex illo albo ex punctꝰ vitam privatā age-
re, potius quàm princeps eſſe, nec tamen genti ſuę veniā
poſſe ſuppliciorum vel ingentiū impetrare. Nec his ob-
ſtat ꝙ deus ſubdit, Qui mihi peccaverit, delebo eum de
libro meo. Sine pœnitentia enim ſunt dona & vocatio Ro.11.d.
dei, ut apoſtolꝰ ait. quę ꝓinde quibꝰ largitur, ſine crimi- V.29.
Naum nis culpa nō adimit. Iam poſt Naum prophetæ præſcri-
Abacuc. ptum breviorem codicem ſubit Abacuc ꝓphetæ pręno
tatum volumen, qui primò cū deo expoſtulat, velut par Abac.1.a.
tes agens eorum qui cernentes iuſtis adverſa, impijs iu-
ſtorum oppreſſoribus proſpera evenire, ſolicitantur, ut
in offendiculum incidant: ſed id ſedat ex ore numinis ꝓ
mens, deum maturè incedentem haud mora nimia tar- Abac.2.a
daturum, ut pijs ſecūda præmia, iniquis digna ſupplicia
Sophonias. rependat. Dein poſt Sophoniæ prophetę inſcriptum li-
brum ſubſequitur attitulatum volumen Aggæi ꝓphe-
Aggæus. tæ, qui inter vaticinia ſua refert, Zorobabelem ducē, & Ag.1.a.d 2.a d.
Ieſum pontificem, ac reliquos cives ſuos verbis propheti
cis motos, & ſpiritibus à deo excitatos viceſimo quarto
die ſexti menſis anno ſecundo Darij regis rurſus aggreſ
ſos facere opus in templo dn̄i, fundamenta eius olim cœ
pta, reſtituta iacere abſolviſſe brevi ad conſummatā cō- 1.Eſdr.5.c
ſtructionem alacriter properātes, ut in Ezrę libro expli- 1.Eſd.9 c
Zacharias. catur. Zachariæ verò prophetæ inſcriptus liber tradit re Zachar.7.a.b.
ſponſum redditū Saraſari piè dei mentem cum alijs con
ſulenti. Licet autem latius tendatur, ulterius expenden-
dum nihil pro inſtituta tractatione offert, niſi quòd nō- Iſa.55.c 41.f.g.45
nunquam vates, qđ & apud alios interdum invenitur, c.48.d.
adeo

adeo ſua cum dictis dei ſtringit, ut non facilè pateat, quę ex dei, quæ ex ſua perſona proferat: cùm tamen ad myſteriorum enucelationem, elucidationemq́ veri ſenſus iuxta ſuperius indicata, non parum referat. Si namque
Su.c.9. Zech. 2. d illud, Et ſcies, quia dominus exercituum miſit me ad
Zach. 6. d. te, ad prophetam, ut ſimile inferius referatur, ad vatis legationem ſpectat, ad chriſti verò, ſi ad numen, cuius verba proximè pręceſſerant, habitabo in medio tui, quę rur
Zach. 2. c. ſus paulo ante à dño dicta expreſſa ſunt, poſtquam paria etiam dubię miſsionis verba præmiſſa fuere. Poſtremò volumen pręnotatur Malachię prophetę, qui rogitãtes, *Malachias.*
Mal. 1. d 2. d, 3 c. d. in quo deo adverſati fuerint, velut innocentes, & impietatē, quàm numinis cultum ſecundiorem cauſantes arguens, ꝓmiſſo Elia librum duodecim ꝓphetarum claudit, quorum in fide virtutem Syrachides celebrãs Eſdrã
Eccl. 49. c haud nominans non tamen ſynchroni Nehemię oblit⁹, haud obſcurè deſignavit Eſdram doctorem Malachiam prophetam eſſe. Subiungitur vatibus ad finem veteris inſtrumenti uti recẽtior hiſtoria præſcripta Machabęorum libris duob⁹ digeſta, quorum priore introducti lo- *Machabæorũ. li. I.*
quentes homines præter cõditorem ij attendendi ſunt, quorũ ꝓ virtute ac dignitate dicta in pretio haberi mereantur, obſcurorum, ampliusq́ ſceleratorũ verbis poſt habitis, quæ nõ aliter curanda ſunt, q̃ prout hiſtoriæ veritas conſtãs eſt lagitet. In primis dicta Matathię zelum
1. Mach. 2. 1. & c, c. f, g 8. divinæ religionis ſpirãtia, quo Phinææ cõparatur, è tali utiq́ principio exorta ſicut & res geſtæ, cõprobari ſacri ſcriptoris cõmendantis autoritate monſtrant, qui conſilium ꝓſperum, quaſi à numine ſecundante ꝓbatũ ipſi præſertim aſcribit, ut ſabbathis quoq́ incolumitatē defendere fas haberetur, æquè vera ac iuſta legis interpreta

tione. Itidē in pretio ſimilibus de cauſis verba ſucceſſoris 1. Mach. 3 c. g.
Iudæ Machabæi haberi debent, q & in cœt⁹ precatione
ferventi, qua deum ad miſericordiā, & opem ferendam 1. Mach. 4 a. b. d. e.
flexit, vel pcipuus fuiſſe putandus eſt. Huius incompara
bilis viri, ut fortitudinem & clariſsima facinora, conſilia
quoq; & orationes ſacer ſcriptor mentem ſuam non ob
ſcure aperiēs pdicat, inſtitutioni fideliū divino inſtinctu
pponens imitāda, peculiariterq; conſilium ait incidiſſe
illi ac fratrib⁹ bonū, ut pollutum altare demoliti è rudib⁹
ſaxis novum conſtruerent; dumq; temeritatē eorum p-
dit, qui famam parare ferentes contra ducis Iudę interdi c. 5. g. G.
ctum pliati victi ſunt, ſubdit: Ipſi autem nō erāt de ſemi
ne virorum illorū, p quos ſalus facta eſt in Iſrael, innuens
plane Matathiā cum liberis ad id a numine delectū. Ni
hilo ſecius eos quandoq; ubi oportet, reprehendit, velut
inferi⁹ Iudā incōſultæ audaciæ inquiens: In die illa ceci-
derunt ſacerdotes in bello, dum vul fortiter facere, dum
ſine conſilio exit in plium. Refert autem ſub laudis ſpe-
cie, q Eleazarus Aurā diſcrimini tradidit ſe, ut liberaret 1. Mach. 6 f.
populum ſuum, & acquireret ſibi nomē æternum. Quo
circa vel periculum leti fuit, quale in iuſtis prę lijs aſsiduè
oblatum licite aditur aggrediendo (non defendēdo mo
dò, qd apertius vel debitum eſt;) ſub ſpe iuvandi, vincēdi
aut evadendi, ut interdum, ſeu nō rarò evenit: Vel ſi fuit
ita pſens, dum is elephantum ſuffoſſurus ſubiret, ut fuit
Samſoni tēplum ſuperſtans concutienti: pari divino in-
ſtinctu actus cenſend⁹ eſt, quem ſacer ſcriptor autoritate
dei, cui pravum falſumq; non pbatur, prædicat. Deinde
preces ſacerdotum deus ſibi acceptas oſtendit, cum blaſ- 2. Mach. 8. f. g.
phemum Nicanorem primum in prælio corruentē pu-
nivit, eiusq; copias pfligavit poſt Iudæ obſecrationē fi-
dentem.

1. Mach. 8. dentem. Quæ vero ſubdũt de Romanis audita nullo cer
to autore expreſſo, nõ aliud, q̃ vulgatæ famæ teſtimoniũ
ꝓferunt, quæ hiſtoriographis alijs facilè conſentanea cõ-
peritur. Similia deinceps d̄ Ionatha duce ſucceſſore Iudæ
1. Mach. 9 c. e. fi. fratris non minus celebrato cenſenda ſunt, qui extermi-
naſſe impios ex Iſraele refertur. Scriptor tamen videtur
1. Mach. 12. g. Ionatham notare credulitatis Tryphoni perfido incautè
habitæ, ob quã captus demũ cum filijs perijt. Verũ iactu-
1. Mach. 13. d a. ras omnes ſarcivit Simon dux ꝓ fratrib⁹ ſurgens pariter
1. Ma. 14. a b. in cunctis inclyt⁹ ac celebris iuxta divinas literas ſive ſan
ctæ religionis zelum, ſive cõſilia in pace, belloq;, ſive ſtre
nuitatem in rebus gerendis, ſeu fortitudinem in prælijs
ſpectes: ita ut ob ingentia merita communi populi con-
ſenſu principatus cum ſummo ſacerdotio decret⁹ ei fue-
1. Mach. 14. d. e. f. g rit iugiter, quo ad ſurgeret propheta fidelis expectatus.
1. Mach. 16. c. Apparet nihilominus ſacer ſcriptor ebrietatem notare
Simonis, ſecundum quam cum liberis à proditore ge-
nero perẽptus fuit. Sed huius forte doloſo artificio ebrie
tas ſoceri procurata per innixã affinitati ſecuritatẽ fuit,
vel ebrietas hîc ſumpta eſt non ꝓ vinolẽtia cum rationis
dãno crimineq; appetita, quin potius pro alacritate, quę
vinum liberali⁹ ſumptum cõſequi ſolita in cõvivio etiã
Gen. 43. fi ſancti Ioſephi recenſetur. Poſtremò Machabęorũ inſcri- *Li. II. Machabæorũ.*
pt⁹ liber alter ſubijcitur, quanquã nec ad Iudæ mortem
pervenit, & altius quam anterior, exorſus ſuperioris tem
poris multa deſcribit; in quo tãtùm quæ ad priorẽ nõ in
dicavimus, tangenda breviter ſunt. Cõditores libri ſunt
2. Mach. 2 f. g. qui Iaſonis Cyrenæi hiſtoriam quinq; libris digeſtã in
2. Mach. 1 c. hanc epitomen coegere, quorũ ꝑſonis ac præſertim Iudę
in ſenatu ad id potiſsimũ delecti, quæ præfantur, quæ-
2. Ma. 15. g que ad finem apponuntur, ubi venia ſtyli minus exacti

 petitur

petitur, aptè congruunt, quę ꝓinde non minus quã quę
vis alij conveniẽtia per almi ſpiritus inſtinctum inſtitu-
tioni noſtræ conſcribi dignum fuit. Qùm vero aiunt,
veritatem ſe de ſingulis, autoribus concedere, non tã ſi-
gnificant ſe ſuam aliena liberare fide quaſi nil aſſerẽtes,
ꝙ atteſtari de veritate alienis ſcriptis circa ſingula, quæ
ipſi in cõpendium redegere. Ad hos etiam collectionis à
conditores ſpectat ꝑpoſita epiſtola unde viginti annis 2. Mach.
prior eiſdem quibus & epitome directa. Inducitur autẽ 1.a.b.
& obſecratio Nehemiæ, & cõſcripta cõmentaria, & Iere 2. Mach.1 f.
miæ deſcriptiones, unde nonnulla referuntur, quæ cùm 2. Mach.2
ita certò aſſerta ſint illorum, quorum ſacris literis ꝓprijs c.a.b.
etiã conditis libris canonica cõſtat autoritas, qualis & ijs
hîc aſcribi planè deſignatur, ad eandem pertinere iuxta
ſuperius habita liquet. Dein inferunt dicta Eleazari ſcri Su c, 9.
barũ primoris martyrio ſancita, cuius exemplũ virtutis, 2. Mach. 6
& fortitudinis hiſtoria celebrat: Sic verba martyrũ Ma- f.g.
chabæorum ſeptem, ac matris ſancto mirãdi certaminis 2. Mach.7
teſtimonio conſecrata ſunt, quorum in cunctis exemplũ
fidelibus inſtituendis ſacra ſcriptura proponit exhorta-
tioni mirabilis matris præcipuè aſcribens, ꝙ ſapientia re
pletam aſſerit. Scripſit de his libro privatim dicato cele-
berrimũ encomiũ Ioſephus, à quo parens Salomona nũ
cupatur, filij vero per ordinẽ Machabęus natu maximus
à quo Machabæorum nomen cunctis inditum apparet,
hinc Abner, Machir, Iudas, Achas, Areth, Iacob ſupre-
mus, quorum martyrium ab eiſdem diſciplinę doctoris
Eleazari martyris potiſsimũ tribuit. Quòd autẽ quart᾽
Iudas impio Antiocho dixit, tibi reſurrectio ad vitã non 2. Mach.7
erit, non ſignificavit illum non fore tãdem cum cæteris c.c.
ſuſcitandum, ſed prędixit ad mortem perennem potius

eum ſuſcitatum iri, q̃ ad veram vitam beatã. Mater verò inquiens extremo filio ſe ſuaſuram, non id pollicita eſt, ꝙ trux tyrannus avebat, ſed qđ ſe dignum erat, utq; recepit, cumulatiſsimè pręſtitit. Porrò de Iuda Machabęo cum alijs iã ad ſuperius volumen examen præmiſimus,
1. Mach. 15. h. cuius & hic præter alia præclara dignum fide ſomnium
1. Mach. 12. g. ſeu viſus aſſeritur, priusque recta & religioſa de reſurrectione quam ſperaret, exiſtimatio. Aſsimilis fides Razię
2. Mach. 14. g. f. verbis ꝓdita necem ab eo ſibi gladio, præcipitatione, ac inteſtinorum iactu illatã velut à divino inſtinctu, ſicut & Samſonis, ꝓfectam excuſat, immo & cõprobat cum præpoſitis ſanctę ſcripturis verbis ita innuentibus ac ꝓbantibus: gladio ſe petijt, eligẽs nobiliter mori, potius q̃ ſubditus fieri peccatoribus, & contra natales ſuos indi-
Vi-ſu. c. 9. gnis iniurijs agi: ubi ſcribentis mens factum approbans ſatis conſtat. Inſunt deniq; impiorũ nonnullæ inſignes ſententię, poſtquã ſupplicijs ad numinis cognitionẽ per
2. Mach. 3. f. ducti ſunt, velut Heliodori, Nicanoris, Lyſiæ, & Antio
2. Mach. 8. f. 11. c. chi Epiphanis, niſi qđ non prorſus è ſyncero animo exor
2. Mach. 9. c. d. tæ fortaſsè pleriſq; ſunt, uti nec Antiocho fuere, ſed metu, & ſpe ſubdola extortę. Quod apertè divina ſcriptura indicat dicens: Orabat autem hic ſceleſtus dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus. Si enim vero [illegible] ſcelerum pertæſus ad deum converſus preces funderet, proculdubio veniæ miſericordiam adipiſceret
Ezec. 33. c iuxta oraculum Ezechieli prolatum: Impietas impij nõ nocebit ei, in quacunque die converſus fuerit ab impie-
2. Mach. 8. d. 13. f. tate ſua. Interſeruntur demum & multitudinis etiam ſacerdotalis orationes, quæ quòd aliunde pię pateant, obſervatione dignæ ſunt, potius quàm ob cœtus dubiam perſonam, excepta eccleſiæ univerſæ autoritate certiſ[illegible]

egredietur ſummus ductor, q populũ meum Iſrael regẽs tẽperet, cuius exort⁹ æternus duratione ſit ꝑ orbis initio; ꝓpter quem dignitate iã nõ inferior ſis, verũ nõ oppidulis modo, quin poti9 regijs civitatib⁹ ſupereminea s: atq; iuxta ſcribarum ſermonem evangelio inſertum ꝓmere? Et tu Beth-lehem, terra Iudę, nequaquam ꝑſtantia es civitas minima in edendis ꝑſidibus, ſeu ducibus Iudę, licet amplitudine ſis exigua ſatis nota: ex te quippe egreſſur9 eſt ductor, q reget paſcens populũ meum Iſrael, cui9 vel
1.Par.11. ſ.27.c. ſolius ob ſupremũ culmen cunctis locis anteferaris, alijs
1.Reg.16 inclytis principib9 ex te ortis, veluti rege Davide, ſilẽtio
math c.3. ꝑter miſsis. Dein Ioãnis baptiſtæ dicta nõ min⁹ autoritatis, q̃ ꝓphetica, ſortiunt̃, utpote quẽ numinis legatũ ex-
mat. 11.b. cellentiorẽ ꝓpheta Servator aſſeruit. Porrò leproſi verba mundicies impetrata, centurionis verba inſuper à Chr̃o
mat 8.a.bc celebrata fides ſyncera veritate fuiſſe prõpta cõfirmavit. Scribã verò tecti doli dñs notare viſ⁹ eſt, diſcipulũ ſecuturũ ſupvacaneę curę: ac diſcipulos intẽpeſtate pavorẽ eſſe rẽtes puſillæ fidei arguit. Reiectis autẽ invidis Ieſu pſecu
mat.9,c,e, torib⁹ nõ nihil etiã livoris adverſ⁹ eũ diſcipuli Ioãnis ꝑ ſe tulerunt, quo ipſis autoritas depreſſa eſt. Sed ut ſuorum offendiculum inſtitutor non minus modeſtus, q̃ verax
mat.11.a. Ioa.1.d.c. ſedaret, miſit eos ad ſervatorẽ ſciſcitatũ nõ tã ꝙ ipſe aſſeverarat, eũ eſſe Chriſtũ venturũ expectatum, q̃ opera mirãda id aſtruentia; quæ exhibita ꝓ reſpõſo tulerunt. Rur
Mat.9.e. Mar.5.d, ſus Iairi verba ꝓlata fuiſſe non tã firma fide, q̃ hęmorroy
Luc.8.g. Mat.9.d. ſæ fuit, dominus indicavit, ut apud alios evangeliographos latius aperitur. At cęcos veram fidem profeſſos, ſecundum eam Servatore iubente lux reddita oſtendit.
Cæterùm apoſtoli, alijq; dominici diſcipuli ea plerunq; aiunt, quæ ꝓfectum in pręceptoris diſciplina deceant:
ſi qua

ſi qua verò altiora ſapiẽtes definiunt, ipſius veritatis ore Mat. 3.b.e, 14.b.
cõmendãtur, veluti cùm Petri confeſsio à cœleſti revela- Mat. 16.c.
ta Patre cõprobata eſt: ut contrà ubi quidpiã min' rectè
inquiunt, agunt ve, numinis cura correctio adhibetur,
aut reprehenſiò deſignatur, uti qũ noctu ſuper aquas Ser Mat. 14.c.
vator ad diſcipulos, Petrus ad Servatorẽ pergeret, formi
dãtibus imbecillis fiduciæ nòta obiecta eſt. Quòd verò
turbati dixerunt phantaſma eſſe, ꝙ verũ non fuit, eaten'
à mendacio eximit', qua turbationi viſum expreſſerunt.
Sequens autẽ confeſsio, verè filius dei es, in ſimilibus lau Mat 14.d
data cõperitur, prẹſertim ea, ob quã cẹleſtis regni claves
Petro ꝓmiſſæ fuerunt: qui paulo mox tamẽ graviter in- Mat. 16.c.d
crepitus fuit, ꝙ humana ſapiens ac divinorũ ignarus par
tes Satanæ agens magiſtrũ retrahere tẽtaret ab hominũ
reparatione per necẽ expedientiſsimã peragẽda. Adhẹc
ex magna fide laudibus à chriſto elata Chananitidis ꝑ- Mat. 15 e.
fecta verba ſatis ꝓinde amplã cõprobationẽ nacta ſunt.
Vlterius Petri dictum de trib' tabernaculis cõſtruendis Mat. 17.a.
ab alijs evangeliſtis velut mẽtis ab alienationi aſcribitur, Mar. 9.a. Luc. 9.d.
qua quid loqueretur, neſciret: inferius autẽ diſcipulis co
gitantib' incredulitas exprobat', ac mox ambitio corripi Mat. 17.c.
tur, ob Zebedẹos rurſum fratres, & in ultima cœna etiã Mat. 18.a. 20.d.
repullulans coercita. Corrigitur p̃terea numerus veniẹ à Luc. 22 c. Mat. 18.c.
Petro interrogante p̃ſcriptus: & increpatio diſcipulorũ Mat. 19.b.c
parvulos accedẽtes à Servatore arcentiũ: ut contrà prius
quadamtenus probatur eorum ſententia, minus expe-
diens eſſe nuptijs colligari. Deinde verba principis,
quamvis virtute adhuc infirmi, vera tamẽ illud indicat,
quòd à Marco refertur Ieſum intuitum eum dilexiſſe, Mar. 10. c.
quandoquidem veritas mendacium, ac perinde menda
ces hypocritas non amat, nec iuſtitia in ſynceros, ſed
quos

Lu.18.d quos verè iuſtos amore ſuo reddit. Lucas verò de hoc narrans diverſum demonſtrat ab illo, quem alio loco tẽ

Lu.10.c. tentantem inducens fictum notat parabolam in ſe latã ſeminecis Samaritani audiſſe, licet uterque viam æter-

Mat.19.d næ vitæ percontatus fuerit. Stupor porrò diſcipulorum de difficultate ſalutis perennis adipiſcẽdę à Chriſto diſcutitur. At in dominica parabola operariorum vineæ murmurantes invidi oculi arguuntur: ſed qui ad eum modum introducuntur loqui, nova diſtinctione minimè

Mat.20.b 6. egent præter eam, quam ſatis apertã ſtructoris narrationem componentis artificium pandit. Poſt hæc filij Zebedęi neſcire, quid per matrem poſcerent, à præceptore dicuntur, calicem tamen eius bibituri verè pol-

Mat.20.d. liciti. Duos verò alios cœcos iuxta Ierichoverè fidem dominicam protuliſſe ſervator eam ſalutiferam ſecũdum

Mar.10.fi. Luc.18.fi. alios euangeliographos efferens confirmauit. Acclama

Mat.21.a b. tio autem multitudinis Chriſto Hieroſolymam advenienti effuſę, qualis & puerorum in templo, ab ipſo laudato pſalmographi teſtimonio defenſa, ſimiliter appro

Luc.19.f. bata, ſicuti alia diſcipulorum apud Lucam, intelligitur.

Mat.26.a b, Aſt ubi Servator à muliere unguento delibutus ipſam tutatus eſt à diſcipulorum calumnia, eius præſertim Iudas ſuccẽtor deſignatur, cuius ſtatim proditio pacta ſubiungitur: ideo què dicta ipſius pari cum actis loco iuxta peſsimam mentem haberi merentur. Verùm Petrum

Mt.26.c magnificè de ſe ſpondentem pariter, atque cæteros diſcipulos præceptor prædicta negatione, ac fuga iuxta Ioã-

Ioa.16.g. nem aperta correxit. Abnegationes autem Petri æque

Mat.26.g prauas ac falſas magiſtri prævia correptio, et conſequens apoſtoli fletus teſtatus eſt. Quid enim oportet niti à mẽdacio excuſare, quem licet ſalva interiori fide, à gravìſsi

mo perfidię crimine exemptum oſtendere nequeas? Pō tifex verò dicens Chriſtum blaſphemaſſe, ſacrilegè mē-titus eſt. Quanvis nanque dignitatis ratione numen ei aliquando propheticum inſtinctum ſuggeſſerit, ſicut Ioannes detexit: tam impotens tamen fuit Caiphæ iti- Ioan. 11 g dem atque conſeſſus malitia, vt per omne nefas, ne dicā falſitatem prophetię adverſam, letum innocenti ma- Vi. ſu. l. 1 c. 11. chinari ſtudens vaticino ſpiritu tactus non niſi qum divina conſtat autoritate, debeat exiſtimari. At proditoris vera quidem, ſed non prorſus ſyncera, deſperationi nē Mat. 27. a. b. pe adiuncta, confeſsio fuit, Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. Præſes autem rectè conatus leto Seruatorem eri pere, calumniantibus demum inuitiſsimè ſuccumbens tyrannidem in inſontem per acerbiſsimos cruciatus ac necem exercuit falſò prẹfatus, Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius; quanquam Ieſum iuſtum veriſsimè di xit. Potius multò uxoris eius mandatum fuit, quo & Ieſum iuſtum, & diſcrimine vt ſubduceretur, dignum ſig nificauit. Centurionis porrò ſententia, quòd crucifixus Mat. 27. f verè filius dei eſſet, non vera modò, ſed pio animo prolata monſtratur à Luca dicēte illum ita glorificaſſe deū. Lu 23. g. Denique ubi Matthæus refert cuſtodes annuntiaſſe Mat. 28. c pontificibus cuncta facta, factis etiam circa dominicam reſurrectionem ipſe rurſus atteſtatur. Nam & hoc differt inter obliquam orationem relatam, ut recta inducta relator non aliud aſſerat, quam eam fuiſſe ab aliquo prolatam, cuius autoritate iudicanda ſint ſignifi cata vera ne an ſecus, certa, necne extent: obliqua verò nō rarò è narrationis proceſſu innuitur relator id ipſum quod ſignificatur, aſſeverare iuxta ac qui locutus refertur: velut ſi evangeliſta ſcriberet à quibuſdam nuntiatū

eſſe

eſſe Chriſtum reſurrexiſſe. Quare diſcretionis certioris gratia introductorum rect[9] ſermo maximè ſacris libris in uſu eſt, ut liberius de inductorum pondere pro cuiuſque ratione, iudicium ferri queat. Succedit prænotatum evangelium ſecundum Marcum, in quo ac cæteris evangelijs ſpectantium ad expoſitum inſtitutum ea tantũ animadvertenda erunt, quę ad primum anno- *Marcus.*
Mar. 3. c. tata non fuere. Error cognatorum dicentium Servatorem in furorẽ eſſe verſum, ab ipſo notatus eſt veluti peccatum in filium hominis, in Spiritum ſanctum verò calumnia ęmulorum miracula numinis immundo ſpiri-
Mar. 10. d f. tui aſcribentium. Inferius pater lunatici dicens, Credo domine, adiuva incredulitatem meã, fidem ſe habere, ut ad ſanitatem obtinendam dominus exigebat, ſed imbecillem faſſus eſt. Ioannes vero cohibitus quenquam vetare in Chriſti nomine virtutem edere, factum ſententiã que ſuã corrigi accepit. Vlterius ſcribæ dictũ, Bene,
Mar. 12. c. magiſter, in veritate dixiſti, quia vnus eſt deus, & nõ eſt alius pręter eum: & vt diligatur ex toto corde, cum reliquis, ſapiens reſponſum evangeliographus Ieſu agnitũ aſſerit, quo propior ille regno dei haberetur. Cętera iam patent. Sequitur præſcriptum evangelium ſecundũ Lucam, qui præter exordij præfationem, de ſe poſtea nuſ- *Lucas.*
Luc. c. 1. quam apertè verba facit. Inductorum autem hominum
b. & ca. c. d. loquentium primus Zacharias prolatæ dubitationis pœnam ſilentium pertulit, ſed impoſito pręcurſoris nomine indicato ab angelo repletus Spiritu ſancto reſoluta lingua inſigne canticum edens prophetavit. Similiter Spiritu ſancto repleta Elizabeth domini ac matris eius fauſta prœconia extulit, ad quem Spiritum etiam priora verba eius pertinere, de quibus non

reprehenditur, illud indicio eſt, quod iuſta coram deo prius ſacris literis recenſetur. At Virginis matris verba, ſupremumque canticum autorem habuerunt Spiritum ſanctum pleniſsimè ſuperfuſum, ſummũque dominũ, qui cũ ipſa Gabriele nuntiante omni ex parte fuit, ideo que cum unigeniti dictis annumerãda ſunt. Simeonis præterea verba & canticum ad ſanctum Spiritum inha- Lu. 2. d. f.
bitantem referri debent, itidemq; Annæ, quòd prophe- e. g.
tis prænotetur, laudes redemptorem expectatum ad eſ-ſe prędicantes: ſicut & encomia paſtorum ad dominum angelico nuntio mittentem in Chriſti nati cunabula. Deinde qum virgo parens queribunda dixit, Fili quid feciſti nobis ſic? neque reprehenſa, neque correcta per ęterni Patris vnigenam fuit, qui potius matris occaſione uſus genus humanum inſtituit, docens altius de numine ſuo, ac ſuperno parente ſentire, quemadmodum & in nuptijs iuxta Ioannem fecit. Vlterius ubi Petrus ad Ioã. 2. a.
pręceptoris verbum rete laxat, fidens obſequium oſten- Luc. 5. b.
dit, ubi vero iactus mirandi ſtupore correptus, ac ſuæ indignitati metuens dominum à ſe digredi ſupplex orat, correctus ab ipſo, vt bono ſit animo ad homines ſalutariter capiendos invitatur. Ad hæc Simon phariſæus pri- Lu. 7. f. g.
mùm de Chriſto perperam cogitans, ab ipſo tangitur, deinde rectum iudicium exerens, probatur. Rurſus filij Zebedęi è cœlo ignẽ in Samaritanos inhoſpitales evo- Lu. 9 g.
care ferentes increpiti à pręceptore audierunt, neſcitis, cuius ſpiritus eſtis; qui & ſectaturum moræ ſpatium petentem correxit dicens, reſpicientem retrorſum non eſ-ſe dei regno aptum; & ſeptuaginta duos diſcipulos geſtientes ob dæmonia ſubiecta, oſtendens potius gaudẽ- Lu. 10. c. ſ
dum, quòd ipſorum nomina in cœleſti albo conſcripta

eſſent; & Martham inſimulantem deſidię ſororem, inquiens Mariam optimam partem permanſuram elegiſ-
Lu.11.c. ſe. Non correxit autem mulierem quæ beata membra genitricis ipſius meritò extulerat, ſed indicavit, unde beatitudinis radix ſumenda foret. Præterea modum ſar-
Luc.19.b.d. ciendi iuſtitiā à Zachęo proditum approbavit reddens, tunc in ea domo ſalutem eveniſſe. In parabola verò minarum decem à Chriſto verba faciēte adiecta inducitur
Su.c.8. rex calumniantem ſervum nequam refellens uſuras flagitare: quod ambiguitatem offert, quaſi uſuras probet rex, qui iuxta parabolæ ſenſum exigētis omnes ſuas partes commodè propoſito applicari, chriſtus intelligitur, cui nihil iniquum expetitum eſſe quit. Quo circa vel parabola pro exemplo ſeu paradigmate ſumpta eſt, unum aliquid potiſsimùm ſecundum ſimilitudinem elucens apta concluſione, colligente, ut membra reliqua colla-
Luc.18 a. tionis immunia reſtēt: qualiter improbi iudicis, importunęq; viduæ parabola fuit ab eodem evangeliſta nūcupata: vel ſi propriè parabola eſt, uſuras vocat non ſtrictè iniuſtum ex mutuo lucrum, ſed latè quodvis lucellum induſtria menſaria partum, cui vel ad oſtentationem locatę pecuniæ pretium referunt, prętcr alias recōditas negotiationis ſpecies commodum non iniquum afferentes. Inferius reſponſo Servatoris annuentis comprobata
Lu.23.f. eſt prę ſtantiſsima reſipiſcentis latronis oratio increpantis alterum blaſphemum, ob quem deſignandum evangeliſtæ priores per ſynedochen latrones convitia iactaſſe retulerunt. Demum ſermonem Cleophę Chriſtus
Lu.24.c. confirmavit, cum ex eo admiſſo ſtultitiam duorum, & cordis tarditatem ad credendum arguit. Subit inſcriptū evangelium ſecundum Ioannem, qui ut libri conditor *Ioannes.*

ter directè locutus apertè cōperitur in principio dicens, habitauit in nobis & vidimus gloriam eius, & in calce, Ioa. 1.b,
& ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius, cum publi- Io. 21.g.
ca plurimorum teſtificatione ſuam coniungēs, & clauſulam perficiens ita, nec ipſum arbitror mundum cape re poſt eos qui ſcribendi ſunt, libros. Nam illud, & de plenirudine eius nos omnes accepimus, cum cæteris vſque ad ſequens baptiſtæ teſtimonium, dubium eſt, ſpe ctet ne ad evangeliographum, an pars ſit primi teſtimo nij baptiſtæ, ut Auguſtinus ſenſit. In alijs evāgelij locis To. 7. li. de gra. & lib. arbit. ad Valent. c. 9.
ubi de ſe quidpiā refert evāgeliſta, ſicuti de reliquis, ita de ſe tanquam tertia perſona etiam rectè loquente indu cta tractat, de quo cum alijs hominibus qui fati introdu cuntur iuxta monita ſuperius, agemus. Ac primò verba Su. c. 9.
Philippi vera, quòd Ieſus ſit is, quē potiſsimum lex Mo Ioa. 1. g.
ſis, ac prophetæ præſcripſerint, evāgelium totum, & inſtrumenti utriuſque ſacræ literę univerſæ confirmant. Nathanaelis verò dicta Servator à falſitate aſſeruit, ipſum doli expertem pronuntians. Dein architriclini ſer mo ipſa regeſta cōprobatur. Iudęorum aūt traditio, qua Ioa. 2. b.d
draginta ſex annis ędificatum eſſe templum, hactenus aſtruitur certa, quòd neutiquā confutatur. Adhęc Nico Ioa. 3. 7. g. 9 g.
demi virtus alibi contra factionem Chriſto inimicā prō pta, & erga dominicū corpus etiā exhibita dicta ipſius obſervantia digna reddit: tantùm eum Servator hebetu dinis notat, incredulitatis verò potius ordinem eius phariſaicum, inquiens, teſtimonium noſtrum non acci pitis, &, terrena dixi vobis, & non creditis, ubi evidentis ſcientię teſtimonium à multis, nempe à tribus divinis perſonis Patre in ſuo baptiſmate, almo ſpiritu, atque ſe perpetua prædicatione latum pręṫulit. In ſacris quip-

quippe literis non omni ex parte recepta eſt numerorũ
Li. 8. inſt. orat. c. 6. Exo. 8. f. lata libertas per Fabium tropo ſynedoche aſsignata: ut licet muſca graviſsima pro innumeris muſcis vſurpetur, nõ itidẽ in uſu ſit, enallage Latinis pſertim frequẽtiſsima, uti ſi quis de ſe uno ſingulariter loquatur, dicat, quòd ſcimus, loquimur, & quod vidimus, teſtamur, & teſtimonium noſtrum non accipitis, pro eo quod eſt, quòd ſcio, loquor, & quod vidi, teſtor, & teſtimonium meum nõ accipitis. Quin immo illiuſmodi locutio ſocietatem amplius congruam diſignat, veluti, qum Nicodemus dixit, Scimus, quia à deo veniſti magiſter, pro eo qđ eſt, è ſignis certò novimus publica ad omnes Iſraelitas notitia delata: non ab ſimiliter atque Samaritani di
Ioa. 4. f. b. &c. xerunt, Scimus, quia hic eſt verè ſaluator mundi, atteſtãtes Samaritidis pręconijs, quæ in religionis pio ſtudio ſub pceptore ſummo mirè profecerat. Mox aulici, ac tribuliũ incredulitas arguitur, qui credidit cõfeſtim etiã cũ
Act. c. 13. a. tota domo, filio ſanato, q forte fuit Manahẽ Herodis te
Luc, 8. a. trarchę collactane⁹, patre Chuſa Herodis pcuratore, matre Ioanna Chuſę uxore, quę cũ alijs lectiſsimis fęminis domino ac diſcipulis ei⁹ è ſuis facultatibus miniſtrabat,
Luc 23. g. 24. a. b. quæ ipſum & in morte nõ deſeruit, & reſurrectionis ei⁹ nuntiũ retulit, ſicuti Lucas ſignificat. Alijs obſcuriorib⁹
Ioa. 6. g. pręteritis, diſcipuli offenſi, ac deſertores, pręcipuè prodi
Ioa. 7. a. Mat. 16. c tor, & increduli cognati carpũtur; Petrus pro apoſtolis dicens, nos credidimus, & cognouimus, quia tu es chriſtus filius dei, in ſimilibus verbis etiã cõmẽdatus eſt. Cęterùm in æmulorum ſermone, qui aliòqui non aliter attẽdi debet, q̃ prout narrationis neceſsitas cogat, ſinatve: obijcitur Servatori, qđ Samaritan⁹ ſit, ac dæmoniũ habeat: quorum poſterius refellens de priori tacuit, quaſi con

ceſſe-

ceſſerit, ſicut nonnulli perperam ſentiunt: nam Grego-rius pontifex ſignificatum cuſtodem rectè accepit. Ve-rùm chriſtus quod erat confutatione dignum, accuratè redarguit, alterum minoris momenti velut rei eviden-tia, publicaque notitia exploſum prętermiſit. Manife-ſtum ſiquidem cũctis erat dominum oppido materno Nazareth conceptum, in Bethlehem natum eſſe, quan-vis id quidam exteri prius ignorarint. Cœci autem illu ſtrati oratio, velut qua partes Servatoris gnaviter defen dit, accuratiſsimè ab evangeliſta expoſita, eo ipſo appro bata monſtratur, vt iam cenſeatur autoritate divina, cer ta iuxta pręhabita, eo pręſertim quòd quęſitum inveniſ ſe dominus deſignatur, ut propugnatorem ſuum bene-meritum ornaret amplioribus muneribus cumulans. Obſtare autem his videtur, quod aſſeruit, Scimus, quia peccatores deus non audit: quę ſententia ſi abſolutè ſu-matur, cæco animo potius digna fuerit: aliôqui ſuperva caneum erit contra ſapientis monita de priſtinis admiſ-ſis peccatores precari deum, ut ab eo remittantur. Atta-men inclyto noſtro defenſori longè alia mens fuit, è cõ-textu ſermonis ſatis elucens; nempe deum non audire peccatores ad vera miracula, cunctis inſuper ſæculis ra-riſsima edenda in comprobationem divinę legationis, vitęque illibatę, qualiter à numine aſsiduè Ieſus ſigna promens exaudiebatur: eaq; propter mirum eſſe, neſcire adverſarios unde foret qui ſuprema prodigia operare-tur, nec agnoſcere à deo miſſum ita profectum fuiſſe. Poſtea qũm ęmuli Servatori poſt blaſphemiam oppo-nunt, & quia tu homo cùm ſis, facis te ipſum deum: is blaſphemiam diluens, obiectum non inficiatus, quod niſi verũ eſſet, maximè repelli oportebat, ſe utique deũ ferre

Ex. de præ ſup. c. 5. Nonne.

Ioa. 7. g.

Ioa. c. 9.

Su. c. 9.

Eccli. 21 A

S. Tho. 2. 2. q. 188. 2.

Ioa. 8. d. f. f.

Vi. Euthy

Ioa. 10. f.

ferre, aſſenſus eſt. Multorum autem dictum, Ioannē quidem nullū feciſſe ſignū, quęcumq; verò is de Ieſu dixiſſe, vera extitiſſe: tū ex hiſtoria evangelica verū conſtat, tū ex eo quod evangeliſta ſubdit, ſic multos in Chriſtū credidiſſe, cuius fides fictione non nititur. Inferius Marthę
Ioa. 11.d. verba egregiam fidem Dño poſcente oſtendunt. Porrò
Ioa.13.a. Petrus quòd pervicaciter ablutioni obſiſteret, correctus
Ioan.18.b eſt, à pugna verò potius cohibitus ſublimioris myſterij gratia, quam reprehēſus, immo verius ij reprehēſi ſunt, in quos cum gladijs adverſus innocentem egreſſos in-
Mat.26.e ternecini gladij comminatio iuxta Matthæum directa
Ioa. 19.d. fuit. Pilati autem reſpōſum, Quod ſcripſi, ſcripſi, quaſi ea mente dictum, quòd pro titulo ſcripſi, perpenſê, ritè, nec mutaturus ſcripſi, evangeliſta tanquā divino conſilio verè pro latū refert ad regiā Meſsiæ dignitatē vndiq;
Ioa 18.g. teſtandam, quā ex præſidis ore Servator affirmarat: ſi-
Ioa. 19.e. cut & militū de veſte verba, Non ſcindamus eā, ſed ſortiamus de illa, cuius ſit, divinæ inſtigationi, cui vel ignari obſecundarent, pariter, atq; actum tribui debere innuit ſignificans id factū, ut ſcriptura impleretur, ſicuti
Ioa.20.a.b c.d. continuò ſubiūgit. Deinceps dicta Mariç Magdalenæ cū perſeverante ſedulitate ardentiſsimā charitatē indi-
Mar.16.b cāt, ob quam dñs ſuſcitatus ei apparere dignatus priusq̃ ulli cæterorum omniū ſectatorum, parente tñ extra nu-
Ioa.20.f.g merum conſtituta. Thomę aūt præfracta verba, & incredulitatis ſpeciē Servator carpſit, quo nube diſcuſſa, munerum ſpiritus almi collegio apoſtolico cōceſsi functione rectè poteretur. In apoſtolis quippe duodecim fidē
Li 6, cōſ apoſ.c.5. non defeciſſe, ipſi per Clementem tradunt interpretan-
Luc.22.d. tes de cunctis quod Chriſtus Petro dixerat. Olim, inquientes, congregatis nobis dicebat de nobis, quòd ro-

gauit, ne deficeret fides noſtra. Summã deinde Thomæ confeſsionem dñs comprobavit, & apoſtolorum verba iá ſancto flamine illapſo divina ei' autoritas fidelium inſtitutioni ꝓpoſita ſáxit. Itaq; dilect' diſcipulus ubi loqui introducitur, Dñs eſt, certiſsimam veritatem ꝓtulit, q̃ & ipſe ſcriptor aſtantes ſcire aſſeruit. Talia dicta Petri de chriſti amore cenſenda ſunt: cuius rogitantis occaſione ſermonem inter fideles egreſſum de ſe conditor evangelij hactenus corrigit, qđ non dixerit expreſſè dñs, non moriturum eum, ſed uſq; ad adventum dominicũ, mãſurum: de ſeto nobis expendendum relinquens. Subijciũtur dein Acta apoſtolorum præſcripta, in quibus libri conditor evangeliſta Lucas principio præfatus de evangelio à ſe conſcripto, uſque ad Troadem de ſe mentioné differt, unde tanq̃ prima perſona loqui rurſus orditur, ſocietatem cum Paulo, & alijs fidelibus collatam deſcribens. Ac dicta eius, & apoſtolica relata in ſacras literas poſt effuſionem ſancti Spiritus in apoſtolos & evangelicos legatos demiſſam iuxta definita ſuperius, probata oportet autoritate divina exiſtimari, niſi alicubi correcta reperiantur. Quo circa de ijs agi opus amplius non eſt, niſi qua difficultas propoſito inſtituto ex adverſo appoſita diſſolvenda offeratur. De alijs igitur hominibus rectè loquentibus inductis acturo primùm occurrit curioſitas eorum qui convenerant, fidelium ad futurorum momenta noſcenda proſiliens à Servatore coercita: quibus cum apoſtoli aderant reprehenſioni minimè obnoxij, ut conſentaneum eſt: quos tamen ſi comprehendi contendas, correctio adiuncta ſuperiorem doctrinam ſtabilit. Vlterius verba religioſorum ex varijs nationibus, quòd audiſſent Ieſu ſectatores loquentes linguis

*Acta apoſtolorum*

Vi.ſu.c.9. Ioa, 21.c. d.g. Act.1.a. Act.16.b Sup.c.9. Act.1,b. Act 2,b.

guis ſibi proprijs conditor libri aſtruit eandem ſententiam præmittens. Et inferius fidelis cœtus precationem
Act. 4. c. f. is approbavit qui locum commovens cunctos denuo tactos Spiritu ſanto replevit. Poſtea Gamalielis orationẽ obſervatione dignam ſcriptor ipſe oſtendit eum prefatione honoris inſigniens: ſed non illico autoritate canonica
Act. 5. f. g nica donavit, vt is non quiverit alicubi errore, oblivione, incogitantia labi, quanvis cuius gratia precipuè à ſacro ſcriptore cum laude commemoratus eſt, rectè ſuaſionem tulerit, ut evangelica religio ſignis publicis fundata procedere pacatè ſineretur: quòd cùm á numine orta eſſe poſſet, ſi quidem ita foret, diſſolvi nequaquã valeret, quin potius adverſantes in eo ſe diſcrimine conſtituerent, ut deo repugnarent: ſin verò humanum commentum eſſet, per ſe diſſolveretur ſine gubernantium labore, culpę que periculo negligentia conflandæ; quando iuxta negotij merita expenſa prohibere, impugnare que non tenerentur. Exempla verò accommoda in medium attulit Theudę occiſi, quem ta-
Li. 20. anti Iud. c. 41. men Ioſephus refert capite plexum à Cuſpio Fado Iudææ procuratore poſt vita functum Hieroſolymo-
Act. 12. a. rum Regem Agrippam Herodem, à quo Iacobus fra-
Act. 11. d. ter Ioannis iugulatus, & Petrus in vincula coniectus fuit imperatoris Claudij Cæſaris tempore, qui Agrippam regno auxit compluribus poſt hæc primordia eccleſiæ annis exactis: ac rurſus Iudæ Galilæi quem poſt Theudam prodit extitiſſe in diebus profeſſionis cenſus, ac periiſſe, ac obſecundantes ei fuiſ-
Luc. 2. a. ſe diſperſos. At nativitatis dominicæ tempore Auguſti Cæſaris edicto cœpta profeſsionis cenſus deſcriptio prima peracta eſt ſub præſide Syriæ Qui-

riæ Quirino, qui ut Ioſephus narrat, Archelao filio Herodis maioris poſt nonũ regni annum in exiliũ acto ab Auguſto miſſus ſecũ afferẽs Coponium adminiſtratorẽ Iudææ præficiendũ recenſionem pacatè abſolvit, cui tamen adverſabatur Iudas Gaulanites Gamala ortus prætextu libertatis populos in defectionem ſollicitans, qui Galilæus ſectam quartã poſt Eſſenos, Pariſæos, Sadducæos invexit, vt ſectatores neminem præter deum dominum appellare vel exquiſitiſsimis cruciatibus adigi quirent: cuius filij Iacobus & Simon poſtea in crucẽ acti fuere à Tiberio Alexãdro Fadi ſucceſſore. Ab hoc ſectatores Galilæos dictos Oecumenius cenſet ſacrificia pro Cæſare offerri prohibentes, de quibus ſuppliciũ iratus Pilatus ſumpſerit inter ſacrificia quæ ij legitima ducebant. Sed ad nodũ redeamus qui nos undiq; videtur ſtringere. De Theuda nanq; aut dicendum eſt nõ unum, ſed vel duos homonymos ſimilis inſaniæ fuiſſe, aut Gamalielem magni pretij virum rectius ſuæ tempeſtatis rem tenuiſſe, quàm Ioſephum natum imperante Caio, puerũ adhuc ſub Fado, qui aliquando nõnulla invertit, veluti qum in libris belli Iudaici Simonẽ Galilæum dicit, quẽ in antiquitatibus Iudam protulit, atq; Ceſtium Feſtum, quem Cuſpium Fadum illic ſcripſit. Non enim libet dicere, quod alijs forte ſederet, Theudam longo tempore fallacias machinatum à Gamalielis ætate uſq; ad Fadi præfecturam tunc punitum, multò prius ſublatum opinione vulgata exiſtimatũ fuiſſe, quam Gamaliel ſecutus ſit. Incerta quippe pro compertis tradere viri gravis nõ eſt, qualis Gamiel eſt habitus, quo legis doctore Paulus apoſtolus gloriatus fuit: cuius etiã corporis uti fidelis electi, pariter atq; protomartyris Stephani, Nicodemiq;

in-

Li. 18. Ant. Iud. c. 1. 3. 2. Lib. 2. bel. Iud. c. 6. 7

Li. 20. Anti Iud. c. 5.

in Act. c. 5.

Lu. c. 13. a

Ioſephus in vita ſua.

Li. 2, c. 7.

Li. 2. c. 10

Act. 22, a.

inventionẽ vniverſa eccleſia exordio menſis Auguſti ce lebrat. Sunt nihilominꝰ qui vulgi opinionem exprimere muneris hiſtorici eſse velint, uſq; adeo ut ſacros quoq; autores ea facultate uſos ferant: uti quum apud Lucam Paulꝰ ait, Dedit eis Saul filium Cis virum è tribu Benia-
Beda in . c 13. Act. min annos quadraginta: non deeſt qui dicat, apoſtolũ vulgo loquentem, hoc q̃d fama crebrior haberet, dicere voluiſse. Verùm neq; hoc movet, cum Paulꝰ annos quadraginta gubernationis, quę iũcta ex parte fuit, Samue-
c. 6. lis, & Saul complexꝰ ſit, ſicut in chronographia tetigimus; neque doctrina indiſcretè ſumpta ſyncera eſt. Licet ſiquidem quę vulgo feruntur, vel vulgata, vel uti putantur, referre, quo temperamẽto Lucas uſus eſt inquiẽs
Lu. 3. e. f. g de Ieſu, ſicut putabatur, filius Ioſeph, Eli, Mathati, & reliquorum, ita ut per omnes ꝓgenies extenſa existimatio
Vi. Chronog. c. 3. difficultatem recẽtioris Cainan levare poſse non prorſꝰ abſurdè videatur. Quæ nanq; putari dicũtur, nõ ꝓtinus aſserũtur falſa, quin immo in dubio relicta, ut quãdoq; falſa, ita nõ rarò vera; at cõtrà relata vera ſic rectè exiſtimari aſseverantur. Licet etiam vulgi ſua culpa ſentientis ꝑperã, aut veritatẽ non aſsequẽtis vocabulis impropriè uſurpatis verum ita intellectum adeptis uti: quẽadmo-
Lu. 2 g. dum iuxta Lucã mater Chriſti patrem Ioſephum appellauit, quòd latè pater etiã rectè vitricus vocetur: quãvis illum falſo naturalem patrẽ vulgus crederet; quẽadmo-
Lu. 3. d. dum etiam Herodes dictus à Luca tetrarcha, rex à Mar-
Mar. 6. d co nuncupatus eſt, quòd amplè rex etiã tetrarcha nõ immeritò dici ſoleat: quanquam huic regium prorſus faſti-
Li. 17. ant. Iud. c. 17 gium teſte Ioſepho ab Auguſto tributum non fuit, q̃d diſcrimen vulgus haud eſt aſsecutum. Nunquam tamẽ ſine veritatis periculo, quæ prima hiſtorię laus eſt, licet

planè affirmare quę falſa, vel ambigua ſint, ſed quę prorſus explorata, de dubijs verò ambigere, aliorumque ſententia iactata, ijs autoribus aſcribere. Tot humanę relationes probabiles exigunt: divini verò canonis ſummo gradu etiam expoſcunt, ut quęcunq; pronuntiant, prout relata illic aſſeruntur, certiſſima ſint, quo ijs ſacra religionis fides innixa nequaquam vacillet. Cæterùm à diverticulo ab inſtituta tractatione non alieno ad Iudam Galilęum revertamur, qui nō poſt Theudam, ſed prior fuit, pręſertim cùm Gamaliel dixerit ante pręſentes dies extitiſſe Theudam, quaſi non ita pridem. Quæ ſalebra ita complanari poſſe apparet, ſi ducatur Gamaliel dixiſſe, poſt hunc, tanquam ultra, ſive pręter hunc, non quòd poſt eum extitiſſet, ſed poſt ipſum ſibi ocurriſſet, cuius exemplum ſubijceret. Verùm interitus iſtius tempus determinatum nō conſtat. Poſſent fortaſsis omnia enodatius collocata congruere, ſi hæc Lucę narratio de Petro, Act. 5. d.e. f g. & apoſtolis cęſis ſubdita ob alterius rei geſtę in cōcilio, Act. 4. b. c d. quæ capite anteriori pręceſſerat, ſimilitudinem cenſeat per prolepſim anticipata, quanvis longe poſterius evenerit; niſi quod neceſſe ad id eſt, ut Petrus qui carcere eductus in alium locum ſeceſsit, Hieroſolymam redierit, ſic Act. 12. c. ut in ea verſatus poſtea tēpore ſynodi apoſtolicę invenitur. Act. 15. b. Ac de his ſatis ſuperque, iam ulterius pergamus. Protodiaconus electus Stephanus aſſeritur à Luca plenus fide, Spiritu ſancto, gratia, cum quo diſceptantes reſiſtere nequirent ſapientię, & Spiritui qui loquebatur: Act. 6. b.c. nempe iuxta Servatoris promiſſum diſcipulis apud eūdem Lucam ita locuti: Ponite ergo in cordibus veſtris, Luc. 21. non præmeditari, quemadmodum reſpondeatis: ego enim dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt

reſi-

reſiſtere, & contradicere omnes adverſarij veſtri: &
Mat. 10. c. alibi apud Matthęum, Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus patris veſtri qui loquitur in vo-
Act. 6. d. 7 a. g. bis. Inſuper conſeſſus omnis eum intuitus vidit faciem eius tanquam faciem angeli numine ſanè inhabitante, ſeque prodente micantem, quum mirandam illam orationem habuit, quam clauſit ſuſpiciens gloriam dei, & Ieſum ſtantem cœlis apertis, quò ſpiri-
Li. de diſcipulis. tus eius receptus eſt: quo die ait Dorotheus epiſco-
Act. 6. b. pus Tyri, Nicanorem etiam diaconum cum duobus milibus in Chriſtum ſperantium necatum: quòd
Act. 8. a. forſan ſignificavit Lucas inquiens, factam eo die perſecutionem magnam in eccleſia Hieroſolymitana. Munimentis tot ac tantis vallata protomartyris concionantis autoritas divina monſtratur, quippe cuius dicta non ut cunque numinis inſtinctu, ſed & Spiritu ſancto auctore illuſtrante, ac palam agente deprompta ſunt, haud ſecus quàm Petri, Paulique ſermones poſt almum ſpiritum infuſum habiti fidelibus inſtituendis in ſacras literas redacti. Hæc nonnulli minus animadvertentes, quàm difficultatem quęſtionum è ſententia Stephani emergentium nimis ur-
Beda in act. c. 7. gentem, quę viros eruditiſsimos exercuit, ferunt
Rabanusq; Canus in lo- Stephanum vulgo loquentem vulgi magis ſequutum
cis li. 2. ad fi opinionem; quibus non defuit qui ſic aſsentiretur, vt diceret, Stephanum in longa, ſubitaque narratione nonnulla confuſè miſcuiſse, in quibuſdam etiã memoria lapſum: nec nos debere Stephanũ ab omni lapſu vindicare; ſoliſque apoſtolis, prophetis, & evãgeliſtis hunc honorẽ deferre, ut nullum eorum vel memoria lapſum, nec in magnis, nec parvis erraſse credamus: ſcriptorum

que

que ſacrorum hoc privilegium eſſe, ut null⁹ eorum ſcribēdo erret, ac præterea privilegiū apoſtolorum eſſe, ut null⁹ eorum docēdo erret. Verùm enimvero cùm ijs cau ſa nō labendi ad eum modum fuerit, quòd ſummi numinis inſtinctu, inſuper ve lumine prophetico ſic directi ſint, ut ſuperius tractatum eſt: quę eadem protomartyri magiſtratus alloquenti adfuit, uti ſacra ſcriptura teſtāte vidimus: ecquis erit iam inconſyderatus adeò, ut cum ſacri præconij, tantique martyris iniuria ei turbationē, lapſum, errorem affingat in ea ſermocinatione, quā ſatis ꝓlixam ſacer ſcriptor in divinas referre literas magni ducens intereſſe Chriſtianæ religionis, nō minore cura quàm alias apoſtolorum Petri, Paulique collegit? Eſto ſanè non fuerit Stephanus ſacri alicuius integri libri cōditor, conditor tamen ſacrę diſciplinę fuit autore deo ipſius ore fidelibus editę, & in ſantas ſcripturas numinis cura redactæ: cuius teſtimonium quacunque aſsimiliter conſtet, ſicut etiā per ꝓphetas plures, qui nil ſcriptis mādarunt, & ipſorum nihilomin⁹ vaticinia divinis libris continentur: pari ſit venerationi oportet. Equidem ipſe promptius dicerem, me difficultatum ſolutionem ignorare, quàm cōmitterē ut vel leviter ſapiētiſsimi teſtis dei gloriam obſcurarem, qui primus martyrū ſecundum apoſtolos per Clemētem loquentes fuit à deo beatitudinem conſecutus. Nec verò quæſtiones ita irreſolubiles ſunt: ut earum formidine in tam grave incommodum incidamus. Omiſsis nanque quas in chronographia diſsolvimus, quòd non libet de eadem fidelia duos parietes dealbare, nēpe illis de primo dei oraculo Abrę reddito, ut è terra ſua patria Vr Chaldæorum exiret per anacephalæoſis reſumptionem in Geneſi ſolutè narra-

Margin notes: Su. li. 1. c. 14. — In Malachim. — Li. 5 conſ. apoſ. c. 8. — Chronog. c. 4.

Chron.c.5 to, ubi Charris digreſſus relatus fuit: de animis ſeptuaginta quinq; poſterorũ Iacob in Ægyptum accitis: de ſepulchro duodecim patriarcharum empto ab Emor Sichemi: difficilimã, quam illic ſolũmodo tetigimus, diluamus. Inſit divinus Stephanus, Deũ Abraham ipſum illinc, hoc eſt è Charan poſt mortuũ patrem eius in terrã Chananitidem tranſtuliſſe, ſive quòd eo traducens habitaturum colonum domum ſeu familiam habere fecit, iuxta vim verbi ΜΕΤΩΚΗCΕΝ. At iuxta Geneſis hi-

Gen. 11. d Gen. 12. a ſtoriam Thare pater Abræ Charris obijt actis vitæ annis ducentis quinque, ac ſeptuagenarius genuerat Abrã Nachor, & Aram: Abramque Charris egrediẽs ſeptuaginta quinq; annorum erat. Qui ergo fieri potuit, ut is inde poſt mortuum patrem trãsmigraret in terrã Cha-

Quæſt. Hebræ. in Gẽ. naan? ſicut Stephanus innuit? Hieronymus nexum expediens annos Abræ ait ſupputari non à nativitate, ſed eo tempore, quo dei ope fuit ex igni eductus: à quo tam perditum perfugium nunq̃ circunſpectum eſt, ut protomartyris autoritatem elevaret: uti nec ab Auguſtino,

Li 1. queſ. in Gen. c. 25. qui diſſerit Thare ſeptuagenariũ cœpiſſe gignere, nec Abram primogenitum fuiſſe, quanvis prior excellẽtiæ merito fuerit memoratus. Horum ego ducum veſtigia legens annos in Chronographia digeſsi numerans du-

c. 3. 4. 5. centos quinque vitæ Tharę, dein viginti quinque ab anno ſeptuageſimo quinto ætatis Abræ uſque ad centeſimum, quo natus eſt Iſaac: indeque quadringentos ab ortu Iſaac, uſque ad egreſſum Iſrael ex Ægypto. Iudęi novum teſtamentum non curantes pro ducentis quinque Tharæ, ſeptuaginta eius computant uſque ad natum Abram, huiuſque ſeptuaginta quinque ad ingreſſum in terram promiſſam annos ita ſexaginta eximentes. Lx

Vt autem ea ſupputatio ſicui magis placeat, ſervari va-
leat, modus talis ab Auguſtino retegit' legente pro trã-
ſtulit, collocavit: ut intelligatur deus poſt vita functum
Thare Abramũ non quidẽ egreſſum Charris eduxiſſe,
ſed multo antea egreſſum inde collocaſſe poſt paternã
mortẽ in terra Chanaan; q̃do is emit terram, cui' ibi iam
ſuæ rei cępit eſſe poſseſsor, ſicut in civitate dei prodit: vel Li. 16. civ dei. c. 15.
ut in quæſtionib' aperit, quãdo illic nepotem Iacob ſuſ- Quæſ in
cepit, cuius univerſum ſemẽ ibi regnaturum erat, expro Gen. c. 25
miſso dei hæreditate donata, Iſmaelitis, Cethurçis, Idu
męis reiectis. Atqui comperitur in Geneſi Iacob ſexage
nario Iſaac ortus, quẽ Sara nonagenaria centenario A-
braham ediderat, fuiſſe anno Abrahę centeſimo ſexage Gen. 25. d
ſimo, poſt quam is ſeptuagenario patri natus fuiſſet, at- Gen. 17. c 21 a.
que ita exactis annis vigintiquinq; poſt ducentos quin-
que vitæ ipſi' Thare cõpletos: quo nato nepote Abrahã
annis quindecim uſq; ad centeſimũ ſeptuageſimũ quin Gen. 25 a.
tum vitę ſuæ ſupervixit. Deprehenditur etiã Abraham
emptũ agrũ ſpeluncæ duplicis poſsediſſe cùm Sara cen- Ge. 23. d.a
tũ viginti ſeptẽ annorum defuncta eſset decẽnio minor
anno viri centeſimo tricesimo ſeptimo ſati ſeptuagena-
rio Thare, biennio utiq; poſt vitã ſoceri annis ducentis
quinq; expletã. Nihilo ſecius longè prius Abrã in Cha-
nanitide iuxta Stephanum, licet hæreditatẽ vel paſsus à Act. 7. a. c
deo donatã nõ habuerit, habuit tñ ſepulchri ſpatiũ ꝑtio
emtũ ab Emor Sichẽ, ubi primũ cò veniẽs ꝑtrãſivit uſq;
ad locum Sichem, atq; convallem illuſtrem, vt in Gene Gen. 12. b
ſi notat'. His itaque uti iure queamus, ſi quidẽ anguſtiæ
omnes ſic evaduntur. Vlteri' autem ꝓgreſsis occurrũt
acta, dictaq; Philippi diaconi & eunuchi Æthiopis, ſpi- Act. 8. b. c.
rit' dñi ductu ꝑ angelum diſpoſita, & ita ꝓbata. Habuit f. g.

Phi

Act.6.b. Philippꝰ ab evãgelizãdi functione ſtrenua evãgeliſta vo
Act.21.b. catus domũ Cęſareę, ac filias quatuor virgines ꝓphetan
tes, ut inferiꝰ narrať. Philippi vero apoſtoli duas tm̃ filias
In vitis. a. poſ. li. 10. cũ patre in pace ſitas Hieropoli Abdias ꝓdit. Dein Ana
Ac.9.b.c.d niæ fidelis dicta deſcribunť occaſione Sauli ad verá pie-
Act.22.c. tatẽ cõverſi, à quo is in cõcione gravi teſtimonio poſtea
p̃dicatꝰ, ſed & à dño delectꝰ, cui revelareť, ꝑ quẽ ſibi ele
ctũ vas aptaret, nil nõ ſyncerũ, ꝓtuliſſe ceſeri d̃bet. Itaq;
ꝙ reſpõdit, Audivi à multis de viro hoc cum reliqs, ad-
mirationis alacris, cõſultationis ve ꝓvidę ãpliꝰ q̃ excuſa
tionis formidoloſæ fuit. Sauli etiã verba, ex quo Chr̃um
Act.26.c vidit, cuiꝰ cœleſti viſioni ſe nõ incredulũ Agrippę poſte
riꝰ ipſe aſſeruit, recta itidẽ atq; acta haberi cõvenit, hinc
Act.9.c. Rom.8.d. potiſsimũ, ꝙ ſpiritu ſancto plenꝰ primitijs ſpũs acceptis
ſicut & apoſtoli ſũpſerãt, ad evãgelicũ officiũ uti p̃ſtãtiſ-
ſimũ vas à Chr̃o electꝰ fuit, cuius doctrina uti certiſsima
numinis notitiã in õnes diffũderet, eiꝰ ꝓinde cura fideli
bꝰ inſtituẽdis in ſacroſanctas ſcripturas relata. Vbi autẽ
Act.13.a. Antiochiæ à ſctõ æterni patris filijq; cõmuni ſpũ iubẽte
Roma.1.a fuit cũ Barnaba ſegregatꝰ ad opꝰ deſtinatũ, ut et ipſe in in
ſcriptione ad Romanos pãdit, p̃ter diſciplinę munꝰ, apo
ſtolicã iuriſditionis ſup univerſã eccl'ã poteſtatẽ delega-
tã adeptꝰ eſt, ſicuti apoſtoli duodecĩ, q̃lẽ inſuper ordina
riã ſolꝰ Petrꝰ à Chr̃o ſuſcitato in totũ ovile habuit ad ſuc
Li.6.cõſ. apoſ.c.24. ceſſores ſuos iugiter derivãdã. Illud affirmãt ꝑ Clemẽtẽ
apoſtoli Petrꝰ, et Andreas, Iacobꝰ, et Ioãnes filij Zebedęi
Philippꝰ, et Bartholomęꝰ, Thomas, et Matthęꝰ, Iacobꝰ Al
phęi, et Lebęꝰ cognomẽto Thadęꝰ, et Simõ Cananites,
et Mathias Iudę ſuffectꝰ: et Iacobꝰ fr̃ dñi Hieroſolymorũ
ep̃s, et Paulꝰ doctor gẽtiũ vas electionis dicẽtes ſibi ipſis in
univerſa eccl'a ep̃atꝰ munꝰ eſſe cõmiſſũ. Ad hęc verba Bar

apoſtoli ab eccleſia celebrati, qui erat vir bon⁹, plen⁹ Spi ritu ſancto, & fide, omni prętio digna ſunt, in primis vas electiſsimum commendantia. Cornelij verò dicta verè religioſi ſunt, ac timentis deum, qui cum angeli, Petrique inſtitutione illuſtrare dignatus eſt. Quòd autem Petrum adorans coercitus ſit, ideo factum eſt, ut incauta ſpecies corrigeretur anſam alijs erroris ex inſolito modo p̄bitura, non animus, rectè inter conditorē cōditaque diſcernens. Verùm Petrus ter correptus, ne coinquinatum duceret, ꝙ deus purificaſset, cùm reniteretur numinis iuſsui, extra noxiam fuit, in exceſſu mentis conſtitutus viſionem deſignandi myſterij gratia oblatā excipiens. Diſceptantes autem adverſus Petrū circuncisionis livorem in gentes prælatum emendantes deinde in gloriam divinę benignitatis agnitę verterunt. Agabi vero ꝓphetæ hic & inferius vaticinia ſubduntur, paulo poſt eventu cōprobata. In numero etiam Antiochiæ de gentium ꝓphetarum ac doctorū recenſetur Barnabas, & Simon Niger, & Lucius Cyrenenſis, & Manahē Herodis tetrarchę collactaneus, ac Saulus, qui cùm proconſulem Sergium Paulum virū prudentem ad fidem converſum dn̄o quæſiſset, Paulus appellat⁹ eſt. At in concione apoſtoli omiſsis annorū numeris in chronographia explicitis citatur Latine pſalmus ſecundus, nam prim⁹ rariſsimè fertur, ut contrà Græcè rara ſecundi, frequentiſsima primi lectio eſt: quæ licet à Paulo dicta ſit, ab interprete haud perperam in ſecundum verſa fuit, quòd is ita communi uſu ſupputari cernens, ne incitatione fuiſſe videretur erratum, intellectū amplius quā elementa, ſequendum iure ratus eſt. Nō abſimiliter, atque ubi occulta Latinis ſpecies in ſacris literis offertur, velut plantæ,

Act. 13. a. 4 11. d. Act. 9. c.

Act. 10.

Act. 10. b.

Vi. ſu. c. 9.

Act. 11. a. c d.

Act. 21. b.
Act. 13. a. b

Hierony. in Philem. Chron. c. 6 7.

Act. 13. c.

Jonæ. 4. b. Pſal. 103. tæ, aut animantis, ceu Ionę cucurbitula, pſalmographi urſi-mus, in affinem aliquam, & agnatã meritò traduci tur, quę ob ſimilitudinẽ vicinã ꝓximè ipſam exprimat, velut illa in hederam itidẽ proſerpẽtem, hic in erinaciũ par ingeniũ magnitudinemque ſortitum. Inferius A-
Act. c. 15. Li. 6. cõſ. apoc. c, 12 poſtolica ſynodus prima Hieroſolytana recenſetur, fuſſe ab apoſtolis per Clementem ab occaſione uſq; ipſius repetita: in qua coryphæus Petrus fideles à dño liberatos aſſeruit veteris legis vinculis, & cæremoniarum onc roſo iugo; cui aſsenſus Iacobus epiſcopus Hieroſolymi tanus interceſsione miti obtinuit, ut concordię inter gẽtium, Hebræorũque populum cõciliandæ gratia, natio nib⁹ abſtinentia idolothytorũ, cruoris, ſuffocati, fornica tionis indiceret. Id moderamen cõmuni apoſtolorum concilio decretum in cęteris pręter fornicationis ꝓhibi tionem, potius quã ad naturę decorem quãvis honeſtũ, haud ꝓrſus neceſsarium, ſpectavit ad ritum aptũ, quò inter utrunq; populum ijs de cauſis pri⁹ tam viciſsim ab horrentem illius primi temporis diſsidia ſedari, pax & unitas coaleſcere quirent. Quo ſpatio peracto, non iã de inceps diſſenſionis periculo relicto, lex finem conſecuta ſuum per ſe ipſa ceſsaſse, tum etiam per deſuetudinẽ an tiquata iure cenſeri debet, ſicut & potuit ab apoſtolico Petri ſucceſsore vel diſpenſante ex parte levari, vel omni
Act. 15. c. no abrogata tolli. Quãquã enim ea ſanctio Spiritus ſancti apoſtolis aſsiſtentis ductu, cõſilioque lata eſt, eius cõditores apoſtoli ꝓrius fuere, quib⁹ parem iuriſditionis poteſtatem in omni eccleſia Petri ordinari⁹ ſucceſsor ſortitur. At lex divina ipſo deo ꝑtinus cõditore ſancita ſive naturalis mentib⁹ indita, ſive ꝓpoſita exterius per Chriſtũ dei filiũ, ſive ꝑ numinis legatum uti Moſem legiſe-

rum dictũ, nulli9 inferioris mutationi ſubdit᷑. Cui autẽ ipſe cõditor non in perpetuum latę terminum p̃ſcripſit, uti veteri, poteſt utique ſublatæ aliam veluti novã nunquam antiquandã ſubrogare. Vltra verò naturalia præcepta perennẽ vim nacta pertinent ad æterna ſcita ſuper naturalis veritatis ac fidei dogmata deo autore aſſerta, quę licet aliquando ſint occulta, quaten9 vera ſunt intellectu divino definita ęternitatẽ adipiſcunt᷑ immutabilẽ. Ideo quę poſtq̃ numinis veraci teſtimonio per nuntios eius ſignisquoq; ꝓ plato talia cõſtãt, nullius facultati ſub ſunt, ut ea obſcurare queat, quaſi à deo nõ teſtata, vel falſa convincere, q̃ eſt penitus impoſsibile. Hinc via nobis aperitur, ut apoſtoli ſacram etiam ſcripturã cõdẽtis verba diſcernere valeamus ubi ait, præcipio nõ ego, ſed domin9, & rurſus, ego dico, nõ Dñs, & alia ſimilia, de quibus ſuo loco agem9. Non officit autem dictis, q̃ Spiritui ſancto viſum eſſe referat᷑, id quod fuit à viris apoſtolicis cõſtitutum. Nam ſapientia divina inquit, Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt: & tamẽ regum iuſtę leges ꝓpriè non divinæ, ſed humanæ ſunt. Nihilominus apoſtolici canones ad gubernationem eccleſię à ſummis antiſtib9 ꝓ temporum neceſsitate lati, q̃ numẽ cõſilijs ac definitionibus peculiariter adſit, licet nõ abſolutè divini, quadantenus tamen divini propter ea non iniuria dici queunt. Tametſi autẽ Paulus apoſtolis duodecim inferior non erat, qui ei nihil contulerant, quin potius per deum ab ovili ſubdito ſegregatus apoſtolus delectus ſubiectis fidelibus cunctis præpoſit9 fuit; ſtatuta que proinde promulgare valuit, quę omnes eos tenerent: maluit nihilo ſecius, ut cõmuni omnium apoſtolorum ſententia res ſtabiliretur, quò apud univer

1. Cor. 7. b

Prov. 8. b.

Gal. 2. b. t a.

ſos nulla hæſitatio reliqua fieret, qui nondum tantã in Paulo poteſtatem, quantã in apoſtolis anteceſsoribus, & apoſtolici collegij primate Petro agnoſcebant. Eodẽ conſilio Paulus evangelium à ſe prædicatum inter gentes contulit Hieroſolymis cum apoſtolis, ut idem eſse à cunctis apoſtolis pdicatum apud univerſos conſtaret,
Gal. 2. a. ne aliôqui vel in poſterum is in vacuũ curreret, aut prius cucurriſset, ſi qua dubitatio maneret penes animos illorum, qui haud dum cognoſcebant par ipſi munus atq; apoſtolis chriſtianæ doctrinę tradẽdæ ac explicãdæ fuiſſe à deo cõceſsum. Porrò de ſcortatione vetita divino ali
Ma. 15. b bi iure cautum eſt, ubi per eam coinquinari hominem interiꝰ. Servator edixit, & cum ſecutus apoſtolus forni-
Heb. 13. a 1. Cor. 6. b catores & adulteros à deo iudicandos aſseruit, cuius re-
Act. 15. f gnum nequaquã ſint poſseſuri. Deinde pphetæ dicunt
e, g. 1. Theſ. 1. Iudas Barſabas, & Silas, Silvanus etiã vocatus, mox ab
2. 2. Theſ. 1. a. apoſtolo allectus comes peregrinationis ipſius, in epiſtolis quoque nonnullis prœſcriptus: ubi cauſa Ioãnis Marci orta fuiſset inter Paulum ac Barnabam incitatio, dum ſuam quiſque ſententiam ille zeli, hic benignitatis, & clementię acriter tueretur, ita ut invicem diſcederent: numine ita diſponente ut opinionum, nõ charitatis diſſenſione ſeorſi ampliorem, quàm coniuncti fructum
Act. 16. e f g. ferrent. Inferius Lydia porphyropolis dicta, & acta fidelem decentia protulit, cuſtosque carceris ad fidem adductus, ab Oecumenio hîc Stephanas dictus, cuius
1. Cor. 1. e. Paulus ad Corinthios meminit. Idem Oecumenius
Act. 17. f. inſcriptionem arę Athenis ignoto deo poſitę integram fuiſse ait, Dijs Aſię, & Europę, ac Lybiæ, deo ignoto & peregrino. At Sóſthenes princeps ſynagogę Corinthi
Act. 18. d corã Gallione procõſule Achaię negligẽte pcuſſ' à cũctis

Grę

Gręcis, is eſt, q fidei supernę gr̃a vocatus à Paulo frater, ſoci9 in epiſtola priore ad Corinthios pręſcript9 fuit. In feri9 diſcipuli duodecim linguis locuti pphetaſſe referuntur: fit que in ſeditione ob Dianam Epheſi excitatã mentio Alexãdri Iudæi, q forte is fuit faber ęrari9, à quo Paul9 ſe multis malis affectũ queſtus eſt: q poſtea Epheſios epiſcopos presbyteroſq; alloquens ſententiã à Servatore platam, nec alibi ſcriptam retulit, Beatius eſt magis dare, q̃ accipere. Subditur dein correctio ſuperi9 tacta Lucæ, ſimulq; fidelium Cæſarienſium, qua & præmiſſa Tyriorum pręſagientium ſimilis p̃catio correcta intelligitur, quã ſanè carnis affectu ſuppeditatã de ſuo adiunxerũt prędictioni p Spitum dei ſuggeſtę. Vlterius conſiliũ Iacobi epiſcopi & ſeniorum latũ rectè fuit, rectèque à Paulo executioni mandatum, ut is ritus veteris legis obſervans re ipſa falſam de ſe diſſipatam famam pbaret fuiſſe, quòd ubiq; Iudæos defectionem à Moſaica lege doceret, affirmans non debere illos circuncidere natos, neque iuxta inſtitutos mores incedere. Quanquam enim Paulus antiquę legis obligationem Chriſti morte abolitam, ipſam quelegem uti umbram ſuccedente novæ luce extinctam docebat, & converſos ad fidem ex ethinicis ad novæ religionis, nõ priſcę obſervationem teneri, dum tñ cuſtodirent ab apoſtolis decreta, quò credẽtium ex utroque populo unitas coaleſceret: nihilo ſecius nunq̃ docuit Iudæos, q cum ſemine ſuo veteris legis ſervituti obnoxij, ſicut Iſraelitę in univerſum erant, ſimul atq; fidem Chriſti paſſi ſuſcepiſſent, debere nec circuncisione uti, nec reliquos priſcos ritus admittere. Licuit quippe Pauli, qui etiam Timotheum Iudæa matre natum circuncidit, & cæterorum apoſtolorum, qui erant Iſrae-

1. Cor. 1

Act. 19. a. b. f.

2. Timot. 4. c.

Act. 20 d. f. g.

Sup. c. 9.

Ac. 21. c. a

Act. 21. d. &c.

Act. 26. a.

Act. 16. a.

Iſraelitici generis, exemplo ſimul cum lege Chriſti Moſaica inſtituta ſervare, ſi placeret, illam tantũ neceſſariã ad ſalutem animi, ac ſufficientem, non hęc credentibus: tantiſper dum evangelicæ religionis ꝓvulgatio ſatis dilataret: quo ſpatio ij ſuſceptam antiquam inſtitutionem iam mortuam cõmodè cum honore ꝙ à deo edita fuiſſet, ſepelirent. Id porrò non fuit veterem legem abſolutè obſervare, nẽpe quaten9 erat figura futurę reparationis Servatori reſervatę, ac ꝓteſtatio, quæ ſimpliciter adhibita impię falſitatis crimen conflaret expectatæ rei iã pſenti, ac exhibitæ adverſum: ſed quadanten9 obſervantia libera honeſtatam, ꝓut cõſummata iam finem ſuum contigiſſet, ad tumulũ mox recõdendam deferre. Quia verò gentib⁹ ad fidem Chriſti adductis, quib9 vetus lex nec admiſſa, nec patria, ut Iſraelitis fuit, par atq3 ijs cauſa non erat, ut illam ſimiliter honorantes q̃ſi ꝓprio iure ita monumento condendam uti curſu defunctam deducerent: nunquam ijs vel brevi licitũ fuit circuncißionem ſumere, aliaſq; antiquitas cæremonias uſurpare, ſine Chri-
Gala. 5. a. ſtianę gratiæ iactura, uti apoſtolus conteſtatur. Quùm rurſus nuſq̃ ꝓhibitum ſit Iſraelitis vel cum ethnicis iuncto cõmercio, cõvictu, communiq3 cibo innoxio uti, ꝙ proinde vitare ſuperſtitionis potius pperam longis ſęculus inductæ, quam legitimi ritus fuerit: hinc eſt, ut Ce-
Gala. 2. c. phas à Paulo rectè reprehenſus fuerit, ꝙ convictu fideliũ è gentibus credẽtium prius uſus, dein abſtinuerit ob adventum Iſraelitarum fidelium, veritus eorum offendiculum, ꝙ tollendum ampli9 doctrina, quam cũ culpa ſaltem levi ob incautam ſimulationem nutriendum erat. Nam neq3 hi poterant rem tandem non reſcire: nec illi velut abominationi habiti non offendi, eiq3 diſcrimini

p ex-

exponi, ut quo quomodo Iudaiſmum p̃ferendum ducerent. Quibus periculis Paulus obviam iens correctione opportuna occurrit. Operæptium eſt autem cernere apud Moſem conſuetudinem ſynceram cũ gentib9 communicandam adeo non vetitã Iſraelitis, ut poti9 ita iuſſa ſit. Amate peregrinos, quia ipſi fuiſtis advenæ in terra Ægypti. Nõ abominaberis Idumæum, quia frater tu9 eſt, nec Ægyptium: quãvis exteris uſq; ad certam ꝓgeniem tabernaculum cõventus ingredi ſit interdictum. Vt itaq; poſſet purus utriq; nationi conſtare convictus, apoſtoli ad temp9 eſcas Iudæis abominabiles alijs quoque ſuſtulerunt. Retulit ſanè princeps apoſtolorum Cornelij familiaribus abominundũ quaſi nefas eſſe viro Iudæo converſari cum alieniginis velut ex inveterato uſu & errore, quem tamen haud ꝓbavit: ipſeque convivij cum illis initi rationẽ apellis poſtea reddidit. Quo magis mirũ eſt Anthiochiæ ꝓpter verpos id ipſum recuſaſſe ſimulantem cum Barnaba, ubi iam admiſiſſet, q̃ Paul9 gentiliter vivere, non Iudaicè apellat, ideſt externa conſuetudine, non Iudæis mordic9 recepta. Niſi forte illud Cornelij poſterius evenit, ac p̃ prolepſim anticipatũ eſt: aut niſi cui ſecundum faciem Paul9 reſtitit, Cæphas, interp̃tatus Petrus, alius ab apoſtolorum coriphęo fuit unus è ſeptuaginta diſcipulis domini, poſtmodum epiſcopus Canię creatus, ſicuti Dorotheus recenſet: & ſi durum eſt ſentire de alio Petro apoſtolum locutum, quàm cui dominum cooperatum ad circunciſionis præſertim apoſtolatum præmiſit, quem que Cephã nuncupans Iacobo & Ioanni interſeruit. Nec abſonum eſt, ut veritas canonicæ defendatur epiſtolæ, tribuere apoſtolis duobus non quidem doctrinæ, ſed operis incircunſpecti veniabi-

Deut. 10. b. a. — Deu. 23. b. a. — Act. 10. d. — Gal. 2. c. — Li. diſci. domini. — Gal. 2. b.

niabilem lapſum, quo ad veram evangelicæ vitæ normã recto pede non inceſſerunt. Hæc dicta properantibus lõgam finire viam nunc ſatis ſint. Refert mox Lucas Lyſiam tribunum Felicis dixiſſe, non ita pridem ab Ægyptio per tumultum concitatum educta quatuormilia ſicariorum in deſertum, quũ Ioſephus tres myriades ſcribat narrans immiſſo Felicis ſatellitio ſocijs quadringentis occiſis, ducẽtiscaptis elapſũ magum diſparuiſſe. Vter certius dixerit, parum refert, licet etiam utrũque verum eſſe quiverit, Lucas enim quid ab alio prolatum ſit, fideliter ſcribens nil ipſe aſſeruit. Dein ubi apoſtolus Ananiam uti merebatur, accepiſſet dei punitione prenuntiata amphibolia offenſionẽ placavit inquiens, neſciſſe ſe illũ pontificem, haud ignorans eum ſe pro antiſtite gerere, ſed innuens ſcire ſe non ipſum põtificem eſſe, qui noſſet vetus ſacerdotium traſlatum eſſe pontifice Chriſto perpetuò ſuffecto. Delatio verò iuvenis tribuno detecta in avunculum Paulum referenda eſt. Ad hæc Tertulli dicta digna ſunt rabula mendacia vendẽte: iniuſtitia Felicis pecuniã ꝑſtolãtis, ut vinctũ ſolveret, ſatis liquet: at Feſtꝰ aliquãto maiorẽ iuſtitiæ rationẽ ſe habere indicia dedit: nec tñ tã ea cauſa, ꝗ dignitatis ſeu poteſtatis honorãdę gr̃a optimꝰ, ſeu ꝑſtãtiſſimꝰ à Paulo appellatus eſt. In or̃one autẽ corã Feſto & Agrippa Iudęo habita Paulꝰ verba dñi ſibi Damaſcũ eunti oſtenſi latiſſimè, ſicut in cõcione Hieroſolymitana priꝰ Ananię dicta explicuit, ubi aperuit ſocios itineris nõ audiſſe Chr̃i vocẽ; quo declaratũ eſt, quũ Lucas antea ꝓdidit comites audiẽtes vocẽ, ſignificatam fuiſſe vocem nõ Chr̃i, ſed Sauli cõpellanti haud ipſis viſo reſpondentis. Præterea cùm inferius Lucas ob tempeſtatem vehementiſſimam de ſe ac ſocijs ait,

Li. 2. Bel Iud c. 12. li. 20. an. Iud. c. 12.

Act. 23. a. b

Heb. 7. c. a

Act. 23. e.

Act. 24. a. b g.

Act. 25.

Act. 26. g

Act. 26. d. c.

de reliquo undiq; ſublatam eſſe ſpem ut ſervarentur: nõ ſignificat fideles ſpe amiſsa divini auxilij animum deſpondiſse, ſed ꝙ ad magnitudinem pſentis periculi attineret, nullam fuiſſe reliquam ſpem humani ſubſidij iam iam perituris, niſi deus ſuppetias ferret, qui Pauli meritis celerem opẽ cõtinuò largitus eſt, quã hiſtoriograph⁹ continenter deſcribit. Modus autem ut cuncti vivi ſalvi evaderent, numini decretus fuit ſubſidij prębendi, dum nõ ſegnes ipſi quã quirent, induſtriam nauticam pręſtarent: ꝙ manifeſtavit apoſtolus inquiens, niſi nautę in navi manerent, omnes haud ſalvos fore. Vltima verò diligentia fuit, leniter ad littus tendẽdi velo ad aurę flatum levato ꝑ troclearũ artemonem ſublatum, cui9 machinã ad ſuſtollenda onera tribus trocleis conſtantem Vitruvius deſcribit. Deniq; ꝙ Iudæi Romæ dixere ſectę Chriſtianæ ubiq; contradici, unde ortum ſit, Oecumeni9 aperit, ſcribens inter veterum haberi commẽtaria, quòd Iudæi nũtios miſerint ad ſuos ubiq; ſparſos Chr̃i doctrinam calumniantes: quorum ij monita gnaviter executi ſunt. Enavimus numine favente Romam appulſi epiſtolam Pauli ad Romanos pſcriptam primam loco inter apoſtolicas iuxta inſtitutũ examẽ explicaturi: in qua, ut & reliquis, ſicut cæteri apoſtoli in ſuis, Paulus tanquam prima perſona de ſe quoq; rectè loquit. Eſt autem in epiſtolarum principio eccliptica oratio quę in hunc modum ſuppletur. Ego Paul9 cum adiunctis, Romę conſtitutis fidei vocatione ſanctis ſalutem dico. Divina verò autoritate fulciri omnia quæ ab apoſtolis aſſerta canonicas ipſorum epiſtolas ab exordio uſq; ad finẽ cõtexunt, in ſuperiorib9 perſpicuè ſatis expoſitum reſtat. Sunt autem poſt pnotatos titulos, inſcriptiones ſalutationũ primæ

*Epiſtola ad Romanos.*

Act. 27. d. e.
Act. 27. f. g
Li. archite. 10.
Act. 28 f. hic.
Roma. 1. a
Su. c. 9.

mę partes epiſtolarum, quibus ſacram autoritatem non
Seſſ. 4. c. 1 tam firmam quàm cæteris tribuere, iuxta ſynodi Tridentinæ decretum ac diras, æque à religionis pietate alienum fuerit. Vix verò in epiſtolis loc9 eſt pſonis loquētibus inductis hiſtorię potius congruentibus: ubi tamē diſciplinæ grã introducuntur, vel per tropum, ceu proſopopęiam excitantur, earum ve dicta ſubijciunť: facilè eſt advertere conditoris apoſtoli mentem', quid probet, quid improbet, quantum cuiq; obiectorum pōderis tribuat, ut id omnino certum habeatur. Ideoq; pauca iam
Rom. 15. g annotanda ſupererunt. Illud, Per vos proficiſcar in Hiſpaniam, abſolutè prolatum, re omnino impletum ob
Chro. c. 18. de diſci. id exiſtinare par eſt, ſicut veniſſe pter graves autores in chronographia citatos Dorotheus epiſcopus Tyri affir
Rom. 16. b mat. Philologū porrò ſalutatum primum ſub apoſtolo Andrea Sinopes epiſcopum fuiſſe hîc Oecumeni9 recēſet. Poſt clauſam epiſtolam voce Amen, apponitur, unde miſſa fuerit, ſicut in reliqius Paulinis epiſtolis. Hæ tamē exſcriptiones varię aliquādo Gręcè, Syriacè que ferūtur, & in Latinū contextū nondum ab eccleſia receptę ſunt. ideoq; ſacrę ſcripturæ partes non ſunt habēdæ, ut quæ non ab apoſtolo, ſed ſtudioſis adiectæ ſint. Quia verò lucis non nihil addunt ad hiſtoricam notitiam ipſarum epiſtolarum venandam, eas promere, ac expēdere ſupervacaneū non erit. Prima itaq; ſic habet, Ad Romanos ſcripta eſt à Corintho p Phœbē miniſtram Chē
* ſ. epiſtola. r. 8. cieenſis ecclesiæ. Temp9 aūt in chronographia ei aſsi
Act. 10. a. gnavim9, qum Paul9 rediens in Græciā Hellados in locis tres menſes egit. Succedit ordine, licet prior tempore 1. ad
inſcripta epiſtola Pauli ad Corinthios prior, in qua is Corinthios.
Act. 18. c. adiungens ſibi ſocium Soſthenem Chri cauſa pcuſſum

prius, ſicut & alios alibi aſciſcit, ut catholicam pluriũ eſ
ſe doctrinam inſinuet: non idcirco ſacrę ſcripturę condi
torem aſtruit ſeorſim eſse: quin potius epiſtola canoni-
cę autoritatis eſt, ꝙ à dei apoſtolo eccleſię inſtitutore ſit
edita. In principio ait, neminem ſe Corinthi baptizaſse, 1. Cor. 1, e
niſi Criſpum, qui archiſynagogus in actis dicitur, &
Caiũ, & interiecta Stephanę domo, alium aliquem for Act. 18. c.
tè: quia eius expreſſè non minimerat, addens, non ut di-
ctum corrigeret, ꝙ cum exceptione ꝓlatũ, verum prorſus extitit. Inferius ubi de congreſſu cõiugali diſtinxiſ- 1. Cor. 7. b
ſet indulgentiã ab imperio, coniugibus ne à ſe mutuò
divertant, ſubdit, Præcipio, non ego ſed dñs, ſignificans
divinũ eſſe pceptum, ꝙ eatenus à nullo antiſtite tempe-
rari quiret: non tantũ apoſtolo eccleſię gubernandæ prę
ſule latum, ꝙ moderari apoſtolicus põtifex poſset. Quo
niam verò ipſe uti legatus numini pcipienti miniſteriũ
ſuum etiam in eo ſubiungebat, dixit, pręcipio, non mo
dò, præcipit. Cęteris dein coniugibus, quorum nõ uter-
que fidelis, ſed alter infidelis eſset, temperamentũ adhi-
bens inquit, ego dico, non dñs, deſignans non dei proti
nus eſſe pceptũ, verũ à pfecto ipſius edictum, ꝙ ſanè ab
apoſtolico paris poteſtatis pſide pro ſæculorum ratione
mutationem ſubire, ſeu moderamem valeret. Quem-
admodũ in decretis ſancitũ iã cernim', q̃do lõgè aliter, 28. d. q. 1.
atq; olim, exigua ſpes eſt, ut alter cõiux incredul' ad fidẽ S. Thom. Ad. q. 59.
cõvertat', illicitum eſse fideli, cũ altero cohabitare, niſi a. 5. ad. 2.
cõverſum ad fidẽ iri ſe is polliceat'. At verò ꝙ Paulus eo
tẽpore rectè iuſsit, ſpeciali dei inſtinctu in regẽda eccle-
ſia ppetim act', à numine utiq; ꝓfectũ eſt, quãvis nõ ut
dñi ſtatim latoris, licet impulſoris: immo apoſtoli cõti-
nuo cõditoris ſtatutũ fuerit. Prout etiã in divinã ſcriptu

ram relatũ eſt, ſicuti alia omnia in ea tradita, & ab eden
tib' aſſerta, ſub primę veritatis teſtimonium cadit. Cir-
cuſpectè itaq; iuxta documentũ ab apoſtolo datũ, quę
dei p̃cepta ꝓpriè, quę apoſtolorũ eccleſiaſtica ſint, ſicut
etiam hæc à conſilijs diſcerni oportet: uti de virginibus
1.cor.7.c g. mox idem p̃cepti, & cõſilij diſtinctionẽ oſtendit. Atqui
ꝙ ultimò de vidua inquit, cui vult, nubat, tñ in dño, nẽ
pe fide dñica initiato, plures quaſi divinum p̃ceptum in
telligẽtes negãt inter eum qui fidei ſacramẽto primo,
ideſt baptiſmate initiatus ſit, eoq; carentem cõtrahi ma
Scotus. 4. d. 39. de. 2. trimonium: non deſunt, qui poſſe iniri atq; conſtare diſ
ſerant, licet indecens ſit, ꝙ ad ius divinum ſpectet, ꝙ ve
28. d, q, 1. rò ad canonicum decretum vetans, exinde ratum coniu
gium haud confici. Quare iuxta ſententiã hanc dictum
apoſtoli honeſtatis conſilium eſt, vel ſi p̃cepti vim attin
git, non eo fertur, ut connubij vinculum irritum, ſed
cum diſparitate religionis iniuria ſic affectę graviter il-
licitũ reddi demonſtret. Poſt Amẽ, finẽ epiſtolę adſcri-
ptio fert, Ad Corinthios prima emiſſa fuit à Philippis
p Stephanã, & Fortunatũ, & Achaicum, ac Timotheũ.
1. Cor. 16. 4. d. Quę quidẽ rectè ſe habent iuxta ipſam epiſtolã, p̃ter lo-
1. Cor. 16. b. cũ q poti' videt̃ Epheſ', ubi & ſe mãſurum uſq; ad pen
tecoſtẽ Paul' ad calcẽ dixerat, & relictos ab apoſtolo A-
Act. 18. a. c f. quilã & Priſcillã uxorẽ ei' degiſſe Lucas retulit, quorum
1. Cor 16. c ſalutatione ſubiecta ſe apud eos hoſpitari Paul' ait. For-
Act. 19. d. 20. tè illic epiſtola ſcripta ire paranti Macedoniam, delato
Act. 16. c. Philippos primam regionis Macedoniæ civitatem, il-
lic reconcinnata fuit, vel certè illinc iam parata miſſa.
1. Cor. 16. d. Non enim veriſimile eſt aliòqui apoſtolum omiſſurum
fuiſſe ſalutationem Philippenſium, qui tantùm eccleſia
rũ Aſię ſalutationẽ apponit. Illud quippe, apud quos &
ho-

hoſpitor, de Aquila & Priſcilla, Græcè, atq; alicubi Lati
nè non habet, quanvis in multis exẽplarib9 feratur. Se-
II. ad quitur epiſtola Pauli ad Corinthios ſecunda prænotata,
Corin in qua is evangelij cauſa ſuam autoritatem tutatus mira 2. Cor. 3. a 11. 12.
thios. dexteritate commendat. Et ut invidia levata ſe concilia
tis animis pſuadendis inſinuet, ſe demittẽs quoad licet,
extenuat, inſipientiam agnoſcens, quam explicãs, ſe im 2. Cor. 11. a b. d. e. f.
peritũ ſermone, non ſciẽtia fatet, nec ſe inſipientẽ putan
dũ, ſed q̃ſi min' ſapientẽ accipiẽdum, cum venia prudẽ
tib', velut in inſipientia locutũ non ultrò, immo uti talis 2. Cor 12. d.
redderetur, coactũ à quibus minimè debuit. Huiuſmodi
ſtultitiam pereũtibus habitam evangelicæ p̃dicationis 1. Cor. 1. c d.
prius ſapientiam dei aſſeruerat, & ſapientiam huius mũ 1. Cor. 3. d
di, apud deum ſtultitiam verſam eſſe. Quum verò ait,
Quod loquor, non loquor ſecundum deum, ſed q̃ſi in 2. Cor. 11. c.
inſipientia in hac ſubſtantia gloriæ: ſive ſuppoſito argu
mento gloriationis: haud ſignificat ſe quicquam p̃ter
dñicum præſcriptum, ductum, afflatum inſtitutione ſa-
cra effari: ſed q̄ nunc fatur, licet divino inſtinctu ꝓmat:
non eſse ſupernam gloriationem ſecundum numen, ei'
que ſuprema munera ſumptam, quam paulo mox ſubij 2. Cor. 12. a.
cit: verùm humanam iuxta genus carnis, eiq; adiacẽtia:
qualem ambientes inepti cenſeri aſsolent. At qm̃ alij eũ
in modum gloriarentur, innuit etiam ſe ita iure poſse
gloriari, ne qd vel inde apud imperitos dignitatis evan-
gelio à ſe p̃dicato decedat: quanvis eam gloriationem li
cet adhiberi propterea oporteat, ſibi veluti cõducibilem
expedire, conferreve quicquam inficietur. Demum ad
calcem ubi ait, nos verò ut reprobi ſimus, ſive ſicut im-
probati ſimus, ut Græca explicatus indicant: non optat 2. Cor 13.
reprobatus eſse, ſed vel ſimilitudinem improbationis a-
pud

pud animos nõnullorum ſuſtinere, dũ dilecti Corinthij ꝙ bonum eſſet, validè pſtarent. Reprobatio quippe dei nequaquã expetenda, nulli⁹ grã fuit ab electionis vaſe deſyderata, in apoſtolicum mun⁹ aſſumpto: quanquã pri⁹ per ignorantiam incredulitatis optabat anathema eſſe à
Rom. 9 a. Chro pro fratribus ſuis Iſraelitis, dum inſciens cuperet
Gala. 1. c. Iſraelitarum religionem ꝓmovere, Chri deprimere, ac proinde ſe ab illo ceu devotum execrationi piaculum ſe parare. Poſt, amen, clauſulam epiſtolæ adſcribitur, Ad Corinthios ſecunda miſſa fuit è Philipis Macedoniȩ per
2. Cor. 2. c Titum, & Lucã. Ac Titi frequens hic mentio eſt, ad quẽ
7. b c. d 8 d 12, f. etiã epiſtolã à Paulo miſſam eſſe conſentaneum eſt, quẽ
Act. 18. c. & ſub nomine Iuſti Acta Latinè celebrant, ubi Titi Grȩ
2. Cori. 8. d cè deeſt. Lucã vero apoſtolus deſignat, ubi ait, Miſimus etiã cum illo frẽm noſtrum, cuius la⁹ eſt in evãgelio per omnes eccleſias: non ſolùm autem, ſed & ordinatus eſt ab eccleſijs comes peregrinationis nrȩ in hãc grãm quæ
Li. de di. pul. miniſtratur à nobis. Atqui Dorotheus eps Tyri tradit Lucã evangelium ex apoſtoli Petri commiſsione, acta è Pauli conſcripſiſſe. Cæterùm locus temporis ratio-
Act. 18. d. ne, narrationis que tum Actorum, tum Pauli arctas an-
2. Corin. 11 c. 13 a. guſtias patitur. Nam prȩter ſeſquianni moram primò Corinthi ductam, ac tertium adventum hic ab apoſtolo nõ ſemel ꝓmiſſum, quem ſanè implevit ad finẽ trium
Act. 20. a. b menſium circa Helladem exactorum, quãdo & habito conſilio ut reverteretur per Macedoniã, eò regreſſus à Philippis poſt dies Azimorum Troadem navi devenit: nullum in actorum hiſtoria ſecundi advent⁹ tempus apparet, prȩter eorumdem trium menſium ſpatium præcedens, in quo is non modò ante poſteriorem epiſtolã, ſed etiam poſt priorem miſſam evenire potuerit. In prio

re q̃ppe nullũ ſecundi adventus indicium eſt, immo Pau
l9 ait ſe mãſurũ Epheſi uſq; ad Pentecoſtẽ cõcinens Lu- 1. Cor. 16. b.
cæ referẽti apoſtolũ deſtinantẽ ſpiritu tranſita Macedo- Act. 19. d c.
nia & Achaia ire Hieroſolymã, Romã dein viſurũ, Ti-
motheo, & Eraſto (œconomo civitatis ep̃la Romanis
miſſa memorato) p̃miſsis in Macedoniã (tunc forte prio
rẽ epiſtolam ferentib9) ipſum ad tẽp' in Aſia remãſiſſe:
ubi bienniũ actũ pri9 dictũ fuerat, ac poſteri9 in reditu Act. 19. b.
tradit' Paulũ feſtinantẽ ſi poſsibile foret, uti diẽ penteco Acto. 20. d. f.
ſtes Hieroſolymis ageret, Epheſijs vocatis Mileti dixiſſe
ſe p trienniũ erga eos in evãgelica diſciplina laboraſſe, q̃
ſanè tunc ĩpleretur. In poſteriore verò apoſtolus repetẽs
proximum adventum ſuum ex Aſia, ut literis quoque
cuncta teſtata relinqueret, Corinthijs ait, Volebam, ſi- 1. cor. 1. b c.
ve volui pri9 venire ad vos, ut ſecundam gratiã habere-
tis, & p vos tranſire in Macedoniã, & iterum à Macedo
nia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudeã. Vbi ex A-
ſia, in qua ſuperiori tẽpore Paulus loqui verbũ dei à Spi Act. 16. b
ritu ſancto vetit9 fuerat, adventus ſim. acta p Macedoniã
partibus ijs peragratis ducti ad Helladẽ, ſecũdi ſanè Co Act. 20. a.
rintho terminati gr̃a ſpiritualis deſignatur, qualem apo
ſtolus adventu ſuo Romanis confirmandis impartiri de Rom. 1. b.
ſyderavit: quẽ etiã adventum p Troadem in Macedoniã 2. Cor. 2. d
deductũ fuiſſe paulò inferius explicatur. Ille autem itera
tus à Macedonia regreſſus, q̃ terti9 adventus fuit, nondũ
eveniſſe notat', ubi ſubdit, parcens vobis non veni ultra 2. Co. 1. f.
ſive adhuc, ampli9 ve Corinthum. Hos duos adventus
apparet apoſtolum prçſignaſſe ad calcem prioris epiſto 1. Co. 16. b
læ Corinthijs inquiens ſe apud eos forte permanſurum
aut etiam hybernaturũ, nec velle ipſos tũc modò in trãſ-
curſu videre, ſed ſperare aliquantũ tẽp' penes eos man-
ſu-

ſurum, ſi dñs permitteret. Verũ ob hęc opus eſt intelligi Paulũ trimeſtri tẽpore circũluſtrata Gręcia & bis Corinthi fuiſſe, & inter ea infinitimã Macedoniã, & primorẽ ei⁹ civitatẽ Philippos vel brevi ſpatio cõceſsiſſe, unde pla-
1. cor. 9. b. nè ſecũ venturos Macedones Corinthũ in ep̃ła poſteriore aſſerit. Ac de par ergo ꝓpe minis multa. Subit epiſtola Pauli ad Galatas p̃ſcripta, de qua in Acta plura iã ani- *Ad Galatas.*
Gala. 1. b. madverſa reſtãt. Hic in cœleſtẽ angelũ, apoſtolũ ve anathema nõ abſolutè, ſed ſi aliud ab annũtiato evãgelio diverſum p̃dicaret, iaculat⁹, acrimoniã p hyperbolẽ exerit ex impoſsibili verè impoſsibile colligẽs. Dein inquiens
Gal. 2. c. ſe cõtuliſſe cũ ſummatib⁹ evangeliũ, ne in vacuum quoquomodo curſum verteret: haud venit in dubiũ ſolidimeriti erga deũ parati, immo fruct⁹ fideliũ q evaneſcere quiret, ſi ambigẽdi cauſa ijs relinqueretᷣ, idẽ ne ab eo, at q; univerſis apoſtolis evangeliũ eſset autoritate pari p̃di-
Gal. 4. b. d catũ: ꝙ & inferi⁹ expreſsit, ubi ait, Timeo vobis, ne ſine cauſa laboraverim in vobis. Paulo poſt ex vaticinio ꝑ ꝓ-
Iſa. 54. a. ſopopæiã eccleſię vocẽ tribuit, Multi filij deſertę magis, quã ei⁹ quæ habebat virũ: cui⁹ & alioqui aſſerta divina
1. Tim. 2. d. ſunt autoritate ſubnixa: quippe quã uniuerſã colũnã & firmamẽtũ veritatis alibi apoſtol⁹ aſseverat. Quòd vero
Gal. 5. a. ſubijcit circũciſum debitorẽ eſse toti⁹ legis p̃ſtãde, ſignificat talẽ, ꝙ in ipſo eſset, ſe obnoxiũ ei oneri reddere, à
Gal. 3. c. quo tamẽ per Chr̃um redẽptus reſipiſcens liberaretur.
Gal. 5. d. Denique deſyderans abſciſionẽ turbas ciẽtium nõ mortem, ſed à grege ſeparationẽ cupit. Poſt, Amẽ extremũ, aſcribitur, Ad Galatas miſsa eſt è Roma: Epheſo alij ſunt qui emiſsam velint. Subſequitur epiſtola Pauli ad Epheſios inſcripta, cuius fini, Amen, aſcriptum eſt, *Ad Epheſios.* Miſsa fuit è Roma ad Epheſios per Tychicum. Hu-

ius qui comes ipſius Aſianꝰ erat, in epiſtolę calce memi nit, atq; catenæ apoſtolꝰ ob dñm vinctus. Hanc epiſtolã Paulꝰ ex ijs quas nõ uni, ſed multis, ceu eccleſijs nuncupavit, ſine ſocijs inſcripſit, ut epiſtolas ad Romanos, & Hebręos, quibꝰ tamen ſubſcriptę ſalutationes, quę huic deſunt, inſcriptorum ſociorum loco eſſe poſſunt. Nihilominus apoſtolus hîc, ut & alibi de ſe multitudinis vocibus loquit᷑, ut ordinis, velut apoſtolorũ, præſulũ, latiꝰ ve fideliũ ſocietatẽ deſignet, fortaſsis & ex nimia Græcanica conſuetudine, alijs Hębreis uſitata minꝰ, ſynechdochẽ vel enallagẽ aliq̃do uſurpat. Dein ſubijcit᷑, ep̃la Pauli ad Philippẽſes p̃notata. In ea inquit apoſtolꝰ poſt prima vincula ſperare ſe dimiſſum citò ad Philippenſes iri, quorũ apoſtolũ Epaphroditũ appellat, latius ſumpto vocabulo, ꝙ is apud illos apoſtolicã evangelij functionẽ exercuiſſet. Subdit ſe cõfidere in carne non ſimpliciter, ſed ex hypotheſi adiuncta, Si cui alij iure videat᷑ in circunciſa carne fidẽdum. Demũ facit mentionem, quid ſibi cum Philippẽſibus neceſsitudinis interceſserit: penes Epheſios vero diutius moratꝰ nulliꝰ ſimilis meminit. Poſt extremũ, Amen, aſcribitur, ſcripta eſt ẽ Roma p̃ Epaphroditũ. Succedit inſcripta epiſtola Pauli ad Coloſſenſes: q̃ habitabant Coloſſis, civitate Troadis vicina Loadicæę tractꝰ finitimi: quarũ incolas à ſe non viſos apoſtolꝰ hîc aperit, quibꝰ & ſe vinctũ ſignificat, & iubet epiſtolã Laodicenſiũ, ſeu ẽ Laodiceia datã legi, non cui Archippus ep̃s pręfectꝰ foret. Poſt finem, Amẽ, aſcriptio fertur, Miſſa ẽ Roma p̃ Tychicũ & Oneſimũ: quorum ſanè ad calcem memoria fit. Subiungit᷑, quæ omnes tempore præcedit, epiſtola Pauli ad Theſſalonicenſes prima prenotata. Eſt autem Theſſalonica metropolis Macedonię, ubi mul

*Ad Philipenſes.*

*Ad Coloſſenſes.*

*Ad Theſſalonicenſes*

Act. 20. b. Epheſ. 6. d. 3. a. 4. a.

Ro 16. d.

Heb. 13. d

Ephe. 1. d. 2. b.

Phil. 2. c. d

Phil. 3. a.

Phil. 4. c. Act. 16. c. &c.

Coloſ. 2. a

Coloſ. 4. a. d.

Col. 4. b. c

Act. 17. a.d multitudinẽ magnã gentiũ ad cultũ dei acceſsiſſe Acta
1. Theſ. 1. narrant, ꝙ & hîc apoſtolus non obſcurè deſignat, qui et
ſ. 2. d. eò redire ſemel, atq; iterum cupientẽ ſe impeditum do-
let Extremo Amen, aſcriptũ eſt, Ad Theſalonicẽſes pri
ma ſcripta fuit ex Athenis. Syri addunt, miſſa autem p̄
1 Theſ. 3 a manus Timothei. Verùm ut locus ex ipſa epiſtola con-
ſtat, ita hoc adiectum coarguitur. Nõ enim cõſentaneũ
1. The. 1. a eſt, ut inſcriptus ſocius epiſtolæ miſſor, idem portitor ta
bellari9 ſit. Nec obſtat, ꝙ hîc dicitur miſſũ fuiſſe Thimo
1. Theſ. 3. a.b theũ ad Theſalonicenſes, cùm id planè datã epiſtolã prę
Act. 17. d. ceſſerit, ꝙ & in Actis tactum eſt, ubi iuxta relictis Ber-
rhææ Silæ, Timotheoq; mandatũ à Paulo refert, ut quã
celerrimè Athenas ad ſe venirent. Subeſt epiſtola Pauli
ad Theſalonicenſes ſecunda, præſcripta: cuius conſueto *II. Ad*
fini, Amen, aſcribũt Grçci, Miſſa fuit ex Athenis, Syri, *Theſſalo-*
Quæ ſcripta eſt ex Laodiceia Piſidię, miſſa verò p̄ man9 *nicenſes.*
Tychici. Iuxta quã ſentẽtiã tũc miſſa eſt, q̃do Paul9 Theſ
Acto 18. e. ſalonica, totaq; Europa relicta, navi Epheſum appulſus
Act. 13. c. 14. d. v. 20. 23. inde profectus peragratis Cæſarea Capadociæ, tertioq;
Antiochia Piſidię, ibi aliquandiu cõmoratus, & Galati
Act. 19. a. ca regione, ac Phrygia, partibus que ſuperioribus Ephe-
ſum verſ9 regreſsus eſt. Atqui præter Laodiceam curvæ
Plin. li. 5. Syriæ, & quam alluit Lycus fluvius Cariæ in Aſia vici-
natural hiſ. c. 29. 30. nę Troadi, ſive Myſiæ, eſt alia Laodicea combuſta Bize
27 in Geo. norũ in Galatia, ut Ptolemę9 prodit, quã Piſidia ſubit.

Sequitur attitulata epiſtola Pauli ad Thimotheũ *Ad Timo*
prima quam ut ipſe indicat ad eum Epheſum miſit, quẽ *theum. I.*
1. Tim. 1. a. 3. d. 4. d. ibi reliquerat epiſcopum, p̄fectus in Macedoniam inde
Acto. 20 a. quã liceret, brevi eò reverſurus. Hic apoſtolus nonnula
1. Thim. 3. a. b. c. 5. c. ſancit, ut epiſcopus non neophytus, nec polygamus ſit:
hoc etiam de diacono ſtatuens, ac vidua deligenda, quã

nõ ſexagenaria minorẽ admittit. Quæ decreta,ut & a- T..1.b
lia ſimilia tãq̃ apoſtolica,eccleſiaſticaq; à legato Chr̃i cõ
dita,vicarij ei9 apoſtolici moderationi ſubſũt. Meminit
etiã nõ ſemel ꝓphetiæ in Timotheũ p̃cedentis. Vltimo, 1.Tim.1.
Amẽ,Gręci,Syriq; aſcribũt,Miſſa ſive ſcripta fuit è Lao d.4.d.
diceia:Gręci apponũt,quæ eſt metropolis Phrygiæ Paca
catianę:ꝗ maximè neq; cũ hîc habitis,neq; Actorũ hi-
ſtoria plane cõgruit. Nã licet velis apoſtolũ epiſtolã mi
ſiſſe nõ ex Europa,ubi forte aliqua Graia Laodicęa fuit,
ut Græci reges in parẽtũ gloriã plurimas homonymas
civitates cõdere ſuevere:ſed ex Aſiana quapiã Laodicęa,
quo is itinere divertiſſet,priuſq̃ ad mare deſcenderet,ꝗ Act.c.20.a
tñ in Actis haud notatˀ,nõ certè fieri potuit è Laodicæa,
cui apoſtolˀ cõſpectˀ nõ erat:quã ſanè Lyco ãni appoſitã Colo.2.a.
Phrygiæ,ſicuti orã Troadis Pliniˀ ſubijcit,de qua utiq; Li. 5. nat. hiſt.cs.28.
apoſtoli p Clemẽtẽ locuti tradũt à Paulo epũm ordina- 29.30.li.7
tũ Loadicææ in Phrygia Archippũ,ꝓximã deſignantes conſ.ap.c. 46.
Coloſſis,qbˀ itidẽ p̃fectũ Philæmonẽ ſubdũt. Hãc forſi
tã Coloſſẽſibˀ legẽdã Paulˀ iubet,ut & antiſtes Archip- Col. 4. d.
pˀ officij ſui cõmoneretˀ,ni malis poſteriorẽ ad Theſſalo
nicẽſes intellegi debere. Ex hac evincitˀ Thimotheũ E-
pheſi remanẽtẽ Paulo in Macedoniã ꝓfecto haud inde 1.Tim.1.a
portaſſe Philippis priorẽ ad Corinthios epiſtolã, niſi ul
tro citroq; curſitaſſe,ꝗ nõ legim9,dicatˀ. Cõſequitˀ inſcri
*Ad Timotheũ. II.* pta epiſtola Pauli apoſtoli ad Timotheũ ſecũda,in qua ſe
vinctũ tẽpore iã reſolutionis inſtãte pãdit,ac Tychicum 2.Tim.1.
miſſũ Epheſũ:petitq; ſibi afferri cũ mẽbranis libros, TA c.4.b.c
BIBΛIA,ſacra fortè potiſſimũ ſignificãs. Fini, Amẽ,aſcri
bũt Græci,Syriq;,ſcripta è Roma ad Timotheũ ſecũda:
Græcè alicubi additˀ, Epheſiorũ eccleſię primũ epiſcopũ
ordinatũ:paſſim ãt adijciũt Græci,cũ Paulus Cæſari Ne-

roni ſecũdo rurſ9 ſiſteretur. Subdit epiſtola Pauli ad T- *Ad Titũ.*
Ti. 1. c. Li. 1. Pan. to. 3. ſc. 42 Vi. ſu. c. 9 tũ, præſcripta. In ea nõ abſolutè ꝓphetã, ſed ꝓpriũ Cretẽſiũ dixit apoſtol9 Epimenidẽ, Epiphanio autore, philoſophũ, ac ſacerdotẽ Cretenſẽ delubri Mithræ, ſolis ve:cui9 ex oraculis carmẽ citatũ ab apoſtolo verũ aſsertũ divinã ꝓinde iã autoritatẽ ſubit: Quẽadmodũ & è phænomenis poetę Arati Athenis adductũ, & ad Corinthios
Act. 17. g 1. Cor. 15. c. illud, corrũpũt mores bonos colloquia mala, ex Euripidis tragœdijs iuxta Clemẽtẽ Alexandrinũ, iuxta Hieronymũ è Menãdro cõmico deſumptũ. Extremo, Amẽ, aſcribit, Scripta eſt è Nicopoli Macedoniæ: in qua urbe ad
In Stroma: in Titum. Epheſ. 5.
Tit. 4. d. calcẽ ait ſe decreviſse hybernare: Syri addũt, miſsa ꝑ manu9 Zenæ, & Apollou, qui ſanè ad finẽ cõmẽdant. Græcè alicubi adijcitur, ad Titũ Cretenſiũ ecclę primũ epiſcopũ ordinatũ, quẽ utiq; exordio ſe Cretę reliquiſse Paul9
Tit. 1. b. inquit, q Cretã appuliſse prętet legẽs navigatione Italiã
Act. 27. b c. verſus ſuſcepta tantũmodo, in Actis refertur. Subſequitur prænotata epiſtola Pauli ad Philemonẽ: quã ad ipſũ *Ad Philemonem.* dirigit, & uxorem eius Aphiam, & Archippum præſulem iam dictum cauſa Oneſimi, in qua & vinculorum
Phile. c. d. ſuorũ, & ſperati apud charos hoſpitij mentionẽ facit. Fini cõſueto aſcriptũ eſt, Miſsa fuit è Roma ꝑ Oneſimũ
Coloſ. 4. c. ſervum. Is ad Coloſsẽſes epiſtolam attulit, & Beræę Macedoniæ poſtmodum epiſcop9 fuit à Paulo creatus, ſm̃
Li. 7. con. ap. ca. 46. in Phile. Clementũ apoſtolicum virũ, & ſm̃ Oecumeniũ ſub Tertullo pręfecto Romæ crurum fractione martyrium cõſumavit. Demũ ſuccedit inſcripta epiſtola Pauli apoſto- *Ad Hebræos.*
Heb. 3. a. li ad Hebręos. In ea Chrũm apoſtolum appellat, nempe ſummi Patris legatum. Supremo, Amen, aſcribitur, Miſsa eſt ab Italia per Thimotheum: cum quo plane
Heb. 13. d ad calcem ait, ſi celerius veniſset, Hebræos ſe viſurum.

Su-

Subeunt catholicę ſive canonicę literę apoſtolorũ, in pri
*Iacobi catholica.* mis epiſtola Iacobi apoſtoli prę notata, ſ. delib9 Hebręis
*Petri.* I. diſperſis miſſa, ut & epiſtola Petri apoſtoli prima inſcri
pta, data Babylone, ideſt Roma ob errores ac vaſtitatem 1 Petr. 5. d
*Petri.* II. pariles: necnõ & epiſtola Petri apoſtoli ſecũda pſcripta:
quanuis hæc ſimul etiã ad univerſos ſpectet, ubi & impẽ
dentẽ tabernaculi ſui corporei depoſitionẽ pdicit, qui v- 2. Pe, 1. c. d
tranq; poſtremo, Amen, claudit, ſicut & ſuas Paul9. Sed
& in priore ubi ait, iam mortuis tunc evangeliũ pdicatũ 1. Petr. 4. b
fuiſſe, ꝓpterea ut p ipſum ſpiritum ſm̃ deũ viverent, & ſi
carne ſm̃ homines iudicati dãnarent, ſicuti multis pmar
tyriũ uſu veniebat: illud ſm̃ homines ſimiliter accipit, at
q; Paul9 frequenter ſm̃ hominẽ ſumit. Significant quip Rom. 3. a
pe iuxta inferiorẽ humanã conſuetudinẽ, loquelam, opi 1. cor. 3. a
nionem, ſententiã, quæ infima hæc attendit, ad eorũ mo a. 9. a. 15. c Gal. 3 c.
dũ ſumma demitit, corporea miratur, craſſa ſpiritualibus
plerunq;, pręſentia æternis, mãſuris caduca, humana di-
vinis pręfert, ac pœnas, cruciat9, necẽ iudicio pati maxi-
*Ioannis.* I mũ malũ indiſcriminatim ducit. Sequitur epiſtola Ioan
nis apoſtoli prima, inſcripta, ſimili fine, Amẽ, clauſa: &
II. III. epiſtola Ioãnis apoſtoli ſecunda, itidẽq; tertia prænota-
ta, quem Græci theologi titulo inſigniunt: ſicut Hyppo Li. vel epiſtola conſumun.
lyt9 martyr dilectũ Chr̃o appellat. In duab9 poſteriori-
b9 ſenior nũcupatur, ꝙ iã grãdęv9 eſſet, ꝗ iuxta Dorotheũ Li. de diſcip. domini
agẽs cẽteſimũ viceſimũ annũ Epheſi vivẽs iubẽte dño ſe
*Iudæ catholica.* pulchrũ ſubijt. Vltima eſt attitulata Iudę apl̃i epl̃a catho
lica, fine, Amẽ, cõcluſa. Poſtremò venit liber pſcript9 A-
*Apocalypſis.* pocalypſis Ioãnis apl̃i, theologi cognomine, Græcè addi
to, fine Amẽ, terminat9. In eo evãgeliſta ſecuturi ſui va-
ticinij, ac duorũ inſigniũ ꝓphetarũ meminit, et ĩductas Apoc. 10. d 11. a. b, c.
pſonas ſic diſtĩguit, ut de autoritate dubiũ nõ relinquat.

DE

# DE SACRAE SCRIPTVRAE AVTORITATE ALIIS COLLATA LIB. III.

## *1. Cap. De collatis alijs ſacræ ſcripturæ autoritatibus, ac ratione humana.*

POſtquam ſanctorum hucuſque bibliorum autoritas divina latè luſtrata, & eorum etiam quæ in ijs ab inductis loqui dicta recenſentur, diſtinctio à capite ad calcem fuſè animadverſa, expenſa, & explorata eſt: reſtat, vt ſupremam autoritatem alijs conferamus autoritatibus, perſuaſionibus, aſſenſibus ad ampliorem illius, exactioremque notitiam aſſequendam. Itaque incunctis his momenta deinceps examinare operepretium erit, prout ad propoſitum negotium pertineāt ſupernę autoritati adminiculo aliquo, comparatione ve ſubminiſtrantes; non prout per ſe minutè gradibus ſecernantur. Nam ita de ſententiarum omnium ac diſciplinarum diſcrimine, pōdere, vi iudicium ferre vel operis infiniti, vel propriæ cuiuſque conſyderationis: aliena certè ſede velle hominis fuerit abutentis otio, longè que ab inſtituta tractatione ſecedentis. Vt autem relinquatur locus nobis expeditior potioribus divinę amplius autoritati accedentibus maturè ſcrutandis: brevi cæterorum, quę ſub intellectus conditi nativam utcunque aciem ditionemq; concedunt, campos tranſmittemus: ſi modo altius aliquid quod opus, ac ſatis ſit, repetierimus. Notitia omnis vel intellectualis vel ſenſilis eſt, ut quę hęc iam evi-

dens veluti qùm ignem lucere, crepitare, urere viſu, auditu, tactuque percipimus, iam aperta minus eſt, ſecuti qùm remum partim aqua merſum, qui ſanus ſit, fractū ſpectare videmur, diſsita, per que nebulam oblata haud exactè deprehēdimus: ita illa modo evidentiam obiecti non penetrat, modo evidentiam tum perfectam, tum citra eam nunc maiorem, nunc minorem attingit. Abſolutam evidentiam primorum in diſciplinis naturalibus axiomatum intellectus genuino lumine ſtatim vocum vi, ac ſignificatione cognita capit: ac ſecūdo à principijs gradu claram item notitiem theorematum inde demōſtrationis efficacia deductorum. Ea vero eſt è proprio cuiuſque indicio, ſpecimine ve hauſta notities obiecto ita uti habet, ſe gerere percepto reſpondens inimitabili aliòqui congruentia, atque ita certa. Nō eſt autem in cūctis diſciplinis penes theoremata è primordijs derivata evidentis certitudinis paritas: pro rerum quippe varietate in pleriſque ſat eſt; ut ſi non exactiſsima ſit, ad eam tamē ſic accedat, uti deceptionis periculum vitet: quod & ad principia extenditur nonnulla, veluti quę poſtulata vocantur. At verò ubi argumentis quanvis non ſophiſticis, ſed probabilibus, non tamen neceſſarijs quid piam colligitur, id ab evidentię certę faſtigio longe recedit, vt erroris diſcrimini fortè obnoxium, cuius adverſum eſſe verum queat. Qùm que hìc deſit oſtēſionis urgens neceſsitas, animi libera propēſio adhibetur, ut intellectus ei quod conficitur; potius quàm contrario aſſentiatur, quo pacto perſuaſiones cunctę, quales rethoricę, conſtant: quod evidentia nō fert, quin potius proprijs indicijs obiecti naturali vi aſſenſum attrahit, ut nequeat intellectus ſimul non aſſentiri in agnitionis

Vi. ſu. c. 6 lib. 1.

Su. c. 5. li. 1

Su. c. 3. li. 1

Su. li. 1. c. 5

Su. li. 1. c. 6

actum

actum prodiens. Hę differentiæ comperiuntur in aſſenſu rationis, qua voce aptè complecti poſſumus quæ intellectus rationabilis facultate ſive principia, ſive inde concluſa notitia ſuſcipimus. Verùm quę teſtimonio cuiuſpiam aſſeverãtis admittimus, quæ ab autoris eius autoritate dicuntur orta, omnino in aſſenſu ſui ſpontaneã animi propenſionem exigunt, quòd aliena teſtificatione nixa propriorum indiciorum vi præſenti deſtituan-
Su. li. i. c. 6 tur, ut ſuperius explicatum fuit. Nihilo ſecius poteſt & autor & teſtimonium undique ratione veſtigari, ut ille non levis, hoc prorſus dignum creditu evidenter ac certò cognoſcatur, aſſertum que proinde ipſius, quod ob id recte credi certò queat, ac debeat; licet necdum in ſe recognitum, haud dum actu credatur; ad quod adhuc ultronea inclinatione voluntatis intellectum ad aſſenſum adducentis opus eſt. Igitur omnis intellectus humani aſſenſus qui non temerè pro aſſentientis libito, errore vehitur, aut rationi, aut autoritati adiungitur, aut ei quod ex utraque, vi tamen rationis conflatur, velut qùm altero aſſumpto ratione admiſſo, altero autoritate ſuſcepto quidpiam colligitur è præmiſsis conſtans, neutrius que ſubinde valorem ſupergrediens, quod idcirco ad autoritatis non evidens aſſerttum, unde manat, declinans, in alijs dein collectionibus originalem ſemper autoritatẽ reſipiat. Rationem puram excolunt humanæ diſciplinæ velut ſermocinales, mathematicæ, philoſophicæ: in quibus quęcunque vel exquiſitiſsimę certitudinem evidentiæ nanciſcuntur, certitudini autoritatis, ei quę credentis ſacræ fidei cedunt: quamvis ſuperno teſtimonio dogmata credita, velut concarnati Verbi, & euchariſtię non ſint evidenter nota, ut quę non proprijs agnatis in-

 dicijs,

dicijs, ſed communi numinis teſtificatione, propoſita percipiantur. Divinæ quippe veritatis immutabilis atteſtatio culmē certitudinis obtinet. cui nullo modo fieri poteſt, ut error ſubſit. At ſub humanæ mentis lumen divino infinitè inferius, tenebras admiſtas patiens, nec raro cæcutiens, evidentia cuiuſvis naturalis dogmatis deprehenſa depreſsiorem propterea certitudinis gradū adipiſcitur, cui vix demi deceptionis frequenter cōtingentis formido queat. Nihilominus humanæ omnes artium, ſcientię que doctrinę verè deductę, rectè digeſtę, ſobriè, ſanè què tractatę divinis ſcripturis intelligēdis apprimè conducibiles ſunt, adeò ut his inſtructum illarū ſtudioſum ſacer Auguſtinus eſſe debere iure contendat. Li.2.doct. chr. à c.17 Quamquam arcanis literis plenè noſcendis ne id quidem totum ſatis eſt, ſed inſuper alia multa pręſidia neceſſaria ſunt, divinum potiſsimum cōditoris vniverſorum, cuius ſpiritu altiſsimo autore mirabili profunditate nunquam exhaurienda latæ fuerunt. Atqui licet ſanctę ſcripturę rationem humanam ſuperent, nō tamen reſpuunt, ſed obſequentem ęque atque ipſam rationabilem naturam ſuppoſitam recipiūt, ad cuius modulum numen ut ſua myſteria capiantur, ac mentes capiant, ſublimitatem ſuam attemperat, uti eſt ſuperius Li.2.c.7. indicatum. Omnis quippe ſapientia, ut ſapiens inquit, à Eccli. c.1. domino deo eſt, ideo que humana divinę non adverſa, ſed velut ab eodem autore fluens adiuncta, & ſi nō dux, ſed comes, ſed ancilla ſubdita eſt. Vide pro innumeris Prov.9.a. exemplis vnum apoſtoli pulcherrimè ratione connexa Act.17.f. utentis, ubi deum inquit, nō longè ab uno quo que noſtrum eſſe; eo quòd in ipſo vivimus, & movemur, & ſumus: enthymema rotatum torquēs, cuius prius aſſum-

 ptum

ptum tacitum ex ipſo emicet; nempe, id in quo quidvis vivit, movetur, & extat, ab ipſomet neutiquam longe fore. Talia licet aſſertionum conſequentiam colligatam indicent: quatenus tamen dei autoris teſtimonio aſſeuerantur, tam aſſumpta, quàm illata ęquè certa ſunt, ob cuius autoritatem quantumvis altera ex alteris non pẽderent, nec probarentur, ſummam certitudinem acquirunt. Autoritates porrò quę cum ſacrę ſcripturę autoritate conferantur, multipharię diſtingui queunt, antequam ad derivata è ratione autoritateque confecta com paranda veniatur. Alia ſiquidem eſt autoritas hiſtoricorum, qui res geſtas humana tantùm ſedulitate, atque ope ducti narrauerũt: alia philoſophorum, qui plurima placita tum de uniuerſa natura, tum de moribus tulere: alia his vicina legumlatorum, qui humana ſtatuta ſanxerunt varijs rebus publicis regendis, quas hominum communitas inſtituit. Alia rurſus eſt autoritas doctorum veterum, qui eruditione ac ſanctitate inſignes divinarum ſcripturarum ſenſum elucidarunt, ſub quorum vexillis recentiores enarratores ſecundam operam navantes incedunt: alia conciliorum pręſertim generalium, in quibus eccleſiaſtici pręſules multa ad fidem, religionem, ac mores pios pertinẽtia ſtabiliere: alia Romanorum põtificum Petri ſucceſſorum, qui ſimilia vel ſimul, vel ſeorſim in eccleſiaſtica hierarchia à dei unigenito fundata decreuerunt. Invenitur quoque totius eccleſię autoritas; quę etiã multa ſacris biblijs non ſcripta per ſuccedentes linguas, aures que quaſi per manus tradita cùm apoſtolorũ, tum Chriſti velut vivæ vocis oracula retinet, conteſtatur que: quæ qũm ita certa conſtẽt, non minorem autoritatem, nec leviore veneratione ob-

ſeruandam, quàm ſanctis deſcripta literis, obtinent, ut in ſuperioribus tetigimus. Demum ex autoritate ſacra, Li.1.c.14
ratione que theologi ſcholaſtici appellati theologiæ ſapientiam deducentes, & coagmentantes in ſcientię ſive diſciplinę ordinatum artificium redegerunt: qui pręter rationem autoritatis quoque pondere uti recentiores poſt priſcos doctores cenſentur. His omnibus ſingillatim cum canonicæ ſcripturæ autoritate collatio eſt habenda, quò liqueat, quantum divina revelatio ibi contenta, publicè que exhibita præſtet, & aperiatur, quod emolumentum ex illis valeat eidem provenire, ac ſacræ theologiæ, dogmata numinis in eum modum revelata ediſſerenti, & eis annexa ſcrutanti.

*2. Cap. De hiſtoriæ autoritate, uſu, & examine.*

DE humanæ itaque hiſtorię autoritate primò eſt agẽdum. Eam potiſsimam eſſe perſpicuè patet, qũm hiſtoriographi quæ produnt, vel ipſi præſentes perceperunt, vel ſaltem ab his quos ita deprehendiſſe explorarunt, acceperũt. Illud quippe ſignificavit evãgeliographus inquiẽs.
Quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod 1.Ioã.1.
perſpeximus, & manus noſtrę cõtrectaverunt, cum reliquis, & teſtamur, & annũtiamus. Sed qũm in multis homines quæ in præſentia ſe nouiſſe putant, decipiãtur, & per errorem ſumpta transfundentes in alios ſeducãt, multo que magis mentiti, ut frequẽter euenit; quid erit in hiſtoria ſolidi, cui certò prorſus credi queat? Quantũvis enim exactè, ſcrupuloſèq; ſit exquiſita, vix poteſt lapſus ſæpe contingentis periculum non timeri. Id autẽ omne ab autoritate ſcripturę, hiſtorię que divinę longè faceſsit, cuius autor deus univerſorũ quoque autor, quẽ

ideo

ideo nil poſsit latere, nec falli quit, nec in eum invaria
ſu.li.1.c.6 bilem cadit, vt aliter, atque novit, enunciet, quò fallat.
Nihilomin⁹ hiſtorici graves fide digni habiti probabile argumētum ad plura ſuggerunt, quæ illorū teſtimonio vel conſtant, vel pariter comprobātur: certitudinem tamen abſolutam in plerisque non prębent. Nam & eos qui maximo in pretio ſunt æſtimati, nēpe Titum Liuiū, Criſpum Salluſtium, Cornelium Tacitum, Trogū Pōpeium teſtibus manifeſtis convictos fuiſſe mentitos Fla-
In vita Aureliani. vius Vopiſcus qùm eorum ſtudium in cōdenda hiſtoria imitaretur, notavit. Satis eſt ergo eos quos nonnūquam erraſſe certum ſit, probabilem, non prorſus certam plerunque fidem facere, quę pręteritorū notitię pandendę, confirmandę que uſui eſſe valeat. Quantum autem utilitatis afferant hiſtoriographi claſsici ad cognitionē ſacrarum hiſtoriarum quibus atteſtātur, ad temporis, annorum que ſeriem tuendam, quam dirigunt, fulciunt, ſupplent, vnus chronographiæ liber abunde documēto eſſe poterit. Non abſimiles commoditates ſuppeditare par eſt probatas hiſtorias eccleſiaſticis cauſis, ſanctæ que religionis pietati complexas cōciliorum acta, pontificū res geſtas, vitas que divorum qui ſunt in apotheoſim relati. Verùm non ab re fuerit animadverſiones ſubijcere, quibus venari queamus, fuerint ne hiſtoriographo ſedulitas, ac ſynceritas autoritate dignæ, cui haud temerè credatur. Primùm omnium oportet eum noſci rerum, negotiorum, locorum, quę deſcribit, minimè rudem, expertem que fuiſſe, quod fama, teſtimonio que aliorum, & ipſa conſcriptionis ſpecie ſtatim non oſcitanti perſpicuum eſſe poteſt. Quî enim fieri valet, ut quiſpiam de ijs rectè agat, quorum ignarus eſt? Meritò quippe Anni-

bal delirum cenſuit coram ſe de militari diſciplina diſſerentem, qui ſemper in umbra verſatus nunquam prælium, ac ne exercitum quidem vidiſſet. Hoc ce conſilio Polybius inclytus hiſtoriographus Africam, Hiſpaniam, Gallias, oceanum peragravit, ut bella ibi geſta citra errorem perſcriberet. Num rectè ſanctorum conciliorum hiſtoriam tradet, qui dogmatum religionis, & controverſiarum vim neutiquam calleat? Multum præterea refert, quam de hiſtoria & autore tum ipſius ſæculum, tum ſequentia oſtenderint exiſtimationem, attendere. Vt enim qui præſentes teſtes non reformidat veluti de ſe Ioſephus ait, exors malæ conſcientię indicatur: ita quem ſynchroni, per que ipſos ſucceſsione iugi moniti poſteri collaudant, plurimorum is atteſtãtium etiam ſuffragio comprobatur. Qua ex parte liquet eos anteferendos eſſe, quibus gravius teſtimonium cõtigit, ſicuti ſanctorum doctorum, pontificum, eccleſię que catholicę. Inſuper hiſtorici, qui ſuę res ętatis, quibus pręſentes fuere, tradunt, primam fidem hac in tractatione merentur, dein qui ab ijs breviori, prolixiori ve ſucceſſu exceperunt: ſi modo illi diligentiam cum acri iudicio rebus pernoſcẽdis adhibuerunt, hi ſolertiam, ſtudium, prudentiam eligendis probatis, quos ſequerentur, ſeligendis que, quę vero conſentanea, digna que relatu, & creditu apparerent. Haud namque facilè credulum eſſe oportet, qui alijs fidem facturus ſit: ſed eorum in ſe onere traducto uti pręſens ſecuritatem pręſtet, ita ſe gerere, ut niſi omni ratione perſuaſus eſſet, minimè crediturus foret; quò ab alijs ei tutò fides habeatur. Mirum eſt autẽ quoſdam tam ſuę famę negligentes reperiri, ut nil penſi ducant, an è fęce hauriant: qũm tamen gravi viro non con-

Li. 3. hiſt.

In vita ſua.

conveniat, ut ſuam modò aliorum liberet fide, niſi gravibus etiam autoribus nitatur, pręter quam ubi dubia congrua cenſura notentur. Nonnulli etiam impoſtores clara ſcriptorum nomina ore aſsiduè verſant, loca citare vel in margine cavent, ut, ne citò deprehendantur, ſub magnorum voluminum prætextu ſe tegant. Mores potiſsimùm & affectus narratoris ſpectandi ſunt, quod
Proœ.con. iur. Catil. & ſenſit Salluſtius dicens ſibi à ſpe, metu, partibus rei publicę animum liberū eſſe. Nam qui affectibus ſervit, fieri nequit, quin vel amore ſupervacuo ultra veritatis metas progrediatur, vel odio inimicorum mentiatur, vel non minori crimine veras laudes taceat, vel metu indignę offenſionis efferenda ſilentio prętereat, vel ambitione in id quod commodum ſit, tranſverſus rapiatur, vel auaritia linguam venalem habeat, qua infamia non deſunt qui hac tempeſtate deſignentur. Nō difficile eſt corruptum ſcriptoris animum erumpentibus vel invito ſignis, veſtigijs que ſe paſsim prodētibus venari, quibus & autoritas ei elevetur in ijs, quæ maximè animis inſerere cupit, & quæ de infeſtis, in viſis que fatetur, certiora reddat, anſam offerēs, ut etiam ampliora fuiſſe, ab ipſo que ſuppreſſa putētur. Hiſtoriographo ergo generoſam cum induſtria integritatē adeſſe opus eſt, ut veritati præſertim addictus omnem aliam ſordi-
Li.3. hiſt. dam curam abijciat, adeo ut iuxta Polybij ſententiam affectus cōcitare, quod tragœdiæ eſt, fugere debeat, velut invidiam, commiſerationem que ciere aucta calamitatum humanarum indignitate; quòd ita ut alienos affectus moveat, ſuos à quieta ſede item deturbet, aut ſe ſiniſtræ ſuſpicioni huiuſmodi obnoxiū præbeat. Quin potius velut arbiter æquus, à recto tramite in nullā par-

tem declinans, ſuper que adverſa indicia cavens, iuxta cuiuſque merita pronũtiet. Sic erit verè hiſtoria ſpeculũ temporis, antiquitatis theſaurus, memorię cõſervatrix, experientię altrix, & è maiorũ exẽplis imitandis, aut reſpuendis rectę diſciplinę inſtitutrix, ac vitę recentis magiſtra, quę ſine illius ope ſemper velut in infantię rudimẽtis linqueretur. Talẽ inſtituiſſe hiſtoriã viros ſanctitate prę ſignes, virtus eorũ prędicata ſuadet: ad eã etiã acceſsiſſe alios, vel ethnicos, quibus naturæ bonũ honeſtũ cordi fuit, rationi cõſonum eſt. Apud quos licet reijcula quędã, ambigua nõnulla, probabilia multa inveniãtur: aliqua certè nec pauca ſunt, quę nõ pervicaci humanam fidẽ ſine adverſæ partis formidine inducãt, veluti quòd Romani magnę orbis parti dominati fuerint, ac demũ Carthaginienſes æmuli oppreſsi. Tanta que poteſt eſſe referentiũ conſtãtia cõmuni conſenſu firmata, ut dubiũ non admittens certitudinẽ efficiat à fallaciæ diſcrimine alienam, quemàdmodũ in ſuperioribus explicavimus, Su.li.1.c.6 veluti quòd apoſtolorum princeps Romę ſedem habẽs ultimò curſum martyrio conſummarit: & à Romano dein pontifice fideles iura petere ſueverint.

### 3. Cap. *Philoſophorum autoritas.*

PHiloſophorum deinceps autoritas excutiẽda eſt, qui cũ placita ſua ꝓtulerint rationi humanæ innixi longè inferiori autoritate divina, Su.ca.1. huic illorũ autoritatẽ latè cedere oportere eo amplius patet, quod & rationi cedere neceſſe ſit. Immò verò ex hoc ſupervacaneũ videri queat ꝺ philoſophis agere magis ꝗ̃ de cęteris humanarũ diſciplinarũ autoribus, quibus põdus uſu, experimẽto, ratione potius quã autoritate tribuitur. Sed qũ in reliquis doctrinis ad rationis exa-

nis examẽ cũcta deducta ſint, in philoſophicis plura obſcuriſsima tractētur, quę ratione proꝛſus nõ ſunt deprehenſa: non immeritò in talibus rationis loco ſecundo gradu autoritas ſuccedit, cui tamen alióqui ratio, ac veritas nõ adverſetur. Nam in ijs probabilitatem aliquam ſecutos viros amatores ſapientię, naturę ſtrenuos indagatores par eſt, unde non abſimilem in aliorum hominum mentibus parere queãt. Quo circa placita eorum, prout quiſque doctior, ac probatior eſt agnitus, cum obſervantia ſuſpici debent, ita ut inſolens, arrogans, atque adeò ſtultus monſtretur, qui ea temerè pro libito ſpernat, ac reijciat. In alijs quippe quę neceſſaria ratione oſtendunt, eius, quàm autoritatis antiquior reverentia, ut & vis amplior eſt. Vbi autem rationis momenta deſunt, conſenſus vel omnium eorum probabilem ut plurimũ, humanã fidem, non certã periculi erroris immunem facere valet. Quid enim cõmune magis cũctis philoſophis priſcis fuit, ꝙ cenſere, è nõ entibus quicquã fieri
Li.i. phy. c.4. te. 34 nequire, de qua ſentẽtia naturales oẽs cõſentire Ariſtoteles teſtatur? quid autẽ minus certũ, quid immo ꝓbabile minꝰ eſſe poſsit, quã hoc, cui catholica fides, & certiſ-
Gen.c.1. ſima veritas creationis univerſi, ac ſpiritaliũ ſubſtantiarũ adverſatur? qũ vero verũ contrariũ nõ ſit? Quòd ſi quis dicat eum errorẽ autoritate divina retectũ; an nõ multi alij ſimiles in auſcultatiõe philoſophica eſſe queãt, quos autoritas ſacra lõgè ſublimiorẽ cõtemplationẽ inſtituẽs nec arguat, ac nec tãgat quidẽ, ſed nec aperta ratio itẽ refellat, qui nõ continuò propter autoritatẽ humanam fidẽ firmã mereãtur? In his ergo rationẽ ducẽ omninò ſequi decet, ac liberè philoſophari nõ audacia ꝓiecta, nec addicta ſervitute, ſed ſtudioſa modeſtia, & autoritatem

ſubſequentem venerationi habere, ita ut ijs grati ſimus ſine veritatis ac ſcietiæ iactura, per quorum multa rectè inventa, traditaque profecimus. Atqui non rarò evenit, ut quos arreptos libido fert convellendi aliena quævis vel gravium philoſophorum dogmata, ij cadant in perniciosum deceptionis diſcrimen, dum putātes ſe naturalia modò refuture, ſimul refellūt, quæ ignari minimè verſarunt, ab eccleſiæ fide, divinis ve literis aſſerta: per quas ſępe ſcita naturalis rationis aſſumpta, quibus ſuperna ſuperſtruantur, eo ipſo ſive autoritate divina, ſive inde eccleſiaſtica finitione aſſeverata certiſſima evadūt. Quanquam plerūque ab ijs phyſica veluti loci, motus, temporis, materiæ, formę non definiūtur, ſed magis vel exempli gratia, vel iuxta vulgatum uſum, ac loquendi modum, qui ſatis propoſito ſit, aſciſcuntur: penes quos materiæ, formę que diſtinctio in artificialibus obvia, illinc aptè ad ſacra ſymbola transfertur. Cęterùm in ijs quæ ad mores ſpeciatim ſpectant, autoritas nonnihil amplius locum habere poteſt. Iuxta id quod Ariſtoteles rectè ſenſit, inquiens. Non minus expertorū, ac ſeniorū vel prudentium indemonſtrabilibus ſententijs, quàm ipſis demōſtrationibus mentē adhibere oportet. Quia nique iam experientia viſum habent, ipſa principia cernunt. Finis quippe in ijs, nempe bonum, quò deſtinatio tendit, principij vim ſortitur. At finis rectam exiſtimationem virtutes faciunt, affectus adverſi perturbāt, qui maximè iunioribus inſunt, quibus hauddū ſedati ſunt. Ea verò quæ ad finem aſſequendū ordinantur, prudentia reſpicit experientia nitens in maturioribus iccirco præſertim reperta. Quapropter agendorum exactum iudicium talibus potiſsimùm adeſſe conſendū eſt, quòd

Li. 6. eth. c. 11.

à pri-

à primordio uſque proxima principia, & ſequentia perſpectè ducta direxerint: & quo virtute prudentia que probatiores emicuerint, eo amplius ijs autoritatis pondus in ſententia, cui aſſentiendum ſit, accreſcet. Verùm quia multis iam ſæculis plurimorum huiuſmodi virorũ obſervatis conſentientibus ſententijs rectæ rationis ductu moralis diſciplina eſt conſtituta; eius ſcientiſsimus quisque, modo ne ita ſit improbus, ut ab eius vitijs erroris, ac ſeductionis periculum impendeat, magis conſulendus, audiendus que virtutem ſectãti ubi ambigat, eſt, quam ignarus vel moribus probatiſsimus habitus.

Epiſtol. ad Paulin. c. 4 Sancta quippe ruſticitas, ut Hieronymus ait, ſolùm ſibi prodeſt, nec alijs quibus diſsimilis eſt vitæ ratio, in cunctis utilitatem, notitiam que afferre valet. Ignorantia ſi-

Eccle. c. 2 quidẽ tenebrarum inſtar habẽs lucis doctrinæ vices quî fieri quit, ut gerat? Tametſi ſapientia virtuti coniuncta & ad conſulendum, & ad imitandum anteferenda eſt.

## 4. Cap. *Iuris civilis autoritas.*

DEin ethicæ ſubiuncta politica iuris civilis diſciplinam complexa, eam iuxta atque totam philoſophiam autoritate divina longè ſuperari ſatis indicat: quantumvis non aſſerendo tamen, ſed iubendo potius leges fortiorem, quàm alia moralis ſcientia, nactæ autoritatem videantur. Quando quidem autoritas ea etiam à ratione manavit, ita ut in confeſſo ſit rationem legis eſſe animã, nec ſubinde ultra limites inductæ rationis deciſionem extendi. Sed & communis humanæ congregationis, aut liberę reipublicę conſenſus ſive per ſe, ſive per eum cui poteſtatem ferendarum legum cõtulit, eis autoritatem

Li. not. & lg. mo. c. 7. ea ratione tribuit, qua quivis tenetur ſtare promiſsis,

quamlibet liberè admiſsis, & pactis mutuò conventis, quibus ſe ſubdidit, ac neutiquam ius diſſolvere, quod ſecundum ea ſit alij quæſitum: atque ita ſervare reipublicæ ſpontè omnium copulatæ fundationē, quæ primaria lex aliarum ſeminarium extat. Itaque à ratione recta vis omnis legum derivata eſt, ſicut & univerſa moralis, & politica diſciplina. At quia hinc profecta obligatio interna magis eſt, legum verò coertio exterius eminet, fit ut vulgo his, quàm illis autoritas validior aſcribatur. Verū quantumlibet validiſsima concedatur, divinę autoritati aſſerenti dogmata ſuperna, pręcepta que ſancienti exceſſu incōparabili ſupergreſſæ, antelatæ que cedit. Quicquid enim efficaciæ humanis ſtatutis eſt, à numinis æterni æquiſsimâ ratione, unde recta conditæ mentis ratio fluit, per hāc ita deducitur, ut ſub eius ditione, ac moderamine ꝑſus cadat, nec ei pręſcribere ullo modo queat. Sic dei iuſſa nequeunt ab ullo inferiori antiquari: civilia verò & ab eodē, à quo lata ſunt, & à pari abrogari, novis inſuper vbi expediat, editis queunt; ac deſuetudine in id ipſum recidente reijci, uti non recepta moribus utentiū, veluti quū publicis cōmodis nō cōveniunt, in irritū duci; ſicuti neq; vim obligādi obſecuturū populum adipiſci, quę licet à facultate prędito promulgētur, vel iniqua imperāt, vel cōmune bonū ęqua ꝓportionis lāce non reſpiciunt. Talia ſiquidē nō iā leges, ſed verę legis corruptiones ſunt, quib' reſpublica legib' fundata evertatur, quæ mala ſunt a dei iuſtiſsima lege penitus aliena. Attamen ab ea ducta legitima edicta pro ſcopo habentia pacē, trāquillitatē, ſuſtentationē reipublicę, nēpe univerſi boni eius cōſeruādi, ꝓmovendiq; integritatē, mēbra ipſius tenent è cōgruitate ad finē appoſita, opportuna, neceſſaria
ob

ob vim perẽnis legis, ſubindeq; naturalis rationis iã ita derivatione cõmunicatam. Multa namq; pravitatis ſpeciem non habent, ſi naturale modò ius ante cõſtitutam rempublicã, & eius leges latas ſpectes, poſtmodum vero induunt, velut finitimis arma invehere, iam reipublicæ hoſtibus, & alimentorum copiã prohibitam exportare. Cęterũ legũ munia plura ſunt, prçcipere, vetare, permittere, punire, prçmio ſive immunitate afficere. Præmia tueri quibus cõceſſa ſunt, curæ eſt: punitionẽ nemo niſi per iudicem ordine iuridico illatã ſubire aſtringitur, ita ut nõ ſubiens graviter delinquat, præter quã cui fortè ſe prius ſponte obligarit: permiſsio laxitatem potius largitur: ꝓhibitiones prout nõ leviter conducentes ſcopo incolumitatis reipublicę plus minꝰ ve accedunt, variè cenſentur: prçceptiones vero latius tendũtur. Quędã enim ſunt hominibus cõſtitutę, veluti iudicibus, prçfectis, magiſtratibus, miniſtris, defenſoribus, ducibus, militibus, quibus ij pro cuiuſq; officio tenẽtur: alię negotijs impoſitę, ſicuti iudicijs, & cõtractibus, & rerum acquiſitioni, quibus certi limites, & vocatæ ſolẽnitates præſcribũtur, quibuscum rata, irrita ſecus habeãtur, ita ut illa palã tutari, hæc nõ itẽ muneris publici ſit. Hîc maximè ius naturale, civileq; poſſe cõcurrere ex adverſo vidẽtur: veluti qùm bonę fidei poſſeſſor legitima ſubſtãtię prçſcriptione contra priorem dominum nititur; qùm hæres ex teſtamento, ſive inteſtato, aut cõtra tabulas ſuccedens donũ etiã ceu argentum à preceſſore ſine teſtibus cuiquam legatũ vindicare, legatarius retinere pergit: qùm emptio fundi, cuius pretium iuſtum centum aureis nummis æſtimatur, lege nõ reſcinditur, niſi ultra centũ quinquaginta celebrata ſit, vẽdita verò, niſi citra quinquaginta;

& tamen

& tamen qui cis dimidium iuſti pretij iacturam paſſus eſt, reſarciri expetit: q̃um à parato damnum datum reſtituere, quadruplum in iudicio petitur, damnationeq; exigitur; q̃um denique prędij dominus, vel emphyteotecarius totum theſaurum flagitat adverſus invẽtorem, qui caſu fodiens, ubi tinnitu ſubeſſe inane animadvertit, data opera terrã altius molitus ut exploraret, ſi quid utile lateret, aurum deprehendit, aut inſuper eo ſuppreſſo, communi valore agrum emit, dein repoſita eruit. His, alijsque ſimilibus conciliationem utriusque iuris afferre maxima ex parte ſic non admodum difficile fuerit. Primum expedit reipublicæ, ne rerum dominia incerta fluctuẽt, quo male procurentur; ideo que longi tẽporis bona fide pręſcribi iuxta ac negligentia voluntaria ſive culpabili amitti ęquum eſt. Deinde ad exteriorẽ gubernationem pertinet, quę apertè, ſcripto que authẽtica conſtant, quàm occulta, potiùs defendere, non tamen tollere ius cuivis congruens, neque cuiquam indulgere, ne ius alij debitum reddat, quãvis cogere nequeat, quòd in abdito ſit. Contractuum pręterea reſciſsioni oportuit ſtatas metas pręfigi, nec eas anguſtas, ne facile, ob minutias, atque ita frequenter diſſolverentur: quod humano commercio tam neceſſario nimium officeret ſecuritate inſtantium litium adempta: ſed tamen licet civile ius nõ niſi enormi lęſioni remedium publicè adhibeat, haud tollit, quin quicquid pręter iuſtum prętiũ detrimenti hinc vel inde intercedit, iuxta naturale ius, deum ſolum iudicem habens debeat viciſsim reparari. Iuxta quod etiam ſatis eſt pro damno tantundem repẽdi: quia verò ut abſterreãtur pernicioſi gravibus aliquot nocumentis, eos pœna quadrupli damnari ęquum eſt,
iam

iam ex iure civili naturale ſequenti licet iudicium poſtulare, & cõdemnationem læſo exequi, ſic mulctę dominium acquirenti iuſtè damnoſo ablatum. Demum de theſauro anceps magis diſceptatio eſt, quòd hinc iuxta naturalem ęquitatem quod nullius eſt, inventori cedere decet, ne aliôqui ſi vetetur, dei munus ipſi oblatum invideatur; hinc modum dari oportet pręcidendis iurgijs, aut componendis ea de cauſa ortis. Divus Aquinas & eum ſecuti ſecundum evangelicam parabolam cenſent, eum qui ſciens theſaurum delitere locum ab inſcio emerit, nil ex invento ei impartiri teneri. Quid apud tribunal obtinere contenderent rabulæ dolum malum obiecturi, facilè eſt conijcere: non de probis iuris interpretibus doctis iuſtitiæ ſynceris patronis loquor, ſed avidis ambitioſiſque leguleis, quorum ſubtili & malefica vafricia preſſæ reipublicę tranquillitas turbata laborat, ac fatiſcit Verumtamen iuxta illam theologorum ſententiam ſatis convincitur, theſauri ius in loci dominum minimè competere, à quo locus vulgato pretio iuſte potuit emi, ut recondita inventoris manerent: aliôqui non modo theſaurus, ſed vel eius actio valorem loci ſuperaret. Quid ergo iuris domino loci eſt? facultas ne reperiendi, quæ cuivis adeſt? an poteſtas arcendi alios ab ingreſſu loci, uti domus, vel ruris pręter itineris publici ſemitam fortè tranſverſam? At ſi quis exigua iniuria non violenter pręſertim, adverſus interdictum intret, de ipſa tamen tenetur, quæ & nulla eſt, ubi inhibitio deeſt. Nũ rationi conſentaneum eſt, ut iurgia ceſſent, quę tota exoriuntur avaritia, impotentia, invidentia, malitia domini locum occupatis; repertorem fortuitum dimidio theſauri fraudari, ſcientem inventorem toto dominis ceſ-

2. 2. q. 66. a. 5. ad. 2. Mat. 13. f.

Inſt. de rerũ diviſ. §. Theſauros

ſuro? Ideo multi data opera invẽtum theſaurum totum etiam inventori vindicant. Fortaſsis moderata portione rixas ſedare ius civile valet; ad immodicā certè quantitatem inſtar pœnæ habentem, obligari quenquam amiſſa ſua acquiſitione ante iudicium latum, valde durũ eſt. Hoc forſitan, ut & alio nonnulla parum æqua in civilibus legibus ab ethnicis lata reſederunt, qui dei lumine deſtituti non in paucis errarunt, quæ ad naturalis iuris, ac theologiæ lucem dirigenda ſunt. Rom.1.c.

## 5. Cap. *Theologiæ autoritas.*

NVnc theologicæ autoritatis ac rationis vis conferenda eſt altiori conſyderatione, quòd theologia potiſsimùm autoritate divina fulciatur. Eſt autem theologia ſcientia de deo tractans, nẽpe in primis de ipſius ſubſtantia, dein de cæteris, quatenus ordinem ad ipſum habent, velut originale principium, finem que ſupremum, quò revocata dirigantur, ut inde oriuntur. At propriè theologia ſacra vocata, ut diſtinguatur à naturali agẽte de deo, & ad eum attinentibus, prout cognoſci queunt lumine nativæ rationis: eſt diſciplina quæ conſyderationem inſtituit eiuſdem, ſed ſub alia cognoſcibilis obiecti ratione ſeu conditione, nimirùm quatenus conſtare poteſt præſertim, divina primæ veritatis ſua myſteria pręcipuè genuinam conditorum intellectuum aciem ſuperantia pãdentis teſtificatione palàm propoſita humano generi univerſo in ſupernaturalem fœlicitatem dirigendo. Vt autem liberales artes quæ alijs ſuperioribus ſubſunt, vel ut optice geometriæ, muſica etiam arithmeticæ, eæ que communi mathematicę, principia è quibus ſua theoremata

mata deducunt ac demonſtrant, non oſtendunt ipſę, ſed aliunde certa pręſtituunt, uti præter communes animi conceptiones intellectui ſtatim perſpicuas, poſtulata obſcuriora, quæ claritate ſcientiæ anterioris elucidantur; immo & antecedentis contemplationis theoremata, quæ ab ea indicata ſequentibus principiorum loco ſunt: ſic theologiæ ſacra doctrina ijs quæ derivat, ac probat, principia ſupponit propria non oſtenſione, ſed ſupernæ fidei luce conſtantia, ſuperæ tantùm ſcientiæ beatorum evidentia. Ea verò ſunt catholica dogmata nuncupata
Li.3.theo. ad fin. ſanctis maximè biblijs contenta, & quæcunque numi-
Su. c.1.ſ. nis aſsimilia oracula itidem deprehendantur. Multa inſuper theologia de qua nunc agimus, naturalibus diſciplinis tractata ex ijs ſibi aſciſcit, non tamen ut propria, ſed extera, communiaque ab ancillantibus ſuppeditata, è quibus cum proprijs ſublimem doctrinam dilatet. Procedit autem ita magna parte, uti binis fidei axiomatis prçmiſsis complexionem concludat valde fidei dogmatibus accedentem cum ijs, quę varijs inde gradibus nullius exteri admiſtione deducuntur. Veluti hoc exemplo patere poteſt. Solus deus, nempe is, ac prçter eum nil quamuis abſolutam, uti ſcientiæ, perfectionem actu infinitam in ſe habet: quippè qum
Baruc. 3.c ſacro teſtimonio ipſe non habens finem, immenſus
Sap. 11.d aſſeratur, condita verò omnia in pondere, numero, & menſura, utique limitata diſpoſuiſſe. At anima Chriſti creatura eſt, non deus; ſicut & tota humanitas aſſumpta, cuius pars eſt. Animæ igitur Chriſti perfectio ſcientiæ actu intermina non eſt. Ante-
Li.5.inſt. cedentium priori aſſertioni à Quintiliano intentioni
orat.c.14. appellatæ ſtabilimentum divinæ teſtificationis appo-

ſui, poſteriori aſſumptioni explicationem: Illatæ autem cõnexioni rurſus ſi adiũgatur, quęcunque deus pater habet, atque ita ſcientiam interminatam filio Chriſto eſſe, ut ipſius ore panditur: cõplexio rurſus colligitur, ſcien- Ioã. 16. b
tiam actu indefinitam Chriſto nõ ſecundum animam, ſed iuxta deitatem, quatenus divinum Verbum eſt, adeſſe. Ad hæc theologia plerũque procedit ex altero antecedenti fidei dogmate, altero pronuntiato naturali, ut connexionem ex utroque confectam claudat. Veluti ſi decatur, Chriſtus habuit dum vitam mortalem ageret, corruptibile corpus humanum: at id ponderitatem nactum eſt: Servatori ergo vitam agenti mortalem ponderitas fuit. Cui concluſioni ſi dein pręiactę aliud ſubiungatur non modo fide conſtans aſſumptum, verùm & naturale, cõcluſa inde complexio iugiter per omnes gradus reſipiet cum placitis naturalibus divinam autoritatem, unde derivata eſt. Ac ſi adiunctum aſſertum naturale probabile tantùm fuerit, deductum valorem antecedentium haud ſuperans probabilitatem ſolùm ſortietur. Sin neceſſariò certum illud ſit, ſubinde que naturaliter evidens, uti fidei dogma contrà non evidens, licet certiſsimum ſit; collectum ex ijs planè certum neceſſaria nexus conſequentia evadet: quemadmodum & ex utris que fidei axiomatibus: evidens etiam emerget, cui principia evidentia ſint. Hactenus itaque ſacra theologia, prout ſuperiori felici evidenti notitiæ ſub nectitur, ſcienti evidenter ſubſequentes principia concluſiones, abſolutæ ſcientiæ perfectionem adipiſcitur: prout tamen in viatoribus ad beatam patriam tendentibus comperitur, illic abſolvendæ ſcientiæ inchoatio, ſive imperfecta ſcientia inde habetur, quòd princi-
pijs

pijs non claro, ſed obumbrato fidei lumine perceptis citra evidentiam, illinc manantia theoremata ij quãtumvis certa, non tamen niſi prȩter evidentiam, ſeu claram notitiam deprehendere valeant. Sacrȩ porro theologicȩ ſcientiæ ordine deducta digeſtio, ſicut & cuiusvis alius regularis diſciplinæ proceſſus, theoremata, quæ argumentando probat, aliter atq; ſua principia reſpicit, quãvis ſub eadem luce, obiecti que conditione cõtineantur. Attendit phyſice quæcunque ſpeculatur ſub naturali luce, ſubiecti que cui attributa eſt, entis mobilis ratione ſive prima primordia, ſive theoremata inde fluentia, illa tamen habitu principiorum intellectu dicto protinus intuetur, hæc verò habitu ſcientiæ collecta valore argumentationis, medio illorum illuſtrata. Sic ſacra theologia complectens propria principia, & ex ijs prodeuntia theoremata, cuncta contemplatur ſub dei ad eum que pertinentium conſyderatione, prout ſupernaturali primæ veritatis revelatione generaliter panduntur, nempe beatis clariſsimo gloriæ lumine, viatoribus ſub obſcuro fidei à primis ad ultima vim ſuam tendente. Sed principia ea ipſo lumine ſpectat è veſtigio, theoremata procedentia per medium principiorum conſtantia ſub idem extenſum lumen cadere cernit: quamvis aliôqui ſine aliorum medio ex templo ipſa ſub ea luce cõtueri valeat. At in viatoribus principia illuſtrantis fidei habitu protinus ſacra doctrina inſpicit, inde propendentia, ductaq; theoremata ſcientiæ progreſſu habitu que continuò attingit, non illico revelata luce fidei catholicȩ, univerſè primordialia dogmata ſtatim obtuente, licet per mediũ principiorum probata deductione theoremata radijs ex illorum luce diffuſis non proximè, ſed circumactu con-

tingat. Quoniam verò diſciplinę digeſtio potius eſt eorum quę ipſa prę̨ſtat, aperit que, quàm eorum quę ſibi prę̨ſtituta ſupponit; ſacra theologię ſcientia propriè theorematum eſt, quæ collecta è principijs ratiocinationis efficacia concludit; fides verò catholica generalium dogmatum autoritate divina revelatorum: quorum iubari cognato luce ſua primitus cohæret, (ut adverſa contrà reſpuit) citra ſyllogiſsimos & argumenta; quamquam his medijs principiorum energia è circunſito fidei, divinęque autoritatis fulgore collectis conclusionibus ſparſum ſplendorem poſterius communicat. Hinc fit, uti ſacrę theologię theoremata & ſi non primùm propriè que ſicuti propria principia, poſterius tamen, & quadam tenus deducta vicinitate ſub fidei autoritatis que ſupernę ditionem recidant: eo que propius, quo minus naturalium aſſertionum vel certiſſimarum admiſceatur. Vbi enim antecedentia ſolummodo fidei dogmata ſunt; in collectione tantùm naturalis ratiocinationis vis apponitur: pręter quam, ubi naturale aſſertum adijcitur inſuper nativę lucis, ac rationis dilutior immiſtus vigor multiplicatur. Tametſi autem erroris periculum certitudo exacta excludit, eius nihilominus gradus ſunt pro rerum varietate ipſam efficientium; ut quo quęque immutabilior ſit, eo prę̨ſtantiorem verę notitię certitudinem ampliori neceſsitate prę̨ſtet. Ita in faſtigio certitudo divinę autoritatis ac fidei locatur, naturalis verò cognitionis merę cùm ſenſus, tum intellectus in ſede infima: interiectarum autem ex utraque conſtantium ea certitudo potior eſt, cui tantùm ex naturali ratione nexus conſecutio planiſsima immiſcetur: diminutior porrò quę pręterea placi-

tum naturale permiſcet. Talium enim evidentia nō rarò exilior eſt, quàm ut pleniſsima comprehenſione animum certum reddat, eo amplius, quòd expertus ſe falſum ſæpe, qūm minimè putabat, vix poteſt in reliquis de lapſu non pertentari, eſſèque ſolicitus, quę ſacra divinę autoritatis anchora firmata non ſint. Pro aſſertionum igitur huiuoſmodi diuerſitate adverſantes errores variè cenſentur. Infidelitas fidei opponitur, cuius uni pluribus ve dogmatibus error adverſus ſcienter admiſſus integri conſenſus pervicacia hęreſis habetur: atque ita hęretica eſt aſſertio, quę catholici fidei dogmatis certitudinem tollit: velut ſi Chriſtum verum hominem certò non eſſe à quopiam aſſereretur, qualis aſſertio ab animo hęreſi infecto ſolet oriri. Naturalis error aſſerto nativa luce noto contrarius eſt, ut ſi totum non maius eſſe ſua parte diceretur. Theologicę ſcientię concluſioni error oppoſitus ſuam aſſertionem contradicentem non uno nomine inſignit, ita ut ſapiens hęreſim propriè nuncupetur, ubi concluſio è fidei tantùm dogmatibus conficiatur, erronea vero, ubi è fidei ſacrę, naturaliſque rationis pronuntiatis derivata conſletur. Prioris exemplum erit, Animę Chriſti ſcientia interminabilis actu ineſt, cuius oppoſitam aſſertionem è duobus fidei dogmatibus antea deduximus. Nomenclaturę autem cauſa conſentanea eſt, quòd talis proximè fidei dogmati non adverſetur, ut hęretica rigidè dicatur, ſed ex conſequenti, circumituque, quippè cùm iuxta dialecticę apertam vim ex utrovis antecedentium dogmatum aſſumpto adverſam alteri reliquo aſſertionem hęreticam inferat, quò meritò hæreſim ſapiens undique, uti trahens appelletur. Poſte-

rioris

rioris exemplum erit, Servatori mortalem vitam agenti ponderitas non fuit inſita iuxta corpus humanum aſſumptum, cuius adverſam aſſertionem è fidei dogmate, naturali que aſſerto ſuperius collegimus. Nuncupationis autem attributæ cauſa qualitati eius conſona eſt, quòd ea non modo fidei dogmati non proximè protinus ve adverſetur, ita ut hæreticæ rigore cenſeri debeat, ſed nec ita conſequenter, ut ex utrocunque antedẽtium adiuncto cõtrariam reliquo aſſertiorem hæreticam omnino inducat. Intentioni namque appoſito pro aſſumptione antecedente fidei dogmate, non niſi alteri naturali oppoſitum naturalis erroris infertur; appoſito verò antecedenti naturali placito, colligitur quidem reliquo antecedenti fidei dogmati adverſans aſſertio hæretica: verùm nõ è ſolis fidei dogmatibus, ut vel hæreſim prorſus ſapiens propriè notetur, quin potius è naturali aſſũto, in quod inficiandum ex incommodo cõſequenti reſiliri valeat. Quapropter aptè aſſertio talis erronea vocatur, quòd vel errorem naturalem latius, vel fidei adverſum invehat, quo claudicare magis aſſertor putatur, quàm in ratione naturæ cunctis evidenti hallucinari: eoque potius quàm naturæ, repugnare autoritati divinæ, cuius vim concluſio reſipit, ampliusque è duobus catholicæ fidei præmiſsis illata. Vtroque autem modo cõcluſa per theologicam diſciplinam eccleſiaſtica definitio de qua ſuo loco inferius agetur, decernere ſuevit ſæpe catholicę fidei dogmata deinceps tenenda, quę iam in principiorum ordinem de cętero concedant. Tale eſt, Spiritus ſanctus à filio ęquè ac patre procedit, contentum agnitũ in ijs unde neceſſario colligitur, quæ ſacræ ſcripturæ teſtimonio traduntur, nimirum; Omnia quæcunque habet Simbolũ. Conſtãt. I. Ioã. 16. b

Ioã. 15. d. bet pater, mea, inquit filius, ſunt: at Spiritus ſanctus à pa
tre procedit. Tale rurſus, Chriſtus habet duas volunta-
Synodus Cõſtant 6 tes divinam & humanam, ductum è ſacrarum literarũ
Phili. 2. a dogmate, Chriſtus in forma dei extans paria deo habẽs
iuxta Paulum ac ſimul homo perfectus debuit per om-
Heb. 2. b d. ſi. 4 d. ſi. nia fratribus aſsimilari abſque peccato: & aſſumptione naturali lumine cognita, divinæ intellectuali ſubſtantię propriam voluntatem inſitam eſſe, rationabili que humanæ naturę propriam ſuam voluntatem ineſſe. Atqui catholicæ eccleſiæ nunquam theologiæ ſcientia defuit. Eius enim primam originem apud ſanctorum bibliorum conditores videre licet, qui ut et ipſius nobis docu-
Su. l. 2. c. 7 menta præberent, ratiocinationum ſæpiſsimè conſeque-
Su. ca. 1. las texuere, quamvis autoritas divina non minus conſequentia, quam antecedentia vel ſeorſim aſſerta certa redderet. Dein iugiter ſuccedentes eruditiſsimi ſacræ religionis proceres ab illis iacta eiuſdem diſciplinæ ſemina coluerunt, quorum ope adiuti ſcholaſtici vocati theologi, cum primis divinus Thomas Aquinas diſcuſsione aſsidua, ſtudio, induſtria que ipſam tandem in ſcientiæ artificium, ſummæ que compendium redegere. Hæc ſacra doctrina interdum catholicæ fidei dogmata mutuis cõſequijs deducit, ut qui alterum admittit, erga collectum inde alterũ ſtabiliatur: tanto que abeſt ut ſupremæ autoritatis vim debilem ducat, ut potius ex ea in antecedente micante radios validos ad conſequens uſque luſtrandum ſtatuendum que in animis producat. Solvit præterea divinæ veritati adverſantium argumenta etiam eorum qui nullum catholicę fidei dogma concedant, utens ancillantium diſciplinarnm naturali opera pro comperto habens vero verum non contradicere, ac

ſubinde divinæ autoritatis certiſsimæ veritati adverſum demonſtrari verè non poſſe, ipſiusque ſi quæ ſint argumentationes fallacijs necti, ſolutionem que ſubire. Adhibet ad hæc ſæpè ſacroſanctis dogmatibus elucidandis è communi ſenſu, intelligentia que naturali ſumptam nõ tam apodicticam, quàm expoſitoriam explicationé: nonnunquam ſuadendis, inſinuandisque probationes à ratione natura que petitas. Non tamen eius eſt mens, ut dogmata ob naturalem oſtenſionem præcipuè teneantur, poſthabito firmiſsimo ſummæ autoritatis potioris fundamento: quin potius ut repugnantibus pudore ſub luce patefacta ſuffuſis, imbecilles ſuaviter quaſi manu ſuffulti ad fidei adyta inducantur, fideles que confirmati contineantur in ijs libentius non imperante humana ratione, ſed adminiſtra in obſequium fidei præſtantioris ſedulò ſe attemperante. Nullum denique ſacra theologia non movet lapidem, uti dogmatum myſteria illuſtrata, quod expoſitione, deductione que tum præcedente, tum & conſequente contingit, ſolidiſsima omni modo, acceptiſsima que exhibeantur. Quo circa etiam nõ pauca de ijs agit, quæ naturali ſcrutatione inveſtigari queunt, veluti de divinæ ſubſtantiæ attributis unitate, omnipotentia, ſapientia, bonitate, beatitudine, de humanæ animæ immortalitate, de virtutibus, ac vitijs: in ijs momenta omnia rationis expendens, ac ſupremam autoritatem præſtabiliorem ſuperducens. Ita enim & ijs conſulit qui minus intellectus acie nativa valent, aſſequuntur que, quibus uti talia ſuſcipiant, autoritas ſuperna neceſſaria eſt; & ijs qui amplius valent, ut conſummatiorem notitiam ſuppeditet è ſublimi revelatione multa reſerante, quæ genuinum acumen per ſe vel Su. l. 1. c. 13

nullo modo, vel obſcurè nimis, atque tenuiter depre-
[Li.12. Meta.t. 31. 51 Eth.li.10.] hendere circa præcipua quiret. Atqui philoſophorum
princeps celebratus altiſsimam deo ſcientiã tribuit; eius
tamen providentiam celſa luce deſtitutus, extenſam ſo-
lùm ad cœleſtia uſque perſtringit, vt ipſe aliquoties in-
[De placit philoſ. li. 5] nuit, & Laertius Diogenes aperte prodit. Nihil demum
alienum à ſuo inſtituto facit, ſi conſyderationes tales ſuis
proprijs prævias, atque ita proximè ad ſe pertinentes au-
toritati revelantis numinis adiungit: immo inſuper iure
ſuo ſicuti cæteræ diſciplinæ poteſt quę ſuis comproban-
dis, perſuadendis, corroborandis opportuna in antea-
ctis doctrinis non exactè tradita ſint, ſpeculari deinte-
gro, ex illis que, quarum vel germanæ ditionis extent,
deducere, ac ſibi velut affinia ob uſum agnatum vin-
dicare. Sic in muſica theoremata arithmetica, inpon-
derali diſciplina etiam geometrica peculiaria propius
adhibenda monſtrantur. Rurſus theologia non ſem-
per ſtabili ſcientiæ comprehenſione utitur, ſed è pro-
babilibus quandoque probabilia colligit, quæ ſatis ſint
in multis ad ſalutem perpetuam haud potiſsimùm ne-
ceſſarijs. In ijs varias opiniones fert, neque quenquam
ſtringit, quo minus quod probabilius appareat, am-
[Seſ. 24. c. 1 refor. mat.] plectatur. Velut ante pręſcriptum à Tridentina ſyno-
do matrimonio ut quidam, non omnes cenſent: inter
pręſentes contrahendo neceſſariũ modum; inter doctos
[Cai. in ſiciſ atur. opuſc. 12.] controverſum erat, an cõiugium inter abſentes pactum
initiumq; ſacramentum eſſet. De his nõnulli aſſueti uni
aut alteri ſcriptori, nec lectione multi iuga exerciti teme
rè pronũtiare ſolẽt ſtatim dãnantes adverſa pręiudicatę
opinioni, qua imbuti à principio perſuaſi ſunt, nec ſcho-
lę opinationes à ſtatis conſtantibus que dogmatibus

ecclesiæ ſecernentes. His quid aliud facias quàm erudi-
tionem, ac melioram mentam optare? Verùm ut legiti-
ma diſcretio emergat, poſt ſummam autoritatẽ numini
teſtatorum catholicę fidei dogmatum, communicatam
illinc derivant ſcita theologica inde collecta, priori loco
per ſolam ratiocinationem, poſteriori, aſſumptis natu-
ralibus placitis deducta: in quibus potius naturalis ne-
xus, conſecutionis que neceſſaria vis, quàm colligentiũ
autoritas attenditur. Vbi autẽ argumenti neceſsitas om
nino nõ urget, ſed ꝓbabilitate res agitur, quid amplius
ſcholaſtici theologi præſtare queant, quàm probabilem
ſententiam non exacta ſubinde certitudine nixam? Cæ-
terùm ea pro aſſeverantium pondere, nõn numero auto
ritatem ſumit eo ampliorem, quo aſſertores graviores,
probatiores que nacta fuerit: præſtantiorem certè, quàm
quæ ab ethnicis philoſophis vel moralibus proveniat,
quibus fideles probi theologi anteferendi ſunt, iuxta lu-
men utique divinæ revelatiouis verſantes. Solenne vero
theologis etiam in his eſt argumentationes ab autorita-
te non modo philoſophorum, verum & ſanctorum ve-
terum doctorum aſſumpta ducere, unde ad cõcluſiones
vis autoritatis permanans accedit eo maior, quo illi ſan-
ctitatis eruditionis que priorem laudẽ, quàm poſterio-
res imitatores, dictis que ob id ſuis gravius pondus tu-
lere.

## *6. Cap. Veterum doctorum autoritas.*

DE autoritate igitur conferenda iam tractan-
dum eſt priſcorum qui virtute doctrina que
in ſacris literis, & catholicę fidei dogmatibus
explicandis, exerendis que pręſignes enitue-
runt. Quæ cùm ijs prima cura fuerit, celebri-

tatem

tatem quę dederit, in eo negotio ſe prę̨ſertim ipſorum autoritas effert. Vbi vero de alijs quaſi per tranſennā conſyderationem admiſcent, vel tanquam aliud agentes tractant, quæ philoſophica ſunt, aut in univerſum naturali luce continentur: non aliter de ijs cenſendum eſt, atque
Su.c.l.4.3 de philoſophis, & humanas diſciplinas nativa ratione ſpeculatis: niſi quod in moralibus autoritate antecellūt propter virtutem latiſsimo intervallo ſublimiorem ſapientię adiunctā iuxta ſuperius indicata. At ubi propria in arena verſati ſacra biblia, & fidei dogmata pręcipuè ad animi ſalutem aſſequendam ſpectantia ediſſerūt, magnum eorum dictis pōdus ineſt, qui proceres in religio-
Eph. 4.6. ne habiti poſt apoſtolos, prophetas, evangeliſtas, paſtores doctores dati ſunt à Chriſto iuxta Paulum ad eccleſiaſticam ędificationem ſanctorum conſummandam.
Su.l.1.c.11 li.2.ca.5. Quāquam enim improbis interdum tributum prophetiæ donum comperitur, cui ſacræ ſcripturę prophetico lumine, inſtinctuque latę interpretatio, expoſitioq; germana luce ſupera communicata egens accedit: nihilo ſecius pravorum, quibus in proclivi eſt velle mentiri, vitia ſerere, virtutem profligare, difficulter nec iniuria, fides habetur in ijs quę non rationis vi, ſed teſtimonij momēto nituntur. Iccirco deus ſalutis electorum curam gerēs probatiſsimis quibuſque oracula ſua in publicam notitiam edenda conceſsit, nec niſi pauca talia iniquis velut
Deu. 24.a c.25.a. Balaam & Caiphę permiſit, quę nobis tamen certa divi
Ioā.11.g no alio teſtimonio ſuo per probatiſsimos Moſem & Ioannem prolato reddidit. Nam licet divina teſtificatio proprijs numinis indicijs ſignis que inſiſtat, non huma-
Sap. 8.a. nę legatorum autoritati; nihilominus qui cuncta ſuaviter diſponit, eos potius delegit myſteriorum ſuorū nun

 tios,

ios, qui ſibi virtutum ſimilitudine propriores eſſent, per quos ea congruè alij tutò ex omni parte acciperent, ne ſolidiſsimæ veritati vel ea ſecuritas deforet, quę omnino hęſitationem imbecillis ſuſpicacibus evellere valeret. Atque hîc latius emolumentum, & congruitatis decor amplius quàm neceſsitas ſpectata eſt, ubi autoritas divina nuntijs addita certitudinis culmen legationi proximè ſuggeſsit. Verùm ubi teſtatæ numini veritatis enarratoribus autoritas eius non protinus præſens, ſed eminus affulgens iubaris ſui quandam participationem affundit; multo magis doctrinæ comprobationi probitas doctorum explorata neceſſaria eſſe mõſtratur. Quapropter deo ſemper curæ fuit eccleſię tales magiſtros ſufficere, quibus in ſupernæ diſciplinæ expoſitione myſteriorum altam profunditatem explicante ſine formidine fraudis, & erroris diſcrimine credi poſſet. Quamvis autem non ex uno quolibet omnia, è plurimis tamen qui hactenus iugi ætatum ſucceſsione præceſſerunt, mutuò ſubſidio, collatione que deſumi queunt. Perpetim ſiquidem profectum eſt, & multa quę prius inexplorata fuerant, ſequentium diligenti ſtudio patefacta ſunt. Non pauca etiam priſci adverſa inter ſe ſenſere, quę nõ modo ſunt ex eorum numero quę in utrãque partem diſputata probabilitatem ſortita utrolibet verſum ſequi poſsis: ſed & illorum de quibus quondam ſine pietatis religionis que periculo ambigebatur; poſtquam autem eccleſię definitione determinatum eſt deinde quid fide tenendum ſit, iam ſine incolumitatis ſpiritualis iactura dubitari ſcienter nequeat. Inſuper ipſi anteſignani primęque claſsis doctores ſatis multa minus caute à ſe prodita correxere, ut in apologijs Hieronymus, Auguſtinus in retracta- Ad Ruffinum.

tractationum libris; quorum qui ſepultas favillas volu-
Gē.c.9.d. rit excitare, ac verenda veluti patris Noe cum protervo
Cham retegere, deteſtatione ſimili, & ignis ſui confla-
Vincentius Lirinen. gratione dignus fuerit, ut qui non patres recta monentes imitari, ſed humanos errores ab ijs præmōſtratos amplecti malit. At in quibus correcti emendati que à quoquam idoneo non cognoſcuntur, unius, aliquorum ve ſententia, etiam alijs aliud ſentientibus, probabilitatem ſuppeditat, quam ſequi non iniuria poſsimus, eò amplioris autoritatis, quo autores eruditores, ſanctiores que
D. Th. 1. p. q. 1, a. 8. ad 2. Su. c. 5. ad fin. ſunt agniti. Hinc tanquam ex proprijs probabilibus argumenta item probabilia ſcholaſtici theologi ducūt, & enarratores neoterici ſacrarum ſcripturarum probabiles expoſitiones, a priſcis ita mutuati teſtimonium, ut viciſſim aſtipulati comprobationem plurium atteſtatione reliquis confirmatiorem in poſterum tranſmittant. Qua de cauſa recentiorum ſtudia ſcripta que ſedulò veſtigijs patrum inſiſtentia non modo ſupervacanea non ſunt, ſicuti lividi momi ferunt cūcta ætatis ſuæ ſuggillantes, quin potius grande operæ pretium præſtant, dum antiquorum lampada ſuccedaneo curſu ſuſcipientes ab ijs invitati ſacram doctrinam elucidantes amplius, auctiorem poſteris tradunt. Porrò veteribus plus autoritatis tribuitur, uti magiſtris, à quibus doctrinam ſequentes hauſerunt, utque propioribus continenti ſucceſſu apo-
Rom. 8. d. ſtolis primitias Spiritus almi adeptis, unde iugi traditione viciniore clariorem notitiam myſteriorum aſſequi valuere: tum etiā quod ob ſanctitatis, ac ſapientiæ celebritatem receptam iuxta lumen divinæ revelationis, quam verſarunt, propius inceſsiſſe, & numinis ductu illuſtratione que fuiſſe acti exploratò crediti potiorem

ſecuri-

ſecuritatem à deceptionis metu tutiorē cęteris præbent. Cùm tamen hîc intra probabilitatis limites ſiſtatur, nec ad exactè neceſſariæ probationis, & certitudinis abſolutæ integritatem perventum ſit: patet longè infra divinæ autoritatis culmen, & conſummatiſsimam certitudinē, huiuſmodi ſanctorum doctorum autoritatem ſitā eſſe, licet alijs hucusque à principio libri huius expenſis prę lata vicinius ad illius celſitudinem accedat. Id autē multis in locis divinus Auguſtinus[b], & poſt eū Thomas cōfirmavit. Ac meritò, cùm ſententię quoque diverſę, oppoſitę que probabiles ad ſe trahant, atque rem in ancipiti conſtituant, utri tandem adverſorum firmiſsimæ veritatis certitudo contingere debeat, qualis eccleſiæ ſynodica definitione prompta nonnunquam placita quibuſdam veterum confutavit, contraria ſanciens. Quemadmodum Africanum Cypriani decretum de baptizandis denuo ijs, qui eſſent ab hæreticis baptizati, oppoſito ſtatuto per eccleſiæ catholicæ generaliem determinationē exploſum eſt. Eſt adhæc univerſæ eccleſiæ, ipſius que potiſsimùm præſidis vicarij Chriſti diſcernere, ac fidelibus dein aperire qui vitæ, fidei, doctrinę que ſynceritate prędìti probandi cunctis ſint, ad quorum normam in diſciplina inſtitui, ac mores ſuos affingere alijs tutum ſit. Sic Gelaſius pontifex in ſynodo Romana probavit opera Cypriani, Baſilij, Ambroſij, Gregorij Nazianzeni, Hieronymi, Ioannis Chryſoſtomi, Auguſtini, & aliorum, quorū integritas in religione pietatis, ac doctrinæ iuxta ſublimis ac mōdeſta, parata ſicubi exorbitaſſet, eccleſiaſtica cenſura emendari, digna iure oſtenſa eſt, quæ comprobata fidelium inſtitutioni formandæ proponeretur. Multo quippe aliter Gelaſius ſanctorum opuſcula doctorum,

b Ad Hie. epiſt. 19. & 7. 48. 111. lib. ad Vin. Vic. 2. li. 2 bap. cōtra Don. 3. c. princ. li. 3. Trin. Dec. d. 9. 1. p. q. 1. a 8. ad 2.

diſt. 15. cap. Sancta Romana.

ctorum, atque canonicas ſcripturas ſacroſanctas ſuſcepit; in his dei teſtimonium ſuſpexit, in illis ſervorũ eius; in ſacris libris ſupernę religionis fundamentum immutabile agnovit, in alijs multa inter ſe variantia quatenus fidei ędificationi cogruerent, amplectenda; in arcanis literis ſummã veritatẽ erroris prorſus expertẽ veneratus eſt, in aliorũ ſcriptis & notavit alicubi errata, & falſitatẽ latere poſſe deſignavit; obſervavit tamẽ plurima divinę religioni conſona; & diſſentanea quæ forent, averſantẽ, correctionique ſubdentem animum pientiſsimum exoſculatus eſt. Non negat inſuper orthodoxorum omnium doctorum ubivis per cuncta ſuccedentia ſæcla pollentium conſenſum de quovis ſanctæ fidei dogmate, ac ſubinde ſacræ ſcripturæ ſenſu apertè, perſeveranterq; mutuò prorſus concinentem, haud ſecus quàm uniuerſæ catholicæ eccleſiæ, quæ columna eſt & firmamentũ
1. Tim. 3 d veritatis, conſenſum eſſe attendendum, cui ſit omnino
Seſ. 4. c. 2. auſcultandum. Quare iure optimo concilium etiã Tridẽtinum, ad coercenda petulantia ingenia decrevit, ut nemo ſuæ prudentiæ innixus in rebus fidei, & morũ ad ædificationem doctrinæ Chriſtianæ pertinẽtium ſacrã ſcripturã ad ſuos ſenſus contorquens contra eũ ſenſum quem tenuit, & tenet ſancta mater eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſcripturarum ſanctarum; aut etiam contra unanimem conſenſum patrum ipſam ſcripturam ſanctam interpretari audeat. Huius autem ſententiæ legitima cauſa eſt, quòd cùm per ęvum omne religionis proceres virtute ac ſapientia inclyti præcipua ſint eccleſiæ univerſæ membra, concors eorum conſenſus de ſpectantibus ad ſupremam diſciplinam ipſius iam eccleſiæ catholicę totius lapſui er-

roris minimè obnoxię conſenſio evadit. Atqui cuncti fideles adulti ſive ſuperiores, ſive minores actu explicito fidei articulos vocatos credere tenentur: erga cętera ſcripturę ſacrę, doctrinęque divinę cui fidem ſpondent, autori deo teſtanti ſecundum Apoſtolicam inſtitutionem ſe credere profeſsi, ut ſuperius explicuimus; ſat eſt inferiores paratam offerre mentem, ut explicitè credãt, qũm ea in huiuſmodi ſuprema diſciplina contineri conſtiterit: at maiores, ad quos pertinet cęteros inſtituere, pleniorem eorundem tenentur habere notitiam, ea que ſubinde explicatius pro cuiusque gradu, & officio credere, quò ad ipſorum perſpectam claritatem rudiores in difficilioribus, quę ignorant, recurrere queant. In his ergo fides eccleſię totius quovis ſęculo magiſtrorum explicata fides eſt; in qua ſimpliciorum fides implicita cõtinetur ſynceriter credentium iuxta eorum normam prout ipſi doctrinę ſupernę adhereant; haud illigata fide uni aut alteri, qui à recta via deficere queat, ſed pręceptorum communitati adiuncta, qui nullo ſęculo defuturi ſunt ſecundum apoſtoli ſententiam, & Servatoris promiſſum in Petro eccleſię oblatum, fidem ei nunquã defore. Quia verò qui fuerint recti ſingulis ętatibus inſtitutores, non cunctis ubique conſtat, ij demum fuiſſe indicantur, qui à ſacrorũ bibliorum conditoribus uſque per omnia ſuccedentia iugiter ſecula in eandem religionis diſciplinam unaminiter conſenſiſſe deprehenduntur. Aliòqui quo alio modo explicanda ſanctę religionis myſteria palã, publicè, certò patere poſſent? aut qui commodior Lydius lapis ad eiuſcemodi comprobationem, quàm patrum omnis ęvi conſona conſenſio ab eo quivit offerri, qui non diſſenſionis, ſed pacis deus eſt?

Su.li.1.ca.14.

Eph.c.4.b
Luc.22.d

1 Cor.14.f

eſt? Poteſt ſanè in explicatione fidei dogmatum reconditiorum pręſertim nō cunctis obviam propoſitorum claritas perenniter augeri uſque ad lucidiſsimas faces eccleſiaſtica definitione prętentas: eadem tamen rei veritas vario ſub ſplendore fidelibus oblata fuit. Valet itidem ſacrarum literarum inexhauſta profunditas quibuſvis locis amplius perpetim patefieri: in eandem tamen divinę autoritatis veritatem ſive eminus, ſive cominus ſpectatam priſci poſterique ſpeculatores convenerunt, ita ut nuſquam is eccleſię conſenſus falſum divinę ſcripturę ſenſum uſurparit. Sed & ut multiplicem
Su.li.2.c.8 ſenſum ſanctę ſcripturę ferunt, ſi cuiuſpiam loci nova intelligentia retegatur à recepta maiorum non diſcors & adverſa, quę falſa foret, verum diſtincta, oportet nihilominus ut cum eorum alibi expoſita mente conſpiret, quod ſtudioſis facile liquet, ne ſi omni ex parte diſsideat, falſa per ſe relinquatur. Conſenſus itaque doctorū omnium antecedentium, totius iam eccleſiæ redditur, eiusq; ob id, nō tantùm ſingulorū autoritatē ſubiens divinę cōferenda ſub illa eſt paulo poſt ſuo loco tractāda.

## *7. Cap. Conciliorum autoritas.*

INterim conciliorum autoritas, ac pręſulum excutienda eſt, quoad inſtituto ſatis ſit, & comparāda prius iuxta ordinem ſuſceptum. Concilia verò ſecundum frequentem iam loquēdi uſum cōgregationes ſacerdotales intelligūtur, in quibus ad fidelis populi mores religionēque ſpectantia ꝑ varia temporū neceſsitate à pręfectis ſtatuūtur. Ea cōcilia ſive ſynodi multifariā diſcriminātur. Synodi vocatę diœceſanę, ut ab inferiorib⁹ ſenſim aſcēdamus, ſunt, quibus in unaquaq; diœceſi collectis presbyteris, & alijs

eccleſiaſticis miniſtris ad ipſam pertinentia per propriũ epiſcopum de communi ſententia ſanciuntur. Provinciales autem ſunt, in quibus provinciæ cuius vis evocati epiſcopi cum metropolitano ad ipſam attinentia decernunt. In quibus porrò ſtabiliuntur convenientia toti cuilibet nationi, ſive regioni velut Hiſpanię ab ipſius epiſcopis congregatis, ac metropolitanis, eorum que primate, ea concilia provincialium potiſsima, nuncupata nonnullis nationalia ſunt, qualia multa Toletana fuere. At generalia concilia habentur, quæ generali evocatione epiſcoporũ celebrari ſolita de cauſis præſertim univerſam eccleſiam tangentibus ab eius univerſali prę ſide Chriſti vicario definitionem iudicio aliorum aſsiſtentium epiſcoporum aſſentiente ſuſcipiunt. Eiuſmodi concilio ſi ſummi pontificis, nempe capitis autoritas abſit, non iam appellationem abſolute generalis, ſed cũ acæphali additamento meretur. Intermiſsis itaque nũc abſolutè generalibus, de cæteris agamus. In cunctis aut de fidei dogmatibus diſcernendis tractatur, aut de ſubiectorum fidelium eccleſiaſtica gubernatione ad boni religionis promotionem, cultu, obſervantijs, coercionibus dirigenda. Atque de his poſterioribus ſanctiones ferre iuriſdictionis munus eſſe patet, & ijs propriè congruere, qui regendis ſubditis fidelibus præpoſiti ſunt, uti epiſcopi paſtores præfecti. Quo circa talia ſynodi cuiusq; ſtatuta cœtum eccleſiaſticũ ſub ditione ſuperiori cõcilium ſtatuente ſubiectum tenent, alienum non obligant, nec in parem poteſtatem imperium habent: quo minus per parilem novis editis prout variatis rebus uſus ſit, mutentur. Temperantur autem omnia hæc aut vim ampliorem recipiunt per ſummi pontificis ſupre-

mam

mam dignitatem, cuius decreta univerſis fidelibus uti ſubditis modum præfigere poſſe conſtat. Cùm igitur apoſtolici antiſtitis imperanti autoritati hæc ſynodorũ ſubſit, ſub illius collatione ſuo loco conſyderanda cum autoritate divina comparabitur. Verùm dogmatum fidei declaratio, qualia maximè abſtruſiora occaſione factionum diverſis plagis tempeſtatibusque exortarum in diſceptationem cadere cõtingit, huiuſcemodi orthodoxis ſynodis diſcuſſa propoſita que, itidem atque catholicorum doctorum autoritatem probabilem ſortitur. Nam & in ijs concilijs patrum ſententiæ conſueverunt inquiri, expendi, eligi, & in ſacra doctrina eruditiſsimi quique in conſultationem aſſumi, quorum ſecũ conſenſum ferunt. Eò autem ampliorem probabilitatẽ per ſe offerent, quo probatiorum conſeſſus, ſanctis que doctoribus conſentanei magis habiti fuerint. Certitudinem quippe rectè explicatæ fidei exactam vel unum tale, vel nonnulla concilia non ſeorſim præſtant: cùm aliquot iam à fidei ſacræ regula deviarint, ut generale ſecundum Epheſinum, provincialia Mediolanẽſe, Seleucianum, & Carthaginienſe ſub prçſide Cypriano martyre, quem tantum virum cum octoginta religioſiſsimis epiſcopis deus labi, atque ab errare commonitionis noſtræ cauſa permiſit; & alia, quorum labem ſynodica multo potius ſubire, atque incurrere poſſe perſpicuum eſt; quamquam in ijs rarò ſueverunt fidei generalia negotia ventilari. Cæterùm horum conciliorum in ſacra doctrina conſenſio cum priſcis cunctis ſanctis doctoribus concinens, in univerſç iam eccleſiæ cõſenſum verſa pariter ſub eo contenta cenſenda erit. Quæ prçterea cõcilia cuiusvis generis horum ſive ſingula, ſive plura à

[Margin: Leo. epiſt. 12. Hi. ecc. li. 10. c. 20. hiſt. trip. li. 1 c. 34. Aug. de bapt. contra Dona. li. 1. ca. 18.]

[Margin: Su. c. 6. ſi.]

ſummo pontifice cõfirmata comprobationem ita ſedis apoſtolicæ adepta comperiuntur, ampliſsimam inde firmitatem, certitudinemq; aſciſcunt; at non per ſe ſeorſim, ſed ex adiũcta vicarij Chriſti autoritate graviſsima, de cuius pondere mox ſpeculationem ſubiũgemus. Sic à Petri ſucceſſoribus conſtabilita ſunt cõcilia generalia Nicænum à Sylveſtro, Tridẽtinum noviſsimum à Pio quarto, provincilia Gangrenſe, Ancyritanum, Neocæſarienſe, Sardicenſe, Aphricanum, Carthaginienſia à Leone quarto, prętér illud Cypriani, & ut ſynodici ſit exemplum, epiſcopale Complutẽſe ſub Toletano præſule cuiuſdam vxamenſis occaſione de clavibus eccleſiæ, ac pœnitentia ſuperioribus annis autoritate ſedis apoſtolicæ à Sixto quarto fultum. Hanc vicarij dominici confirmationem cuncta orthodoxa concilia expetierunt; recognoſcentia utique ſtabilitatem conſummatam inde ſuis definitionibus provenire, alióqui ſolido robore carituris: quemadmodum Nicænum à Sylveſtro Romano pontifice, Chalcedonenſe à Leone magno, ſexta generalis ſynodus à Leone tertio, & alię à ſui cuiuſq; temporis pappa nominato petiere, quas fuſè noſter Torquemada præſtes cardinarius proſequitur. Hac ſanè confirmatione concilia generalia, talia evadunt abſolutè, qua deſtituta in acęphalorum loco relinquerẽtur: quanquã & ante comprobationem ut eo gradu generalia legitimè ſint, plura exigunt. Ea verò regulariter ſunt, generalis epiſcoporum evocatio à ſummo põtifice indicta, nõ ab eo qui certus domini vicarius ſit, inhibita, revocatave, ac proinde in irritum deducta: dein generalis epiſcoporum congregatio, ita ut ne maior meliorq; pręſulum fidelium provinciarũ pars abſit, denique ubi ſummus pontifex

Ep. Syl ad Nic conc.
D 20. c. de libellis.

Ep. Ni. cõ. ad Sylv.
Epi. Chalc: cõc ad Leo 59.
Epi. Mart. epi. Leo.
li. ſũ. eccle. 3. c. 6. 8. 3[illegible]

pontifex non adſit, ipſius legati, apocriſariorumve Romanæ eccleſiæ præſentia, ſeu præſidatus, quibus ſupremus antiſtes inſtitutionē ac mandata pręſtituere ſuevit, ad quorum amuſsim, non cōtra, ſuam rectè delegatam functionem exequantur. Huncin modum concilium paſtorum à numine iniuctam gregis curam gerentium collectione legitime cōgregatum Spiritus ſancti ductu ad ovium procurandā ſpiritualem utilitatē habetur univerſalem eccleſiā virtute cōtinens, ac iure repręſentās, & exprimēs. Tot enim requiri ratio ipſa rei, & antiquorū ſententia indicat. Regulā nāque eccleſiaſticā iubere, ne
Li. 4. hiſt. trip c. 9. huiuſmodi concilia pręter ſententiā Romani pontificis
epiſt. ad O- celebrentur, Socrates in hiſtoria tradit, Iulius pōtifex á
riētales. ep. ad Antioch. Nicęna ſynodo definitū aſſerit, Marcellus id apoſtolis
Act. 1. 7. Act. 6. aſcribit: cōcilia itē plurima velut generale octavū, & ſe-
96. d. cbn. ptimum, Romanum ſub Symmacho, Lateranenſe ſub
Seſſ. 11. Leone decimo aſſeverāt. Loco verò ſummi pōtificis legatos inſtitutos pręeſſe oportere, ut quorū pręcipuū ſuf-
17. d. c. Regula. fragiū ſit, Iulius Romanus epiſcopus orietalibus ſcribēs teſtatus eſt. Eiuſmodi generali cōcilio quovis legitimè congregato Martinus quintus in fine Cōſtantienſis univerſalem eccleſiā repręſentari definivit. Ea verò ſecun-
1. Tim. 3. d. cundum apoſtolum columna & firmamentū veritatis eſt. Vnde colligitur ob verā repręſentationē univerſum conciliū in fidei veritate decernēda errare non poſſe, qđ ſit legitimè congregatū. Ex quo nonnulli cōficiunt, ſic determinata ſolidā certamque autoritatē nanciſci, priuſquam à Chriſti vicario denuo confirmentur. Sed quū legitima congregatio ſuppoſita, quām plurima poſcat, quæ nec præſtari facile, nec an præſtita ſint, diſcernere, in promptu ſit, neque cuivis ex officio conveniat:

con-

conſtãtiorem aliam definitorum normam, nempe Romani pontificis comprobationem adhiberi operepretium eſt. Idque opus eo magis eſt, quòd concilij cuiuſq; nomine decreta edita non ſemper omnium convenientium ſuffragijs, ſed maioris plerumque partis definita ſunt, cui etiam ſi legati Romani accedant, ea parte ſine altera univerſa eccleſia non repræſentatur, toto nimirũ concilio expreſſa: fieri que poteſt, ut ſicut maior numero, non valore totius eccleſiæ pars, ita ſynodi generalis in dogmate fidei erret, altera potiore rectè ſentiẽte, cùm univerſitas integra de errare non valeat. Ne igitur erroris timor, ac dubitatio reſtet, notior ſucceſſoris Petri certa confirmatio neceſſaria eſt. Immo verò ſi quo caſu cũctis apertum foret concilium prorſus legitimè congregatum, celebratum que eſſe, atque ab omnibus ſuffragatoribus unanimi conſenſu aliquod fidei dogma declaratum, ac definitum fuiſſe: cenſet poſt ſuperiorem præſtitem cardinarium alter Caietanus item præſignis, ab eiuſcemodi ſynodis nil firmi penitus dogmatis proficiſci, quoad per Servatoris vicarium ſupremo iudicio lato definientem confirmentur: eo que ſecluſo errori etiam fidei adverſo eſſe obnoxia poſſe. Nec hac de re nobiliſsimis auctoribus erroris nota iniuſta eſt, immo ſententia probabilis aſcripta. Argumenti verò anterioris nexus ad hũc fermè modum à Thoma Vio diſſolvitur. Significat quippe univerſam eccleſiam repręſentari generali concilio legitimè congregato, non acæphalo, ſed integro cum dominico vicario capite ſummũ religionis iudicium exercẽte, cui error ſubeſſe nequit: Nec pręter id, eam repræſentationem eſſe ultra veram expreſſionem, rei pręſentis exhibitionem, ita ut cõcilium tale

Sum. eccl. li. 3. c. 32. 33. L i. aut. pap. & cóc. c. 11. Apo. 2. p. c. 21.

cunctis

cunctis eccleſiæ univerſæ dotibus gaudeat: cùm in ea ſemper ſit fides charitate formata iuxta Chriſtum ſanè

Mat.28.f pollicitum ſe cunctis diebus cum ipſa uſque ad conſum

Ioã.17.d. mationem ſæculi futurum: ac precatum efficaciter, ut

&.q.v.21. Paterna dilectio in credituris permaneret; nec tamen id ipſum de concilio determinatum habeatur, quamvis par ſit exiſtimare in tanto conſeſſu non defore, qui divinæ gratiæ amicitia polleat. Ita namque Petri ſucceſſori iugiter ſufficiendo, per quodvis tempus unico, eiusque officio ſupremo ſummum fidei iudicium cõceſſum

Ioan.21.e eſt à Chriſto dicẽte, Paſce oves meas, ac teſtante Simoni

Luc.22.d. Petro, Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua; & tu aliquando converſus confirma fratres tuos: ut id priuilegium iuxta, atque dignitatis officium ſoli Romano pontifici proprium ſit, nec præter eum ſimul cum alio cõmunicari queat ſive concilio, ſive legato illic per eundem conſtituto. Quin & qùm ſummus antiſtes in ſynodo, aut conſiſtorio præſulum de ſingulis cenſendis quid ſentiat, explicat, conſulti adhuc munere fungetur, alijs licet antelati: ubi vero de actis, placitis, viſis, quę definienda verſata ſunt, extremam iudicialem determinationem fert, proprij officij functione incommunicabili utitur, firmitatem que certiſsimam fundat ſupremam manum apponens, iudicio que ſummo cũcta ſuffragia figens, ac generale demum concilium ſtabilitum undique legitimè abſolvens atque conſummans. Prout autem ad eam conſummationem referuntur, aſpirant, tendunt, derivatione inde ducta concilia prius legitimè congregata quoque, celebrata que iure dicuntur, quamvis imperfecta ſint, quo ad illa ſuperducatur. Poſſunt verò aliter concilia generalia cogi, veluti ſchiſmatis cõ-

ponendi cauſa, ubi ſe multi pro ſummis pontificibus ge rerent, aut extincto pontifice, cardinalique collegio ele ctorum, quod peſte contingere poteſt, creandi novi antiſtis ergô. Similia tamen vim maximè legitimorũ non ſuperant; quorum autoritatem faſtigio pontificię determinationis ſubdidimus, de cuius autoritate, pondere, collatione iam ex ordine acturi ſumus.

## *8. Cap. Pontificum Rom. autoritas.*

SVnt autem ad ſummi pontificis dignitatem ſpectantia tot ultro citro que iactata, dubitata tã multa, tot impugnata, tantis impedita molibus, tot Mæandris, ac labyrinthis involuta; ut nobis defuturam materiæ atq; laboris copiam verendum non ſit: ſed verendum potius, ut exitus deſit, atque ad eũ ducens brevis, diſtincta, patens, certa methodus, quaſique filium Theſei ab Ariadna ſuppeditatum, quale præſtantius tamen prẹſtolamur à numinis cuius negotium tractamus, ope nũc, uti cum maximè ſummiſſo animo implorata. Atq; in primis quoniam ad Petri ſucceſſorem pertinẽtia exploramus: quid ipſi Petro cõgruerit, ut huius ſucceſsionis cardini, quid proprium fuerit, haud neceſſariò ad poſteros tranſmittẽdum, expendamus oportet. Alia enim ei fuere à deo publica munia collata, alia privatim adfuere, minimè plane ad alios tranſitura, ſive mala ſive bona ſuperno munere cõceſſà, velut peccata, & abnegationes, pauperies, natio, genꝰ, virtutes, merita, fides. Atqui fides eius iuxta Servatoris pollicitationem non defecit, quamvis metu magiſtrum mẽdaciter abnegarit, ut aſſerit Auguſtinus, Chryſoſtomus, Hilarius, licet Ambroſius fidem amiſſam defletam dicens profidelitate, ac fidei confeſsione

Li.2.cõtra Menda.
in Lu.22.d
Li.6.de Trinit..
D 50.c.fidelior, è ſer. 47. de fid. Petri,

nc

ne uſurparit: nihilominus cuipiam ſucceſſorum Petri privatim fidem deeſſe hæreſi admiſſa quire quanquam Pighius inficiatur, plures ob experimenta, ut inferius deducetur, concedunt. Publica verò Petri munia fuerunt, quòd apoſtolus, ſicut & duodecim, tametſi collegij apoſtolici primus à Chriſto inſtitutus eſt; quòd que totius eccleſiæ paſtor ordinarius creatus fuit: huius, non illius, prout diſcernitur, pontificem Romanū perenniter ſucceſſorem eſſe indicaturi ſumus, ubi vtrunque quo ad ſatis ſit, diſtinxerimus. Apoſtolatus autor ipſe per ſe protinus Patris unigenitus fuit, qui & duodecim è comitibus diſcipulis elegit, quos & apoſtolos à miſsionis functione nominavit ad euangeliū prædicandum, cū morborum, ac dæmonū expulſione: & eandem poteſtatem confirmans ac dilatans ipſis dixit: Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos; facultatem denuò largiens uti nomine ſuo legatione fungerentur ad reconciliandos mortales deo, ac in vitam ęternam reducendos, numenque ita glorificandū, inſtar magiſtri, qui à Patre in mndū miſſus id princeps præſtitit, & exequēda quæcūque ad eam functionē exercendam neceſſaria forent, ob quod & ſpiritus ſancti effuſionem promiſit ipſis, ac demum contulit. Itaque qui apoſtolium conſecutus eſſet, ampliſiſsima & univerſali poteſtate cumulatus reddebatur, ut eccleſiam totam doceret, moderaretur, conſtrueret, omnia que ad id opportuna ubique ſtatueret, ac perficeret: ut ſancto ſuſcepto Spiritu omnem veritatem ad expoſitum finem revelandam reſerante, ſacram inſtrumenti novi ſcripturam conderet, ac probaret, veteris recognoſceret, diſcerneret, intelligeret: ut que ad euangelicæ religionis confirmationem ingentia mira-

Luc. 6.b. v.13.
Luc, 9.a.
Ioan. 20.e. v.21.
2.Cor. 5.fi
Ioā, 17.a. Ioan. 17.c. v.18.
Ioan. 14.b 16,b.
Acto. 2.a.
Ioan. 16.b v.13.
Luc. 24.g v.45.

cula ederet vel maxima eorum, quæ cauſa eadem præ- Ioã. 14. b. v. 12.
ceptor operatus fuerat. Fuit autem ea facultas nullis ter-
minis circumſcripta diffuſa ſuper univerſam eccleſiam
extenſo epiſcopali munere commiſſo iuxta dictum apo Li. 6. cõ. apoſ. c. 14.
ſtolorum ex ore Clementis ſuperius relatum. Fuit ſub- Su. li. 2. c.
inde nulli mortalium ſubdita, non quidem ordinaria, 14.
quin potius delegata, quemadmodum Apoſtolus ape- 2. Cor. 5. ſi
rit, ob eccleſiæ exoriẽtis neceſsitatem, uti celerius ac fœ- Mat. 9. fi.
licius creſceret, pluribus aſcitis concredita, quibus &
Spiritus divini primitiæ ſunt affuſæ: quò tradita ſibi po- Rom. 8. d. v. 25.
teſtate uti noſſent, ac valerent in ædificationem, & non 2. Cor. 10.
in deſtructionem eccleſiaſticæ fabricæ. At facultas talis b. v. 8. 13. d v. 10.
non erat in poſteros trãsfundenda, qui ſimilibus donis
haud muniti facilè quirent ob interminatam potẽtiam
contentionibus obortis ciere turbas, diſſenſionesque, ac
errores incurrere, ſerere, fovere, atque unitatem, & inte-
gritatem eccleſiæ miſerè lacerare. Oportuit ergo eccle-
ſiaſticæ unitati perpetuò in poſterum continendæ aliã,
atque adeò unicam ab eccleſiæ, ac religionis fundatore
poteſtatem inſtitui. Ea verò pontificatus fuit Petro, non
alijs apoſtolis collatus ordinario iure in poſteritatem de
rivando ſerie ſuccedanea, diſponẽte domino qui voluit
eſſe ſuum uſq; quaqua unum ovile, ut unus etiã loco ſui Ioã. 10. c. v. 16.
paſtor ſemper eccleſiæ univerſæ præeſſet. Ea mẽte Petro
ſeparatim claves regni cælorum ſpopondit, tanquã deſi Mat. 16. c. v. 19. 18.
gnato pontifici ordinario, eique pontificię petrę ſuper-
ſtruendã eccleſiã velut unico perpetim fundamẽto vice 1. Cor. 3. ſ v. 11.
ſui ultra delegata fundamẽta initio tantũ iacta, ipſe pri- Apo. 21. d v. 4.
mariũ fundamentũ promiſit: ac teſtatus eſt ſe pro Petro
expreſſo præcipue, tãquã utiq; antiſtite univerſali deſig Luc. 22. d. v. 32.
nato rogaſſe, ne deficeret fides eius, qua nimirũ illibata
uſque

uſque manente pontificali iudicio, ſicut ei iniungitur, fratres confirmaret: ac denique ut pollicitationem im-
Ioã. 21. c. pleret, ſeorſim Petro de dilectione interrogato ter, ter agnos, oves que univerſim paſcendas, regendasque ſicuti paſtori præfecto commiſit, officio ſanè iugiter du-
Ioã. 21. d. raturo in ſucceſſoribus eius, cuius mox necem martyrij præſignavit. Sic quiſquis ritè ac legitimè Petri ordinarij paſtoris ſucceſſor declaratus ſit, ab inſtitutore Chriſto ſummam pontificatus poteſtatem conſequitur, ut eccleſiaſticæ unitatis caput vicariũ domini ſupremi capitis ſit, unde virtus omnis, & facultas miniſtratrix eccleſiaſtica ſive ordinis, ſive iuriſditionis in membra cunEta permanet; ut fidei ſoliditatem, ac certitudinem, quæ nunquam deficere poſsit, decretorio iudicio poſsideat, atque ita quæ credenda, quæ refutanda ſint, diſcernat, fratresque fideles confirmet, doceat, paſcat, errãtes corrigat, cunctos moderetur: utque in id pleniſsimam li-
Mat. 16. c. v. 19. gandi, atque ſolvẽdi functionem obtineat perenni iure,
Mat. 18. c. v. 18. quæ primis etiam legatis priuilegio tributa fuit; utque ſubinde claves regni cæleſtis reſerandi, claudendique pro ſubditorum meritis, & moderaminis ratione ſupremo gradu verſet: ut in ſumma quęcũque ad crediti gregis ſpiritualem religioſamque gubernationẽ expediãt, iuxta munus collatum in perpetuum, ubique diſponat. Atqui apoſtoli qui ob delegatę poteſtatis faſtigium nullius imperio conditi obnoxium a conditore ſummo antevertente præacceptum, omnis ditionis coactrici auto-
Act. 1. c. d. 2. b. 3. a. b. 4. b. 5. a. b. v. 11. ſi. 11. c. 12. a. b. c. 15. b. ritati exmepti ſunt, Petri agnovere primatum primas ei ſemper deferentes, dignum que habentes honorem cardinem ſuum eſſe ingenuè præſe tulerũt, ei què obſequi debere fideles univerſos iugiter profeſsi ſunt: ut qui pla

 neagno-

ne agnoſcerent Petrum non modo apoſtolum eſſe, verùm & cuncto gregi à deo præpoſitum fuiſſe, ſeque ipſos quatenus agni Chriſti forent, ad talis præfecti curam pertinere, niſi prius eos dominus omnium ad apoſtolicum magiſtratum, quod ſubiectos fore non pateretur, ſubtraxiſſet. Non igitur inſolenter apoſtoli adverſus paſtoralem ordinariam dominici vicarij pontificis præfecturam ſe extulere: ſed eam candidè ac modeſtiſsimè venerati, apoſtolatus parilem poteſtatem â numine inſtitutam, rectè propterea non imparem exeruerunt, divini operis itidem vicarij paſtores, ut eccleſia canit, in præfat. ap. poſt. pontifices que, verùm delegati conſtituti. Paritas autem ditionis intelligitur, qua ſcitum eſt parem in parem imperium non habere, qua que ideo qui eccleſiæ univerſæ prælati dicuntur, ſubditis alijs, non ſibi mutuò qui univerſales rectores erant, præfuiſſe plane accipiuntur. Aliôqui nil vetat, quo minus quivis eorum priuatim alius regimini, aut etiam inferioris miniſtri officio ſuo conſtituti ſponte ſubderetur, veluti cùm ſacra ſymbola ſacramenta vocata ſuſciperet. Igitur hæ duæ ſupremæ poteſtates delegata, & ordinaria communem ſortitæ ſunt ligandi atque ſoluendi latiſsimam in ſubiectos cunctos functionem. Ordinariæ proprium fuit, quod à Petro in ſucceſſores traijcienda perenni proceſſu eis æque futura communis, erat in eccleſia manſura: qua de cauſa fertur à multis ſcriptoribus Petro in perſona eccleſiæ à Domino data. Delegatæ communis Petro cum alijs apoſtolis proprium fuit facultas operandi ſignorum, condendi, ap-

pro-

probandi, & intelligendi exactiſsimè ſacrarum ſcripturarum ſanctæ que diſciplinæ, religionis, ac fidei dogmatum deo autore divino teſtimonio ex ore apoſtolico latorum. Proprium item, quod apoſtolorum leto terminanda, iam non erat ulterius in ſucceſſores tranſitura, ijs utique caſſa quibus parata non fuerat. Hæc proinde Petrus licet cum alijs ſummis legatis communia, propria tamen apoſtolatus ſecum morte abſtulit, nec in ordinarij ſupremi pontificaticatus ſucceſſores tranſmiſit. Potuere ſanè ſucceſſores novo dei dono vel ſigna proferre, vel prophe-
1.cor.12.d. tiæ lumine illuſtrari, vel alias gratias dictas gratis datas adipiſci, quas numen prout ei placet, in fideles ſpargit: ſed culmen ipſarum tantæ legationis ſublimitati uti proprium ſolummodo debebatur. Fuit nihilo ſecius ex apoſtolica prophetiæ luce quædam inſtinctus divini participatio cum Petri ſucceſſoribus communicanda quadam tenus relicta iugiter illius legis vi,
Luc.22.d.v.32. qua ſervator pactus eſt Petri pontificis in ſucceſſore quovis non defecturam fidem, qua fratres fideles uſ-
Mat.28.fi. que ad conſummationem ſæculi non de futuros confirmet; ita ut ea de cauſa Sancti ſpiritus aſsiſtentis ductu & impulſu pontificium præſidis iudicium exercens recte libros ſacros non quidem condat, ſed à non canonicis diſcernat, fidei dogmata divinæ doctrinæ conſona ab erroribus adverſis diſcriminet, hos damnet, illa definiat, ac religioni promovendæ, cuſtodiendæ que, ac tutandæ commoda decreta ſanciat, prout fuſè paulo poſt ſuo loco explicabitur.
Ob eam participationem, ampliusque ſucceſsionem apoſtolici coryphæi, extenſo vocis uſu ſucceſſoris dignitas

dignitas apoſtolatus à multis, eius que ſedes apoſtolica nuncupatur, cui præſidentis priuilegia notata figurate aſcribuntur, quòd non uni tantùm, ſed cunctis in eam ſuccedentibus conveniant: aliôqui non aſſeſsioni officij, locive ſimul propriè, quin potius præſidenti iudici ſummo eccleſiaſtico congruunt: nunquam tamen apoſtolicum præſulem appellatum apoſtolum apud idoneum ſcriptorem reperiſse memini. Huius ſucceſſoris electio, ſeu deſignatio ad fideles modo poſtea tractādo attinet; dignitatem verò legitimè deſignato is qui ordine eius ſuccedaneum inſtituit, protinus confert. Nec enim ut à republica civilis rector poteſtatem, ſic ab eccleſia pontifex nanciſcitur, ſed ab eccleſiæ univerſorumque domino totius eccleſiaſticæ hierarchiæ monarcham loco ſui creante Ita namque Dominus ſuſcitatus ordinariam, ac delegatam ſupremam dignitatem ſtabilivit, ut Ioan. 21. c. 20. c. v. 21 quiſquis ad utramvis conſilio numinis ac diſpoſitione cooptatus reciperetur poſtmodum, parem atque priores facultatem ſortiretur ad huius vel illius officium integerrimè excercendum, quemadmodum in delegata Acto. 1. d. v. 23. Matthiæ ſuffecto vice proditoris, & Paulo delecto non Gal. 1. a. ab hominibus, ſed à trino numine contigit Tantùm oportet ut aſſumptus ſacerdotum epiſcoporum opera ſacerdotalem ordinationem epiſcopalem que conſecrationem ſuſcipiat: ſicut & Matthiam ab apoſtolis accepiſſe cōſentaneum eſt, & Paulum à doctoribus Antiochenis Acto. 13. a per manuum impoſitionē nonnulli exiſtimant, niſi eam vel à ſupremo ſacerdote Chriſto habuit, vel per eos ſumpſit, quos licet epiſcopi nondum eſſent, in eo miniſterio prrficiendo inſtrumenta ſua quaſique ſucceſſores ęternus pontifex eſſe voluit, qui & ſi miniſtris ſuis ordinarijs

dinarijs inſtitutionem, quam non prętermitterent, pręſixit: tamen ei uirtutem ſuam non alligavit, quin ut ſibi viſum foret, quandoque aliter myſteria operaretur. Nam & ſupra modum, quem ſibi præſcriptum in adminiſtratione ſacramentorum eccleſia perpetuò ſervat, nonnulla geſiſſe Servator pro ſumma poteſtatis excellẽtia comperitur. Eccleſia in presbyterorum ordinatione id obſervat, ut facultas eis conſecrandi dominicum corpus, & ſanguinem in euchariſtia per epiſcopale miniſterium conferatur, ſimulque abſolvendi ſive remittendi peccata. At poſterior à Chriſto ſuſcitato inſtitutis apoſtolis collata eſt, quando & unà pœnitentiæ ſacra-
Ioan.20.e mentum condidit, effatus: Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos, & cum inſufflatione continuò: Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt. Prior verò quę poſterioris acceſsione mirabili dilatata eſt, fuerat in cœna prius eiſdem ipſis diſcipulis à domino præbita, cũ
Lu 22.b. v.19. inſtituiſſet divinum euchariſtiæ ſacramentum ac ſacri-
1.Co. 11.c v.24. 25. ficium, poſt eius conſecrationis verba locuto. Hoc facite in meam commemorationem. Vbi non modo ſectatores ſuos ſacerdotes creavit, qui ſynaxis ſacrum celebrarent, ac fidelibus diſtribuerent: ſed etiam id munus iugi ſucceſsione ab alijs ad alios derivãdum perpetuò ſanxit is cuius immenſa efficacia non eget ambagibus ut plurima, maxima que vel pariter agat. Quare conſectaneũ apparet diſcipulos tunc etiam epiſcopos à Chriſto fuiſſe ulterius redditos deſtinatos ve, qui in eius commemorationem id inſuper facerent, quod ipſe functus epiſcopali exercitio ſacrificos conſtituens præſtabat. Verũm epiſcoporum conſecrationem à presbyterij ordinatione

ulus eccleſiæ diſcernẽs nõ ſimul cõfert, ſed poſtea; ſicut & antea multa quaſi prævia ſuppeditat, nẽpe inferiores ordines dictos, ac prius cõfirmationis ſacramẽtũ, quod tamẽ Servator in cœlũ recept⁹ poſteri⁹ effuſo ſpiritu ſancto apoſtolis cũ alijs fidelibus exhibuit. Act. 2. a. Namque baptiſma quo fideles in chriſto regenerati eius ſignaculo inſigniti facultatẽ receptricẽ aliorũ ſacramentorũ nanciſcũtur, ita ipſorũ ianuã eſſe ꝑpetim eccleſia recognovit, ut niſi præacceptũ ſit, ad nullum aliud percipiendũ patere aditũ pro certo habeatur, ac ſubinde ordinis characterẽ nõ imprimi, irritũ que prorſus eſſe, ſi sec⁹ tentetur id ſacramẽtum cõferri, canonibus decretũ ſit. De cler. nõ bapt. miniſ. c. Si quis presbyter. Qua ſententia eccleſia indicat indubiè apoſtolos ante ſacerdotalem ordinationẽ baptiſmate Chriſti fuiſſe initiatos; ac ꝓinde ante mortẽ Servatoris baptiſmũ inſtitutũ eſſe, cõtrà atq; Canus li, 8 loc. the. c. 5 nõnulli diſceptãt. Hac ordinis poteſtate ſacerdotali, epiſcopali ve extẽſa quotquot ꝓditi ſunt, æquales extant; iuriſdictiõis verò poteſtas impar eſt. Nã presbyteris diœceſis epiſcop⁹ ſuperior, epiſcopis ꝓvincię metropolitan⁹ archiepiſcop⁹ vocatus, cũctis ſumm⁹ põtifex eſt, parẽ atque apoſtoli delegatã, ordinariã univerſalis iuriſditionis eccleſiaſticã poteſtatẽ à dño adeptus, qui iura inferiorib⁹ omnib⁹, limitesque præſcribit, cui fraternitas univerſa obtẽperare tenetur ſive pręſentis gregis, ſivequi ei ſuccedanea regeneratione iugiter in dñicum ovile ſufficitur. Qua ꝓpter ꝑpetuas ſanctiones cõdere valet quę ſubditos aſtringãt, nõ pares ſucceſſores, qui ꝓpterea pręceſſorum pręcepta coertionesq; ampliare, minuere, mutare queant, ꝓut ſuſceptę gubernationi expedire iudicarint. Verũ enimverò in definitis iã fidei dogmatib⁹ variationi loc⁹ vel ſummis antiſtitib⁹ nõ relinquitur, haud ob di

tio-

tionis defectũ, quin poti⁹ ob materiæ declaratæ veritatẽ immutabilẽ, qua illa iã ad ius divinũ ſpectãt; cui vel maximè ſummates deo ſubiecti ſub ſunt; ex quo dirigente vi, nõ pœnarũ coactione ſupremi etiã principes obligan tur à ſe quoque latas leges ĩ primis obſervare, ac exequi, niſi ubi tẽperari eas veluti etiã erga ſubditos, ratio ſuppe tat. Atqui iura quaten⁹ humana ſunt ab hominib⁹ lata tẽ peramentũ ſumere, ſicut & ab rogationẽ queũt, qualia & põtificia ſunt edicta, ſicuti & apl'ica ſuperius dicta fue re, quãvis in humanorũ vertice collocata, ad divinaq; ac cedẽtia ſacra ita vocari recte queãt. Talibus electionis e- piſcoporũ modus determinat⁹ eſt: Petro apl'is quę ſic de cernẽtibus, epiſcopũ ordinari debere ex omni parte re- prehẽſione carentẽ ab omni populo delectũ, quo nomi- minato & apꝓbato, cõveniẽs popul⁹ cũ collegio presby terorũ, & epiſcopis qui adſunt, in die dñico, præcipu⁹ ex omnib⁹ interroget presbyteros & plebẽ, an is ſit, quẽ pe tunt in rectorẽ: quibus annuentib⁹, & inferius, ijs tertiò aſsentientibus, illũ dignũ eſſe, ab omnib⁹ aſſenſus petat. Vt autẽ à ſummo põtifice inferiorũ etiã præſulũ creãdo rũ, ita ei⁹ qui prius ſubdit⁹, dein ſucceſsor ſupremæ pote ſtatis futur⁹ ſit, deſignatio determinari ꝓut cõveniat, po teſt: ita ut aliter celebrata nec rata ſit, nec electũ apici põ tificatus ſuſcipiẽdo admoveat, quin immo in quo ſit an tea gradu, dimittat. Porrò quis ſit Petri ordinari⁹ ſucceſ ſor, Chriſti vicari⁹, nõ in ambiguo latet. Cùm enim ne- ceſſariò futurũ perenniter aſſertũ nuper pręmiſerim⁹, cõ ſtet que Romanũ epiſcopũ, non ullũ alliũ perẽniter ſe ꝓ tali ſucceſſore geſsiſse, atque ab eruditiſsimis quibuſque doctorib⁹, cũctis que fidelib⁹ & univerſa catholica eccle ſia & agnitũ & ſumma in reverãtia habitũ fuiſſe: liquet

S.Tho 1. 2.q.9 6.a 5.ad.3.

Su.li 2.c. 14.in Act.

li.8.conſt. apoſt.c.2.

Romanæ ſedis epiſcopum eſſe Chriſti vice poſt Petrum etiam totius eccleſiæ catholicę epiſcopum, quemadmodum is ipſe, ubi uſus ſit, ſe ſubſcribere ſolet. Nam Conſtantinopolitani epiſcopi ſerò ſe inſolentia extulit, & ab omnibus deſerta protinus, maturè concidit.

## *9. Cap. Summus pontificatus & Rom. quì unitus ſit: quid eccleſia, quid eius membrum, quì vertex adeatur, & amittatur.*

STabilita ergo eſt autoritate divina Romani pontificis ſummi dignitas, poteſtas, autoritas, qua is iuxta definitionē œcumenici Florentini concilij ex orientali, occidua que eccleſia, nempe Græcis, Armenis, Latinis ſub Eugenio quarto coacti: in univerſum orbem primatum tenet, Petri principis apoſtolorum ſucceſſor extat, & verus Chriſti vicarius, totiusque eccleſiæ caput, & omniū Chriſtianorum pater ac doctor; cui in beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi univerſalem eccleſiam à domino noſtro Ieſu Chriſto plena poteſtas tradita fuerit. Conſenſus quippe generalis totius eccleſiæ catholicæ, quę eſt cœtus dei vivi, columna, & firmamentum veritatis, idipſum unanimiter ſentiens divini teſtimonij autoritatem poſsidet, ut & ſuo locò fuſè pandetur. Vt autem is pateat conſenſus, oportet ultra fidelium communem ſenſum notum, probatos omnes eccleſiaſticos ſcriptores percurrere. Horum equidem ſi cūcta loca negotio ſuſcepto conducentia vellem adducere, prius me dies vel annus potius referentem deficeret, q̃ graviſsima teſtimonia, ita ut vix finis fieret. Adhęc id latè proſequi, propriè dicati operis fuerit, nō huius, quod alij argumē-

1.Tim.3. d.v.15.
Cai.li.pri. Rom.eccl. c.13.med.

to inſtitutum id etiam uti ſui membrum complectens,
ei portionis anguſtias, non totius amplitudinem con-
cedit. Si cui tamen dilatare placeat, è deſignatis locis au
torum facilè poterit, quos notare tantummodo nunc
nobis ſatis ſit. Scriptores itaque hanc ſententiam aſſève
rantes mutuò atteſtati ſunt, Dionyſius ad Timotheum
Li. 2. eccl. hiſ. c. 25. ſcribẽs, Dionyſius Corinthiorum epiſcopus alter apud
D. 96, c, Cõſtautin. Euſebium, Conſtantinus magnus in edicto ante Nicæ-
Li. 3, c, 2. nam ſynodum prolato. Egeſippus de Hieroſolymitano
Li. 3. c. 3. Hom. ulti. excidio narrans, Irenęus contra Valentinũ agens, Ioan-
Ioan, Ioan. fi. nes Chryſoſtomus, Maximus in epiſtola orientalibus
Sec, 27. Theſau. directa, Theophilus, Epiphanius, Cyrillus Alexandri-
epiſt. 3. nus, Cyprianus martyr, Ambroſius Mediolanẽſis, Hie
1. Tim. 3. ep. 1. 2. 7. ronymus epiſtolis Damaſo miſsis, Auguſtinus Hippo-
li. 2. cõ. Dõ c. 1. nenſis, Bernardus, Thomas Aquinas. Synodi quoque
epiſt. 131. cũ Athanaſio Nicæni cõcilij capita poſtulante à Marco
4. cõ. gen. c, 76. ſummo pontifice, veluti Chalcedonenſis, Carthaginiẽ-
ſes cum Milevitana; ſexta, ſeptima, octaua generales, La
Con, art, Vuicl. & Hus. teranenſis, poſt Conſtantienſem, & Florentinam, ac
Tridentina nouiſsima toto ſuo progreſſu, & demũ ubi
confirmationem actorum omnium à beatiſsimo Ro-
mano pontifice petendam ſuo nomine decernit: nec nõ
ſummi antiſtites, qui cauſæ non tam ſuæ, quam ſupernę
ep. 1. D. 22 S. S. Rõa. veritatis minimè defuerunt, uti Clemens, Anacletus,
24. q. 1. c. Rogamus. Marcellus poſt Lucium, & alij martyres, Marcus, Leo,
ep. 2. ep. cõc. apoſt. Gelaſius, Gregorius, Innocentius tertius, & cuncti pro-
cõ. 70. epiſ. pemodum, ubicunque occaſio data eſt. At vero modus
4. regiſ. ep. 32. c. perve quo cum totius eccleſiæ pontificatu peculiaris Romę e-
nerab. qui fil. ſint leg. piſcopatus coniunctus eſt, ut Petro è vita mortali exce-
denti Romani epiſcopi ſuccedentes ſummi pontifices
eccleſiæ univerſæ pariter ſingillatim forẽt; ex ipſius prin

 cipis

cipis apoſtolorũ iuxta dominicũ cõſilium, ductũ, afflatũ
acti volũtate ac diſpoſitione ſumpt⁹ cẽſendus eſt. Is nãque
ꝓ ſummi põtificat⁹ collata ordinaria poteſtate ſucceſsioni
ſucceſſoribusq; in futurũ, uti prius tetigimus, normã præ (Su. c. 8. ad fi.)
ſtituere valuit, ꝓ habitis verò ſpiritus ſancti primitijs, quę (Rom. 8. c. v. 23.)
tũc expediẽtiſsima foret, præſcivit, qũ ea pręſertim ad ec-
cleſiæ univerſæ utilitatẽ autori omniũ deſtinatã, & ſupre (1. Co. 12. a v. 7.)
mi põtificatus aſſumptã curã ſpectaret: idcircoq; nihil ea
de re ſtatuiſſe tãtũ poteſtate, ſapiẽtia, virtute principẽ opi
nari, nimis q̃ obſonũ eſt. Vt cõtrà cõſentaneum eſt, poſte-
ros pręſcriptã ab illo regulã obſervaſſe, ſucceſſoresq; reve-
rẽtes nequaquã immutaviſſe, quãvis ꝓ ſuſcepta parili põ-
tificat⁹ poteſtate quirẽt; niſi quo pacto pro tẽporũ neceſsi
tate quicquã apponere cõſultum ducerẽt; ſicuti poſterius (Alexand. 3 c. licet. 6. ext, de elc. &c.)
inſtitutum fuit, vt Petri ſucceſſor electus nõ haberetur, in
quẽ eligentiũ cardinaliũ ſuffragia nõ cõvenirent vel om-
nia, vel quæ ut minimũ dupla numero in diverſa latis fo-
rẽt. Porrò è fide dignis cõſcriptionib⁹ id ꝙ principio actũ
eſt, cognoſci datur. Apoſtoli per os Clementis epiſcopi &
civis Romani, diſcipuli Pauli Apoſtoli, & in evãgelio ad- (Li. 6. cõſ. apoſ. c. 8.)
iutoris, ita loquuntur: De ordinatis epiſcopis à nobis in vi (Li. 7. cõſ. ap, c. 46.)
ta noſtra ſignificam⁹ vobis quod ij ſunt. Hieroſolymis or
dinat⁹ eſt Iacobus frater domini, quo mortuo ſecund⁹ Si-
meõ Cleopę, poſt eũ terti⁹ Iudas Iacobi. Cęſareę Paleſtinę
primus ordinatus eſt Zachæ⁹ olim publicanus, poſt eum
Cornelius, tertius Theophilus. Antiochęę Evodius à me
Petro, Ignatius à Paulo. Alexandreę Annianus primus à
Marco evãgeliſta eſt ordinatus, ſecũdus Abilius à Luca itẽ
evãgeliſta: Romanæ eccleſię Linus Claudię primus à Pau
lo, Clemẽs poſt eius mortẽ à me Petro ſecund⁹ ordinatur:
omiſsis reliquis nihil ad ꝓpoſitã tractationẽ faciẽtib⁹. Ex
his

his primò indicatur Linũ particularẽ Romæ epiſcopũ, nõ ſummũ põtificẽ fuiſſe, eiq; mortuo itidẽ ſuffectũ Clementẽ; cui peculiari Romę epiſcopo ſummũ appoſitũ fuiſſe põtificatũ, ubi Petrus martyrio vitã cõſummaſſet, iuxta ipſi' vivẽtis determinatã deſtinationẽ, unde cũ ſupremo põtificatu Roman' epiſcopatus incluſus copulatus in poſterũ

Lib.3.ex cid. Hier. c.2. mãſit, iã deducendũ eſt. Narrat Egeſipp' gravis in primis autor poſt notatũ duodecimũ annũ imperij Neronis, Petro ad perſecutionẽ declinãdã Roma diſcẽdenti Chriſtũ obviã oblatũ iuſſiſſe ut Romę oppeteret, qđ & ille martyrio prę́ſtitit. Hac occaſione Petr' ſciẽs brevi futurã depoſi

2.Petri.1.c v14. tionẽ corporei ſui tabernaculi queãdmodũ dominus noſter Ieſus Chriſt' ei ſignificarat, ſicut & ipſe ait ſucceſſorẽ ſibi in ſuprema ordinarij põtificat' poteſtate, ſicut eã ipſe à Servatore acceperat, Clementẽ publicè deſignavit, ut ipſemet Clemẽs tãtę dignitatis autoritate fungẽs latè ꝓſecu

Epiſ.1.to. 1.concil. tus explicat in ea epiſtola, quę à nõnullis in dubiũ revocatur, qđ appareat directa Iacobo Hieroſolymorũ epiſcopo,

Li.20.antiqui. Iud. c.15.16 qui ſecundum adducta ex apoſtolis prius mortu' fuerat, nẽpe uti Ioſephus narrat, qũ Feſto excedẽte Iudæa præſes Albinus à Nerone miſſus advẽtaret. Cęterũ qũ eius epiſtolę autoritatẽ antiquitas aſſerat, & ſtyl' Clemẽti familiaris, & multa ita illic, ut in alijs Clemẽtis operibus habita, & inde à viris gravibus excerpta, & cõprobata; elevari ea ſolũ coiectura nõ decet, quin poti' exiſtimari vel vitio exoleſcẽtis ſcripturę, vel trãſcribentium cõtigiſſe, ut ꝓ Iuda fratre Iacobi fratris domini, Iacobus Iuda obliterato relinqueretur, qui tũ tẽporis Hieroſolymorũ epiſcop' erat, ſicuti ex Clemẽte, atq; à deo apoſtolis allatũ nuper fuit. Nõnulli qũ accepiſſẽt Linũ epiſcopũ Romanum fuiſſe, ſed & Clemẽtẽ à Petro ſucceſſorẽ ſibi deſignatũ, arbitrati Linũ

ſum-

ſummum etiam pontificem extitiſſe: quo cuncta ſcilicet congruerent; exiſtimarunt, Clementem recuſaſſe pontificatum adire, ne ſucceſsionis hæreditariæ daretur exemplum poſteris virtute ac ſapientia Petri non potituris; atque ita Linum electum eccleſiaſtico cōſenſu, poſt quem & alterum Clemens ſucceſſerit. Hęc tamen conſentanea nec prorſus inter ſe, neque cum habitis ex Clemente, atque apoſtolis ſunt. Inde namque conſtat Linũ antea mortem obijſſe Petro adhuc vivente. Rurſus continuò Petri diſpoſitionem mutare, quid aliud quàm reprehendere, ac damnare videri queat? illumque improvidæ inſcitiæ arguere, qui quæ non ſervari actutum expediret, temere conſtituerit. Nam labente tempore pro exortis neceſsitatibus aliquid autoritate pontificia variari non eſt inconveniens, veluti quòd ſucceſſor cleri electione deputaretur, qùm ob frequentes martyrum neces pontificibus de ſucceſſore providendi eccleſiæ locus non rarò deforet. Adhęc ſi Clemens pontificatum ſuſcipere recuſavit, cùm defuerit acceptationis cōſenſus, ſummus pontifex tunc non fuit, neque proinde de pontificia ſucceſsione potuit ſtatuere, quod à Petro pontifice non fuerat inſtitutum. Aliud eſt ſi conſenſiſſe, ſtatuiſſe, repudiaſſe pontificatum fingas, quod certè nō potuiſſet ſine eccleſiæ, cui ſe is mutuò pacto obligarat, conſenſu, aut eccleſiæ vicem itidem, atque in electione gerētium, quo ex ea etiam parte pontificis renunciantis iuri ſuo repudiatio acceptaretur. Omitto interim diſcutere, quod inferius tractandum eſt, ſi quo caſu cuncti electores, velut cardinarium collegium, peſte bellove deficerēt; quibus legitima ſuffragia convenirent. Eccleſiæ namque facultatem eam non defore, is fideiubet, qui cum ordina-

Cai.li.aut. pp. & con. c.26.

Ibi.c.27. ad.4.

rium

rium ei paſtorem præfeciſſet, ait ſe cum ea cunctis die-
Mat. 28. fi bus uſque ad conſummationem ſæculi affuturum. Ta-
li. 1 pan. to 3. ſect. 27. libus permotus Epiphanius vir eruditione ac ſanctitate
clarus de recuſatione Clementis, nō de ſucceſsione poſt
Petrum dubitat. Sic epiſcopatus Romani cum ſupremo
pontificatu copulatio facta eſt aptiſsima, ut in urbe, quę
caput orbis erat, eccleſiæ quoque totius caput agnoſce-
retur, & certa notiſsimaque ſede cunctis fidelibus Chri
ſti vicarius aſsiſteret, ad quem tanquam ad centrum in
omnibus neceſſarijs recurrerent. Hinc Hieronymus &
alij ſummam Romani pontificis poteſtatem deprædica
ubi ſu. c. 8. runt, pulchrèque Cyrillus Alexādrinus dixit; Petro om
nes iure divino caput inclinant, & primates mundi, tan
quā ipſi domino Ieſu obediunt: &, Ipſi' apoſtolici thro
ni Romanorum pontificum ſolius eſt reprehendere,
corrigere, ſtatuere, ſolvere, diſponere, & loco illius liga-
re, qui ipſum ædificavit. Et Maximus; omnes fines orbis
qui dominum ſyncere receperunt, & ubique terrarum
catholici veram fidem confitentes in eccleſiam Roma-
norum tanquam in ſolem reſpiciunt, & ex ipſa lumen
catholicæ & apoſtolicæ fidei recipiunt. Nunc autem in
proprio adeundi ſummi pontificatus loco commodè
adiungemus neceſſe eſſe illum qui evaſurus ſit caput ec-
cleſiæ univerſæ, membrum eiuſdem per baptiſmum, fi-
dei proteſtatæ ſacramentum, pręhaberi. Quia vero ec-
cleſiæ acceptio, atque ita membri eius varia comperitur
non ab re fuerit de his brevi quod uſui ſit, diſſerere. Ec-
Act. 19. fi. cleſia convocatio, ſive concio late ſumitur, ut in Actis
1. Re. 17. f. uſurpatur; dein contracta ſignificatione ad excellentio-
3. Re. 8. f. rem cœtum accipitur pro cultorum dei congregatione
propter vocationem ſupernam, ſic ut in ſacris literis, ma

Hh ximè

ximè inſtrumenti novi frequentiſsimè patet. Pius vero dei cultus præcipuus, internus animorum eſt, quo autorem veuerantur uti ſupremum finem ſe ipſi ſubiungentes, virtutis eius ſimilitudine, quemadmodum iubens vult: ſecundarius autē exterior ſenſilis cultus eſt ad actus interioris ordinatus, unde valorem haurit qui per ſe ſolus pretij latiſsimo intervallo minoris eſt. Ac ſi principalis interior mentium cultus attendatur, nō ſpectato extero, quotquot unquam à mundi cōſtitutione ſpiritualem cultum numini exhibuiſſe reperiātur, ad eccleſiam eiuſmodi pertinent, infimo gradu ij qui fidei tātùm obſequium offerant, ſuperiori qui charitatis viæ, ſupremo qui conſummatæ in fœlicitatis termino. Hic verò gradus peculiariter eccleſiam triumphantem conſtituit; infra quam rugæ ac maculæ expertē cultrix collectio quatenus in terra verſans adverſus ſpiritales hoſtes pugnā ſuſtineat, ſub militantem ubique cadit: quarum myſtici corporis, ſuo cuiuſq; , influxus modo Chriſtus princeps caput eſt. Verùm quia homo mente atque corpore conſtans vitam mortalem agens utriuſque ope nititur, nec intellectuales actus ſine corporis ſubminiſtrante ſervitio exercere poteſt, ſicut ſuperius declarauimus: naturale eſt homini mortali ſenſibilibus exteris operationibus ſubſervientibus ſpirituales internas edere, nempe intellectus, qui ut certam intelligentiam pariat, expedita in vigilia, ſenſilem quampiam actionem extimam prætētam flagitat, & voluntatis, quæ prçviam intelligentiam requirit. Inde provenit, ut nobis naturale ſit etiam exteris actibus intimos animi tum apprehenſionis tum conſequentis affectus excitare, ſubinde que plerumque tanto intentiores hos reddere, quanto illos validiores proferre

Eph. 5. f.
Eph. 6. b.
S. Th. 1. p. q. 8. a. 6. 4. 3. 1.
Eph. 5. & 1. ſ.
li. 1. c. 4. & c.

ferre conemur. Vt igitur Spiritum incorporeum mole carnis obſeptum ſupremo ſpiritui divino ſubiungendũ cieamus, exteri animalis ſpiritus prævia ventilatione naturaliter egemus, quò eius ceu flabellis igniculus animi excitus paretur, uti ad ſuperna tendat, aſpiret, feratur. Quò fit ut pro nativa hominis conditione numinis exterior quoq; cultus interno adminiculo ſit: præter quàm quòd uterq3 deo debetur, utrumq; ſibi exhiberi iure ſuo poſcẽte poſtulat is qui autor omnium utrãque hominis partem, mentem corpusque cõdidit, cõſervat, ſubtexit, ac beneficijs cumulat. Præterea mortales invicẽ externis indicijs, exemplisque amplius monemus ac monemur: ut que qùm egemus, aliorum auxilio admoneri, dirigi, & in univerſum iuvari iuxta rectã rationem expetim⁹, ſic viciſsim alijs indigentibus adiumento eſſe debemus ſecundum naturalem regulã à Servatore cõmendatam,
Mat. 7, b. Omnia, inquiente, quæcunque vultis, ut faciãt vobis homines, & vos facite illis: hæc eſt enim lex, & prophetæ, Qum que ſaluti noſtræ, & incolumitati potiſsimùm ſpirituali conſulere præſidijs etiam aliunde aſcitis iuxta inſitum rectæ rationis dictamen teneamur: fit ut ſecundũ illam regulam itidem alijs mutuò cõſulere obligemur, prout ſapiens expreſsit de hominum cõditore loquens,
Eccli. 17. b. Mandavit illis unicuique de proximo ſuo: in quo nimirum eiuſdem ſpeciei cognato, eiſdem parentibus orto beneficentiam velut in ſeſe redeũtem exerceat. Quis autem in divino cultu tũ interno, tũ externo non vulgo quandoquè langueſcit, ceſſat, aberrat, & aliorum colentium numen manifeſto exemplo, & opera eget incitari, agi, atque in viã reduci? Communiter ergo cunctos paria erga cæteros ordine debito præſtare ius genuinum

 aſtringit,

aſtringit, ut undique veneratio in deum ultimum ſcopum reſultet. Horſum verò hæc alto repetita principio reſpiciunt, ut oſtendamus divinum apud mortales cultum non modò internum, ſed exteriorem nõ ſecretum tantùm, verùm & apertum ac publicum in mutuam ita notitiam deventurum eſſe oportere. Manifeſtorum huiuſmodi numinis cultorum collectio ab orbis primordio ad ſinem ſuccedens eccleſiam cõflat, quam licet manifeſtam, publicam, viſibilem appellare adverſus hęreticos inviſibilem quandam quæ nuſquam ſit, comminiſcentes. Tales ab orbe condito cõtinenti ſucceſſu dei cultores nõ defuiſſe, qui cultui ſanctitatis interno, exterum etiã publicum adiunxerint, è ſacris literis conſtat, quemadmodum in chronographia id argumentum cum alijs latè proſecuti ſumus. Exter porrò cultus interiorem proteſtãs palàm editis exterius obſeruantijs aptis cæremonijs que congruis ſummã dei dignitatem deſignandam decentibus conficitur. Ex patribus ante veterem legem ſcriptam liberæ pro cuiuſque pia voluntate fuere, niſi cui ſe quiſpiam voto aſtrinxiſſet, veluti Iacob decumis numini offerendis: oblationum autem culmen ſacrificia obtinentia in uſu perenniter fuerunt, quibus circa quępiam deo dicata & inſumpta ſacras actiones operati faciebant ſacerdotes, quales etiã ita fuiſſe à deo deſignatos ad populi ſui gubernationem à principio uſque, Abel in primis, Seth, Enos, Enoch, Noe, MelchiſedeK, Iob, ex ore Apoſtolorum Clemens prodit. Lege verò à numine ſupra naturalem poſita pręſcripti divini cultus exteri ritus ijs quibus lex lata ſit, obſervationis ſuę neceſsitatem ex diuino iuſſu afferunt, ut iuxta ipſos deum colant, quibus ſubinde ſe ſponte addicere debeant, ita ut niſi

S. Tho. 22. q. 81. a. 8.

Gen. 28. ſi.

S. Th. 22. q. 86. a. 1.

li. 8. conſt. apo. c. 5.

ut niſi ſe illis obſtrinxerint, in manifeſtorum dei cultorum determinatam ab ipſo vocationem actu nequaquã aſcribãtur. Sic definitus divinus cultus palam religionis religantis propriè conſummationem ſortitur: ut è diverſo religio à repetita electione appellata cultum dei amplius deſignat liberis cæremonijs conſtantem: quibus in univerſum conſpicuis religionem, in quam multitudinis cœtus conveniat, publicè, conſiſtere neceſſè eſt.

Mat.16.c. v.15. Hinc patet poſt evangelicam legem univerſo generi humano editam nullum ad eccleſiam manifeſtã pertinere qui non ſit baptiſmate initiatus prima evangelica cæremonia, qua fideles ſupernã fidem profeſsi ſe chriſtianæ legis cunctis pręceptis obſervandis obligant. Quare catechumenus necdum baptizatus, quamlibet ex animo ſuſcepta fide fidelis ſit, ad interioris cultus eccleſiam, nõ etiam ad manifeſtam attinet, illius membrum, non huius eſt: extra quam ad huc foris conſiſtens ſecundum apoſtolum nõ ſubeſt iudicio præſulis eccleſiæ ipſius, quæ de his tantùm qui intus ſubſunt, per iudices præfectos iudicat. 1.cor.5.d. v.12.1. Huius eccleſiæ, ut caput vicarium Chriſti vir mortalis evadat, membrum initiatione baptiſmi, uti exponendum propoſuimus, præformatum eſſe opus eſt. Sunt autem eiuſdem præcipua membra quæ charitate impulſionem vitalem habẽt à primario capite Chriſto profluentem. At quę fidem informem charitatis vitalis actu potiſsimo defectam, eatenus que mortuam nuncupatam retinent, membra quidem eccleſiæ huiuſmodi, & Chriſti ſunt, verùm deterioris notæ; à capite tamen Chriſto influxu interiore vitalem actum credendi, notitiaque fidei dogmatibus aſſentiendi ſuſcipientia. Denique quibus per infidelitatem oppoſitam admiſſam

fidei habitus etiam amiſſus eſt, ſolummodo ſunt i- cai.aut.pap & cõc.c.22
pſiuſmet eccleſiæ membra per ſigillum baptiſmi ani-
mæ characterem indelebilem imprimentis, ut pote fa-
cultatem participatricem quoquo modo dominici ſa- Heb. 7.d.
cerdotij ſempiterni. Sed ita tamen, ut quemadmo- v,24.
dum animalis corporis artus ſtupefacti, quòd inhæ-
reant, propiorem, quàm ſeparati, potentiam ſubeunt,
uti nonnunquam à recurrente virtute functionem ſen-
ſilem, vitalemque lationem recipiant: ſic per baptiſ-
mi ſignaculum Chriſto, ei que ſubiuncto corpori my-
ſtico eccleſiæ inſiti propinquiorem, quàm ſeiuncti fa-
cultatem ob id attingunt, uti ſublato infidelitatis, ac le-
talis offenſionis obice à principe capite denuò efficacia
influente fidei ſenſum, & charitatis impulſum reſu-
mant: atque hactenus membra eiuſdem ultimo actus
veſtigio vitalibus actibus affini, loco poſtremo cēſentur.
Nam qui nullo modo actu Chriſto connectuntur, cor-
poris eius membra potentia ſola, nõ abſolutè dicuntur.
Illa porrò ſolo baptiſmi charactere inſertorum facultas
ut infideliũ, duobus fulta eſt, principaliter virtute Chri- s.Th.3.p.q 8.a.3.ad.1
ſti ſufficientiſsima totius humani generis ſaluti repa-
randæ, ſecundariè arbitrij cuiuſque libertate. Hæc dã-
natis viæ terminum tranſgreſsis illigata malo eſt, ut
iã nec libertas ſit: quibus inſtaurãdis Chriſtus apex vir-
tutem ſuam nunquam ulterius communicare decreto Matz 5 d.
immutabi ſanxit. Nullo igitur modo qui baptiſmi v.41.
charactere inſigniti ob ſcelera tartaro adiudicati ſint,
Chriſti membra manent: de alijs ſiquidem damna-
tis id clarius eſt, quàm ut indebitationem veniat. Cæ-
terùm in via incedentis viſibilis eccleſiæ unitas ſub uno
capite vicario Chriſti conflatur divini cultus interio-

ris,

ris, tum etiam externi præſcripta communicatione, mutua ſanè ſacrarum cæremoniarum potiſsimè ſacramentorum ſubminiſtratione, communiumque precationum & religioſæ converſationis ope. Vt autem vitiatum membrum, à quo periculum eſt uti latius ſerpente malo partes aliæ corporis inficiantur, conſilium eſt vel reſecare, vel ita obvincire, ut præcluſo aditu tanquam abſtractum non officiat, interim ſi qua fieri poſsit, ad ſanitatem reducendum: ſic myſtici eccleſiaſtici corporis membrum, à quo reliquis diſcrimen impendet ſive falſæ doctrinæ adverſantis fidei catholicæ, ſive depravatæ vitæ virtutem ſubvertentis, conſultum eſt eccleſiaſtici rectoris cura & autoritate ab aliorum communione arceri, tum ne alijs impiæ falſitatis aut ſcelerati exempli virus afflet, tum ut ſeparatione pudefactum, ac ſubſidiorum expoſita opitulatione deſtitutum inferius tuens, ita humiliatum, quaſique ictibus admonitum ad ſaniorem mentem revocetur. In hunc modum abſtenti excommunicati dicuntur extra eccleſiam conſtituti, prout ſtrictius per exoches eminentiam ſumitur eccleſia publice ſacramentorum ſymbolis, precumque ſuffragijs, ac religioſo convictu viciſsim communicatis conſtans communitas ob interni cultus ſcopum deſtinatum. Baptiſmatis tamen ſigillo notati quamvis ſic ab eccleſiæ communicatione ſint extorres, adhuc nihilominus uti membra ſub latitudinem, ac ditionem eccleſiæ manifeſtæ cadunt, latius acceptę pro publico cœtu dei cultorum, quales ſe fore baptiſmi autoramento ij profeſſi ſunt. Multiplex igitur eccleſię acceptio quę niſi diſtinguatur confuſionem parit, ſubtiliter diſcreta, cũcta hęc

qualiter

qualiter ſummenda ſint, indicat, ac vero conſentientia, reddit. Atqui nec ita ſolùm uſurpatur, ſed & quãdoque pro tota communitate quatenus à capite ſeu primario, ſeu vicario ſecernitur, quandoque prout hoc, illud ve etiam includit, ꝙ aliâs magis uſui erit. Nunc verò qùm eccleſiaſticæ iudiciales coertiones in ſubiectos tantùm vim habeãt; videndum eſt, quo pacto ſummus pontifex nullius mortalis ditioni ſubditus ſi privatim in hęreſim labatur, exui ſuprema dignitate queat, áliter nequeat, qua manente ſublimis eius in decernendis autoritas certa reſtet.

## *10. Cap. Quì hæreſi, aliter ve quiſpiam ſummo pontificatu privatur, & ſucceſſoris electio ſemper eccleſiæ reſtet.*

AC profectò non alio id iure licere poteſt, quã divino lato à Chriſto domino, qui religionis Chriſtianæ hierarchiam eccleſiaſticam, eiuſque caput vicarium ſui ſummum põtificem ordinarium inſtituit. Oportet autem ipſum ſcrutari, ꝙ graviſsimis ſententijs uſu venire poſſe, iamque aliquot Romanos pontifices in errorem fidei catholicæ adverſum incidiſſe comprobetur. Primùm Anacletus ſupremus antiſtes inquit, Paſtor eccleſiæ ſi à fide exorbitaverit, erit à fidelibus corrigenpus: ſed pro reprobis moribus magis eſt tollerandus quàm diſtringendus, quia rectores eccleſiæ à domino ſunt iudicandi: dein Euſebius, & Ioannes ſimilia dicunt iuxta illud Petri monentis nõ tantùm bonis & modeſtis ſed etiam dyſcolis obtemperare debere qui eorum ditioni ſubditi ſint. Hoc ipſum expreſſe de ſummo pontifice Papa vocato Bonifacius

Epiſt.3.

Ep.ad Aegy 2.q.7.c. ovcs.

Ep.ad.2 ch 1.Pet.2.d'

Di.40.c. Si papa.

martyr

martyr tradit:quod in quinta Romana ſynodo generalius ita definitum eſt: A multis anteceſſoribus noſtris ſynodaliter decretum, atque firmatum eſt, ut oves paſtorem ſuum nec reprehendere, niſi à fide exorbitaverit,
in chron. li.ſcr.eccle. præſumant. Hieronymus ad hæc Liberium Romanum pontificem hęreſi Arrianorum tãdem ſubſcripſiſſe narrat. Adrianus quoque ſupremus pontifex in octava ge-
Actione. 7 nerali ſynodo, De Romano, ait, põtifice quemquam iudicaſſe non legimus: licet enim Honorio ab oriẽtalibus poſt mortem anathema ſit dictum; ſciendum tamen eſt, quòd fuerat ſuper hęreſi accuſatus, propter quam ſolũ licitum eſt minoribus maiorum ſuorum motibus reſiſtere. Sequutus eſt autem Agathonis mẽtem ad ſextam
vi.acti. 13. 18. generalem ſynodum ſcribentis, & Leonis ſecundi, qui epiſtola poſita in eiuſdem fine ipſam confirmans Conſtantino ait, Anathematizamus Cirum, Sergium, nec non et Honorium, qui hanc apoſtolicam eccleſiam non apoſtolicæ traditionis doctrina luſtravit, ſed ꝓphana ꝓditione immaculatam fidem ſubvertere conatus eſt. O-
Diſt.19.c. Anaſtaſius. miſſo verò Anaſtaſio qui apud collectorem decretorũ erroris infidelis inſimulatur: Innocentij tertij doctiſsimi doctrina pręcedentibus denique atteſtatur, qũm in-
in ſerm. cõſecr. papæ. quit; In tantum mihi fides eſt neceſſaria, ut qũm de cæteris peccatis deum iudicem habeam, propter ſolũ peccatum quod in fidem committuntur, poſſem ab eccleſia iudicari. His moniti non debemus diſcernendi fidei dogmatum tam neceſſarium eccleſiæ fulcimentum in anguſtias privatæ fidei Romanorum pontificum redigere, ne de ipſo periclitemur: ſi quo caſu nobis extorqueatur, quam nobis rupem cõfinximus, veluti ubi quiſpiã primæ ſedis præſes privatim impio errore captus ſpõte

 ſit.

ſit. Quin potius par eſt, uti tale ſummi Romani pontificatus ſuperius explicatum privilegium ita incolume vindicemus, atque aſſeramus, ut iuxta diſciplinam promiſsionem que dominicam confirmandæ à ſummo pręſule fraternitatis aſſeveremus ne hęreſi quidem peculiari eius qui ſupremo loco pręfectus ſit, minui poſſe, quo minus publicè iudiciali determinatione, decretorio que iudicio quatenus ſanè pontificalis officij ſublimitatem exerceat, fidei catholicæ ſynceram normam promulget, quam univerſi fideles ſequi tutò queant, ac teneantur. Hæc itaque non privi hominis, ſed veluti publici ſummi pontificis eccleſiaſticę reipublicę publica iudicalis fides à Chriſto ſuo vicario non defectura promiſſa eſt. Ac ſuper ordinarium unicum iugiter paſtorem tali fide firmam petram red ditum eccleſiam recta doctrina conſtruendam magiſter univerſorum pollicitus fuit, adverſus quam rupem effuſę portis quamlibet patefactis inferi poteſtates haud prævalituræ forent, ita ut de ſoliditate huiuſmodi quicquam deteri poſsit. Id etiam perpetuis experimentis eſt confirmatum. Nec enim unquam publica fidei deciſione ab ullo Romano pontifice deerratum fuit, ſed pura iugiter à ſucceſſoribus expers omnis labis, dominicæ apoſtolicæ que ac ſanctorum doctorum eccleſięque univerſali doctrinæ conſentiens fides promulgata extitit. Cùm igitur ea polliciti numinis aſsiſtentis, ac dirigentis cura ſecuritas adſit, non eſt, cur ſtatim pontifex in hęreſim privatè lapſus à ſumma dignitate cadat. Sed quia deus diſponit omnia ſuaviter, nimis que violẽtum eſſet, ut ſatis admonitus hæreticus obſtinatè perſeverans in decernendis fidei dogmatibus publicè rectitudinem te nere

Su.c.8. Lu.22.d. Ioa.10.c. Mat.16.c. Sap.8.a.

nere dei ductu adigeretur, præter innumera damna errorum ac vitiorum, quæ potentia ingenti abuſus pravis ſuaſionibus ſingulatim ſubditis afferre quiret: ijs terminum ſtatum præſcribi numinis providentia oportuit. Ea de re ſanctio à deo talis per apoſtolum
Tit. 3. c. 6. v. 10, 11. Tito ſcribentem prolata eſt: Hæreticum hominem poſt unam, & ſecundam correptionem devita, ſciens, quia ſubverſus eſt qui eiuſmodi eſt & delinquit, qùm ſit proprio iudicio condemnatus: ſive iuxta Græcam phraſim, peccat extans per ſeipſum
vi. ſu. li. 2. c 14. in Act. c. 15. damnatus. Non eſt quippe hoc modò apoſtolicum præceptum, ut vim in paris ditionis poteſtatem non ſuperijciat, verùm divinum, cùm ratio ab apoſtolo
vi. ſu. li. 2. c. 9. ſacræ ſcripturæ conditore reddatur aſſertiva eius quod proinde verum eſſe fide tenendum ſit, nempe quôd ſcitum eſſe oportet, everſum, quodque ad ipſum attinet, perditum eſſe, qui eiuſmodi ſit, ac deſtinata malitia ſine retinaculo delinquere per ſeipſum ita damnatum exiſtentem quaſi ſe is iudicio condemnarit, qùm videns ſciens que obſtinatè ſe immani pravitati tradidit, ob quam proprio illi debito divino iudicio ſententia condemnationis in ipſum decreta eſt. Vnde poſt unam & alteram correctionis admonitionem ſpretam divina inſtitutione determinatam qui uſque eo inemendabilis reſtat, tanquam hoſtis dei iudicatus, numinis cultoribus declinandus, fugiendus, prorſusque vitandus decernitur divina ſanctione univerſos obſtringente. Tales que propterea omni præfecturę etiam pontificalis ſummę gradu deijcitur nixo myſtici corporis eccleſię coniunctione religioſa, qua interciſa per omnimodam devitationem à principe capite

iuſſam, is q.ioq; intercidat neceſſe eſt gradus illa fultus. At inferiori prelationis gradu prępoſiti, correpti emendatique queunt rurſus à ſupremi gradus antiſtite ſuo cuiuſque loco ſtabiliri: ſed is ſi ruens à ſummo faſtigio deciderit, quamvis poſtea emendetur, non habet in terris qui amiſſam ei dignitatem reſtituat, niſi forte correctũ nullo alio iure vetante denuo ſuffragatores eligere ſucceſſorem Petri, & Chriſti vicarium velint. Eadem mente apoſtolus anathema iecit velut à domino, nõ à ſe profectum vel in apoſtolicum non ſibi ſubditum thronum & angelicum culmen, quód & ſacerdos angelus domini ſacris literis feratur; ubi Galatis ait: Licet nos, aut angelus de cœlo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema ſit: Sicut prędiximus, & nunc iterum dico; Si quis vobis evangelizaverit, prę-ter id quod accepiſtis, anathema ſit. Quo autem pacto hæreticus bis monitus devitatione ſciunctus penitus, etiam prælatione depoſitus redderetur, Tito doctor gentium explicuit. Habetur apud Ioannem, dominicum ſimile, nõ ſolum apoſtolicum interdictum, ubi fidelibus infit; Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domũ, nec, ave, ei dixeritis: Qui enim dicit illi, ave, communicat operibus eius malignis. Qua ratione aſſerta, gerentem ſe amicè cum fidelis doctrinæ depravatore communicare ita exhibito favore factis illius pravis; amicabilem cõverſationem erga ſimiles prohibitam divino iure oſtendit. Sed & huiuſmodi videtur vocaſſe peccatum ad mortem longiſsimè à numinis influxu vitali ſemotum, pro quo admiſſo à capitali dei hoſte, abalienato non ait orandum. Porrò qualis ſit hac in re admonitio legitima, diſpiciendum eſt. Ac

Paulus.

Cai. de aut pa. & conci. c. 23.

Malac. 2. b

Gal. 1. b. v 8. 9.

2. Ioa. d. v. 10. 11.

Paulus iniunctam Tito epiſcopo innuens prælatis exequendam indicat. Servator verò formam correctionis peccato gubernationi eccleſiaſticę noxio in genere prę-ſtituens poſt ſecretam monitionem, alteram teſtibus iudicio requiſitis adhibendam præſcribēs indicavit id exercere ad præpoſitos epiſcoposve ſpectare: ſicut & apo-
Li 2.conſt. apoſ.c.41. ſtoli per Clementem aperuere ſic epiſcopo dicentes: Tu ergo mentem adhibe accuſatori ſapienter obſervās eius vitæ cōſuetudinem quæ & cuius modi fuerit: & ſi comperceris eum verum dicere, fac ſecundum præceptionem domini, apprehenſumque accuſatum remotis arbitris corrige, ut ad pœnitentiam redeat. Quòd ſi obſequi noluerit, vocatis duobus, vel tribus viris, monſtra ei delictum, admonens eum in manſuetudine & diſciplina: &
c.42. inferius; Si igitur perſuaſus fuerit in ore trium veſtrum, bene habet, quòd ſi obduruerit, dic eccleſiæ, ſi eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam ethnicus & publicanus, nec illum amplius veluti Chriſtianum in eccleſiam admiſeris, ſed veluti ethnicum vitaveris: pœnitentiam agere volentem recipe. Id autem eccleſiaſticus uſus confirmavit, quo prælatis ſolenne eſt rebelles ab eccleſię cōmunicatione pellere, ipſique congregationi declaratos vitandos denuntiare, ut qui abſtenti conſenſu communi non auſcultant, ethnicorum loco ducantur. Nō vetat autem dominus, ut in nōnullos nocentiſsimos citatiori agatur rigore, uti nec Paul⁹ in ſubiectos hæreticos, quos pontificium ius exterius proditos à communione fidelium extorres continuo devitandos iubet. Quid tamen erga hæreticum vel nullius ditioni ſubditum nēpe ſummum antiſtitem, ſervandum ſit, Apoſtolus ſtatuit, & ad præſules admonitionem illius pertinere, cum Serva-

tore deſignat. Quamvis autem erga ſubditum prælati correctio ſatis ſit,erga eum tamen qui univerſis præeſt, haud eſt conſentaneum, ut alia legitima commonitio cenſeatur, quàm profecta à magna eademque optima multitudine catholicorum chriſtianæ reipublicæ epiſcoporum, cuius maximè arduum negotium univerſæ cardinem tangens tractatur. Talem verò cœtum colligi & quæcunque præterea imponendo malis fini expediat, agi, nequit ſummus pontifex inhibere divino eodem iure, quo nequit dignitatem non amittere, ſi pertendat poſt alteram publicam monitionem non evestigio corrigi,ſed in impio errore obſtinatè perſiſtere. In quo ſi reſtiterit, cœtus præſulum erit id eccleſiæ publicè declarare, ut protervientem uſque divino decreto à ſummo pontificatu abiectum cuncti fideles noſcant. Quoniam autem examinare teſtes, & quæcunque cauſæ pertractandæ conveniant, exercere, ac demum eam declarationem pronunciare iudicialis præſulum muneris ſunt,licet reſpectu eius qui ante divinam à ſummo gradu deiectionem nulli mortali ſubeſt; non immeritò is ita iudicari ab eccleſiæ præcipuis membris ipſam exprimentibus ſecundum Innocentium dicitur. Verùm ab eo propriè,qui ſecundum Anacletum ſummorum pontificum eiectionem ſibi reſervavit, iudicatur decreto illo perpetuo per apoſtolum prolato,quo definivit legiſlator etiam ſupremum antiſtitem poſt alteram præfracti erroris admonitionem nõ correctum omnino eſſe fidelibus declinandum, proinde que ſumma dignitate decidiſſe, quippe qui ſupremus pontifex manens declinari à fidelibus nequeat, qũm ex eo vicario poſt dominum Ieſum primarium caput omnium ſalus, & gu-

Caî apolog 2.p.c.23.

Serm. conſecr.pap.

D.49.c.Eiectionem

9.q.3.c. Aliorum.

Di. 40.c. Si papa.

& gubernationis ſalutaris unicum regimen pendeat. Sicut idem religionis ſanctæ conditor deſignatum electumque à ſuffragatoribus ſummum pontificem creat
Ioa. 21 c. inſtitutione illa peréni, qua iure ordinario ſtatuit ſupremam eam dignitatem iugiter in eccleſia terras incoléte duraturam. Vnde ut electio ſucceſſoris Petri pontificia determinatione ad ſuffragia cardinalis collegij redacta eſt, ita poſſet monitio errãtis impiè, quã depoſitio dicta conſequeretur, à præceſſore totius eccleſię curã ditionemque habente, quibus conſultum duceret pręſulibus, ve-
cai, apolog. p. 2. c. 24. lut eidem cardinario collegio delegata cõmitti. Pręter exitiale autẽ crimẽ hęreſis, nullum aliud iure diuino determinatum comperitur, ob quod Chriſti vicarius nulli mortali ſubiectus dignitate ſumma pontificia exuatur. Sunt verò eventus nõnulli, quibus citra delicti culpã ſupremũ pontificatũ amitti nonnulli probabiliter ferunt. Omiſſa namq; abdicatione ab electoribus acceptata: dementia continua vitam rationabilem eripiens, iuxta quam vir aptus ſummæ ditionis pontificatui ſit, ipſum quoque non iniuria eripit. Rurſus quocunque caſu, qualis frequentius contingit ſchiſmate pluribus electis pro ſummis pontificibus, ſufficienter cõſtare palã nequeat unum quempiam eſſe canonicè delectum: quamvis forte is ſit, in quem legitima ſuffragia concurrerint: ſupremo gradu non potitur, caſſus ve ſit ordinatione domini; qui viſibilem eccleſiam publicis cærimonijs, ritibus, ſacramentis, gubernatione que ſub uno vicario ſui paſtore ordinario connexam inſtituens, ipſum quoque proinde manifeſtum qui publicè talis eſſe certò conſtare valeret, eadem pariter inſtitutione decrevit.
Cai. aut pa. & c. c. 28. Quare apud eccleſiam ſic non eſſe, ac non apparere certum

certum paria meritò cenſentur, fas que eſt, ut ad novi ſucceſſoris Petri palam certò futuri electionem proceda tur iuxta formam à præceſſoribus præſcriptam. Quòd ſi qua calamitate prorſus legitimi ſuffragatores ut cardinales deforent, electio ſummi pontificis in eccleſiaſticum Romani populi cœtum recideret, ut iuxta conſtitutionem apoſtolicam ſicut cleri ſenatus aliorum epiſco patuum prę ſules, niſi quo ſuperiori iure vetetur, deſignat, ita is epiſcopum Romanum ſufficiat, ac ſubinde ſupremum antiſtitem, ex quo pōtificatus ſummus cum Romano epiſcopatu ſecundum ſuperiora copulatus hæ ſit. Sed & ſi cleri Romani peculiaris ſenatus deficeret, in certus ve foret, ad totam eccleſiam univerſalis utique pa ſtoris electio rediret, quam repræſentata ſuffragijs expreſsis per guberuatores pręſules, potiora ſua membra, perficeret. Quandoquidem ut pręfati ſumus, eam eccle ſię facultatē perpetim affore dominica perenni aſsiſtentia promiſſa, inſtitutione que iugis ſucceſſoris conſtat. Nec verò ſi pro mortalium conditione ſummę dignitatis interregna breviora, longiora ve intercurrerint, eccleſię quaſi tunc acephalę malè conſultum eſt. Satis eſt enim cùm ut interim pręceſſorum ſtatutis regatur, tum ut poſsit mature Chriſti vicarium ſubrogare: prę terquā quòd primarium caput ac fundamentum Verbum dei caro factum, quo potiſsimè nitatur, ipſo pollicente, nun quam ei abeſt. Cæterùm ſi adverſus prædicta in nonnul lis ſynodus Baſilienſis opponatur, haud nos movere debet, cùm eius autoritatem eruditiſsimi quique ac virtute pręſtantiſsimi viri nequaquam ſolidam exiſtimarint, adeo ut ob ſchiſma quod deſtinavit, induxit, fovit, ſanctus Antoninus dixerit, conciliabulum Baſileę, ſynagogam

cai.aut. pa. pæ &.cōcil. c.28.

cai.apolog 2.p.c.22.

Su.c.9.

vi.ſu.c.9.

Mat 28.fi.

sū.theol.p. 2.ti.3.c.11. a.12.

gogam Satanæ baſiliſcum peperiſſe. Sed rurſus obijci queat, fieri poſſe ut ſummus pontifex de impio errore, quem animo nunquã tenuerit, protulerit tamen in cautè, in ſimulatus, ſecundòque legitime commonitus falſò ſe in eo perſiſtere dicat temeritate, vel metu, ſeu ui, aut malitia quapiam, atque ita pontificatu privatus, per eccleſiam habeatur. Ex quo videtur confici non ob ſolum hæreſis crimen, quæ hîc re vera non ſubeſt, ſed etiam ob aliud delictum, velut falſæ confeſsionis, impięque aſſer-
Cai.aut.pp. cóc.c.27. tionis exteræ pontificatum amitti. Verùm enim verò re perſpicaciter inſpecta etſi ponatur talis ſuprema dignitate illo ipſo modo decidiſſe, non id propriè delicti cauſa præter hæreſim, ſed aliũde proveniſſe opus eſt. Nimirùm inde quòd cùm ex huiuſmodi aſſeveratione quaſi extremè obſtinatus non deinde pontifex ab eccleſia legitimis indicijs procedente cenſeatur, nequit iam tunc certò Chriſti vicarius palam conſtare; qua manifeſtæ notitiæ publica certitudine deficiente iuxta legiſlatoris inſtitutionem ſuperius explicitam fungi ſummæ iurisdictionis eccleſiaſtico gradu nemo valet. Itaque præter crimen hæreſis, aut apoſtaſiæ cunctas ſimul hæreſes complectentis ob nullum aliud ſanctæ religionis conditor vicarium ſuum ſupremi pontificatus amiſsioni obnoxium reliquit. Reliquit nihilominus eximium eccleſiæ remedium adverſus cuiuſlibet vel ſummi pręſulis inſoleſcentis tyrannidem ac nocumenta, perſeverantem precationem, qua permotus noxium corrigat, aut è medio ſummoveat, melioremq; rectorem largiatur, ſicut ipſe
Luc.c.18. a.b. importunę vidue, & iniqui iudicis ſimilitudine propoſita pollicitus eſt inquiens; Audite, quid iudex iniquitatis dicat, deus autem non faciet vindictam electorum

ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum. Igitur pontifici Romano autoritas iuridicę poteſtatis ſecundum Chriſtum ſuprema in eccleſia eſt univerſa, ſive quidpiam iubēdo ſubditos obliget, ſive à vinculi obligatione ſolvat, ſive decernens aliquid verum iuxta fidem catholicam neceſſariò tenendum declaret, de quibus per ordinem agendum & collatio habenda erit.

## *11. Cap. Iuris pontificij autoritas.*

VT autem aptè cuncta diſtincta luceſcant, illud præſendum eſt non ſemper vel in ſcriptis ſuis ſummos pontifices Romanos autoritate iuridica uti, ſed ſępe doctorum theologorum, vel iuris prudentium munere fungi, ſcribentes variorum argumentorum tractatus, ſacra ve biblia enarrantes, vel canonicum ius; aut quæſtiones diverſas ſciſcitantibus reſpondentes. In quibus eorum autoritas cum ijs annumeranda eſt, quorum ſtudium imitantur, velut cum priſcis doctoribus, theologisve ſacris, aut moralibus philoſophis, quorum in gregem iuris civilis, ac pontificij conſulti concedunt, niſi quod hi potiori parte theologos divinam legem ediſſerentes ſequuntur. Huiuſmodi autoritas pro ſcientiæ, ac virtutis amplitudine, comparata creſcit, iamque in pręcedētibus quātum ponderis ſortiatur, quopacto cum autoritate divina collata inferior ſit, abunde conſtat; quamquam in docentibus dignitas cunctis prælata ſuſpicienda eſt. Hæc omnibus uti clara in confeſſo ſunt. At ubi pōtifices ſummæ poteſtatis officio functi ut iudices quidpiam decernunt,

nunt, illic propriè ſucceſſorum Petri, & Chriſti vicariorum ſe autoritas effert. Porrò quod ita principali iuſſu duraturum ſtatuitur, ad ius pontificium pertinet, ſive in conciliorũ deciſionibus à ſummo antiſtite confirmatis, ſive in iuris canonici voluminibus ius pontificium præſertim complexis, ſive in extravagantibus dictis, alijs ve cõſtitutionibus feratur. Quod verò ad ſacrã fidẽ attinere vicarij dominici ſuprema poteſtate decernentis publica declaratione aſſeritur, catholicæ fidei dogma eſt cunctis ubi innoteſcat, ad ſpiritualẽ ſalutem habendã, neceſſariò credendũ; ſive in conciliorũ definitionibus à Petri ſucceſſore cõprobatis, ſive in canonici iuris codicib⁹, ſive in alijs poſtea editis deciſionibus cõtineatur. Atque hoc poſterius fuſè explicando relicto, nunc de ſancito iure pontificio agamus. Huius ſuper humana iura cõſtituta ſublimis eſt autoritas, quaten⁹ eius cõditor quãvis mortalis,
Su, c. 8. 9. talis, ſuprema ditione apoſtolis par, cæteris principibus ac legiſlatoribus humanis præfectus præſtat à Chriſto univerſorũ domino inſtitutus. Vnde provenit uti talis legislatoris poteſtas amplior ſit, quàm ut iuri civili condendo impediri deceat, cui propriè nequaquam dicata, ſed altiori eſt, ipſa quidẽ nõ civilis, verũ celſior extans, atque imperans, prout ad ſcopum ſuum ſcopo illius potiorem
Vi. li. & cogn ctign. mor c. 7. ſpectet. Eſt quippe civilis poteſtatis finis incolumitas temporaria reipublicæ; at eccleſiaſticæ ſupremę promotio totius eccleſiæ in bono præſtantiſsimo ſacroſanctæ religionis cum ipſa tendens in finem ultimum bonum beans. Quocirca poteſtatis civilis ſcopus ad eccleſiaſticæ ſummæ ſcopum dirigi debet, ac ſi quando ea deviarit, corrigi ab hac & in ſuum finem ordinari, qua cauſa ipſi ſubiecta eſt, aliòqui per ſe diverſa,

propriȷsque limitibus circumſcripta. Attamen pontificij iuris autoritas quamtúmvis ſacra, & divinę proprius accedens in humanorum iurium ſtatutorum culmine ſit; ut ab homine lati, humana eſt, non proprie divina: qua ideo ſic inferior eſt, ut humana divinis cedunt. Inſu ſu.c.8.ad.6
per quidquid huic virium ineſt, à divina talem poteſtatem inſtituente proficiſcitur: quare divinæ præſcripto hæc obſequi debet, præſcribere nullo modo poteſt. Ad hæc divina omni condita ſuperior nulli ſubeſt: hæc præter divinam, cuius moderamini ſubiecta eſt, par in cunctis ſummis pontificibus, iuxta atque in apoſtolis invenitur. Ideoque præceſſorum edicta queunt à ſucceſſoribus non utique ſubditis ſuo cuiuſque tempore poſcente temperari, augeri, minui, novisque promulgatis in totum abrogari, ne ulterius vim proferāt, quam eo uſque à conditore habuere. Verùm iam pontificij iuris ſinus velut è ſpecula mente luſtremus, ſi placet, ut quouſque tanta poteſtas & autoritas extendatur, vel figura tenus deſignemus. Ac primùm diſtinguenda eſt civilis principatus poteſtas non modo generalis, quam non convenire ſummo pontifici, ſed ſubeſſe declaravimus: verùm peculiaris, quæ Petri ſucceſſori eſt in territorium Romanę ſedis patrimonium eccleſię nuncupatum principum dominorū donatione, aliove iuſto ac legitimo titulo acquiſitum. In eius quippe incolas vicario Chriſti ſeorſim congruit regia quędam civilis ditio, qua iure valeat tale regimen in eos exercere ac leges condere nō ſecus, atque alij reges erga ſubditarum provinciarum habitatores. Vtque hos ius civile Romanorum imperatorum ubi eorum iurisdictio extincta eſt, extincta eſt autem in maxima orbis parte in arctum contracta ex antiqua

qua latitudine olim occupata, ita ſummum pontificem
non ſtringit, quo minus imperatorias leges corrigere,
antiquare, ſicut partim, aut omnino inſtaurare queat in
ſtar aliorum principum, prout ſubiectorum civili gu-
bernationi viderit expedire; in quos utique itidem no-
vas prorſus ſanctiones ferre valet. Neceſſarium eſt autē
id diſcernere, ne permiſta iura cōfundantur. Itaque quo
tieſcūque de civili penitus materia minimè ad chriſtia-
nam religionem univerſè attinente Romanus pontifex
quidpiam ſtatuiſſe ubivis reperiatur, non generale ius
eccleſiaſticum cunctis fidelibus, ſed regiū peculiare ſub-
ditis ita ſuis tuliſſe cenſendus eſt: veluti qùm decrevit il-
legitimè ortam progeniem ab hæreditatibus conſequē-
dis arcere. Veniamus iam ad purum pontificium gene-
rale ius ad omnium fidelium eccleſiaſticam hierarchiā
ſpectās, iuxta cuius gubernationem & eius proximum
finem diſcrimen pontificij iuris, ac civilis aliò tenden-
tis & utriuſque latorum ſumendum eſt. Reipublicæ
namque civilis rector eius conſervationem pro ſcopo
habens præcipuè bonum exterius attendens tales ſe-
cundum id leges condere, ac præcepta edere quit. Hie-
rarchię verò eccleſiaſticæ in terris ubique palam verſan-
tis præſes propinquum eiuſcemodi gubernationis ſco-
pum reſpiciens promotionem boni religionis catholi-
vi.ſu.c.9. cæ, qua huius hierarchię unitas conſtat, quam promo-
2.corin.10 c.13.d. tionem haud ſemel vocat Apoſtolus ædificationē à de-
ſtructione ſecernens, autoritatem à deo iuxta datum ſi-
bi munus nactus eſt, ut ſecundum profectum religionis
non modò exterum numinis cultum, ſed & internum
potius ex puro animo provenientem complexæ, iubere
valeat non tantùm externa, ſine quibus eccleſiaſtica di-

poſitio ſolveretur, ſed etiam cum exteris unà interiores actus qui potiſsimè curandi ſint; ac de ijs etiam permanſuros canones ſtabilire. Inde eſt, ut ſicut civiles rectores tangit iuſsiones ac leges edere ius naturale cõmune determinantes ſpecialiter in his quę ad exteram reipubli- s.Th.2.2.q ceę utilitatem pertinent: ita, licet ſublimius, ad totius ec- 147.a.3. cleſię prę ſulem ſpectet iuſsis ſtatutis que prę cipere fidelium omnium religioſis ſpiritualibus commodis communiter conducibilia, quibus ſpeciatim non ſolùm naturale ius, ſed & inſuper divinum latum, poſitivum dictum determinetur. Naturali iure oblationes deo debẽtur in eius honorem exhibendę, & ſtati feſti dies, quib' cultui divino vacetur, & ieiunia ad offenſionem dei delendam cohibendam que, ac mentem in ſpiritualia ſublevandam. Lege Chriſti ſacramenta ſancita ſunt, & euchariſtiam ſumere fideles rationis compotes tenẽtur, & Ioã. 6.E.] abſolutionem delictorum confeſsi à ſacerdotibus ſupe- Mat. 18.c. rioribus petere. Sed quemadmodum, quibus que obla s.Th.22.q ta prębenda ſint, quæ tempora feriata dei cultui dicanda 86.a.4. quibus diebus ieiunandum ſit iuxta communem popu 22.q.122. li chriſtiani congruentiam, definire, præſulis univerſalis a. 4.ad.1.4 eſt: ſimiliter atque determinare paſchali tempore ſuſci- 22.q,147. piendam euchariſtiam eſſe, & quotannis criminum con a,3. feſsionem faciendam: ſicut & in univerſum ſacramẽtis, Extra de pænit.& remiſ 12, c omnís utriuſq; ac divino cultui publico cõvenientem celebritatem, miniſtrationem, modumque circũſcribere ſuper ea quæ à deo legiſlatore inſtituta ſint: quæ planè prout ab ipſo ſint præfinita, ſervari oportet; nec prætermitti, variarive ullo pacto licet. Culmini verò tantæ vicarij dominici poteſtatis debetur, ut ſicuti cæteris celſis principibus iura dantibus, non vis directiva ſolummodo, immo & pariter

ter coactrix adſit, qua pro ratione functionis ſuæ legitimis pœnis rebelles coerceat, earumque metu ſubditos in officio contineat: quales ſunt ſeparatio ab ingreſſu tẽpli, cõmunicatione ſacramentorum, fidelium cõvictu, & mitiores, ieiunia, piæ peregrinationes, & aliæ ſimiles. Secundum hæc ſupremi pontificis ob ſcopum inædificandæ ſanctæ religionis, munia ſunt eccleſiæ totius religioſam rempublicam divinis ſacrorum ſymbolorũ fulcimentis paſcere, omni ordinatæ præfecturæ ſubminiſtratione regere, & ab adverſis tutari: quę decem prçcipue partibus pontificio iure diſponi poſſe apparet. Quarum prima de canonicis conſtitutionibus agat, ſecunda de rectoribus, & ſacris miniſtris, & officij cuiuſque ac præfecti poteſtate, tertia de iudicibus, ac iudicijs eccleſiaſticis, quarta de ſacrę & canonicę diſciplinę ſtudio, quinta de iuris divini poſiti, ac naturalis communis peculiaribus determinationibus ad numinis cultum attinentibus, velut circa ſacramenta, feſtos dies, ieiunia, oblationes, ſacrificia, publicas preces ac dei laudes: ſexta de ſacris cęrimonijs, ac ritib' appoſitis, quibus ſeorſim põtificalia volumina dicata ſunt, ut precibus breviaria, ſacrificio miſſalia nuncupata, doctrinę chriſtianę cathecismus; ſeptima dè templorum fabricis, & contẽtorum cuſtodia, ipſorum que ac miniſtrorum immunitate, octava de diſtributione oblationum velut primitiarũ, ac decumarum, & redituum eccleſiaſticorũ acquiſitione: nona de delictis, & pœnis, decima de obligationibus, & contractibus, atque ita de matrimonio prçter ſacramenti à chriſto collatam eminentiam, de què ipſi adiunctis ut cognatione, & affinitate, denique de teſtamentis, & vltimis voluntatibus, quibus ſepulturæ annectũtur, niſi

quòd

quòd etiam ſacris locis inhærent. De cunctis his ius pontificium varijs titulis ac libris agens ſtatuit, maximamque canonum partem in clericorũ qui populi chriſtiani ductores præſertim ſunt, cauſis inſumit, quos ut audentius dei cultum exequerentur, à coactrice principium civilium iuriſdictione ſubduxit pro ſua celſiori autoritate iuxta ſublimiorem ſcopum ab omnium inſtitutore prælata. Obſtringit autem pontificium ius ac iuſsio ſummi antiſtitis ſecundum finem ad totam religioſam hierarchiam pertinentem, chriſtiani populi cunctam multitudinem, & ad ſui obſervationem univerſè obligat: at non ſingulos particulariter, præterquàm pro aſſumpto à quovis officio, negotiove, quod iuxta pontificiam deciſionẽ ſit exequũdum. Quia verò pręfecti eccleſię ſunt publici moderaminis pręcipui miniſtri, per quos id in cunctis debet ſecundum pontificij iuris normam ad executionem deduci, hos potiſsimùm canonum debitum reſpicit, uti eos ſervari omni parte procurent. Subiecti autem obtemperare hoc modo tenentur, ut pręlatorũ iuſsis ex canonũ regula prolatis obſequantur, ac nequaquam reſiſtant gravi culpa diſſolventes obedientiam, vinculum gubernationis, unde unitas eccleſiaſtica pendet; ac ob id ordinationi dei obluctati ſibi damnationẽ acquirentes. Quamquam verò univerſum ius cunctam cui fertur, rempublicam aſtringit, non ſingulos particulatim: nil tamẽ vetat, quominus multa pręcipiat ad omnes ſingillatim ſpectantia, ut in pontificio iure maximè ſunt, quę divinum ius poſitum, ac naturale commune peculiariter determinãt, quorum exempla pręmiſſa ſint unumquemque obligantium. Nihilominus pontificia decreta promulgata utentium ſubditorum diſſenſu, ac ſubin-

Extra de fo. comp. c. 2. nullus.

Rom. 13. a.

ſubinde deſuetudine queunt aboleri, alia tamen ratione, quàm civiles leges, quarum latores à republica poteſtatem nacti communi eius conſenſu nituntur, ita ut ſi is deſit, cuncta ſtatuta firmitate careāt. At vicarius Chriſti, ab eo univerſorum domino eccleſię toti pontifex, atque eo modo legiſlator præpoſit⁹ eſt, minimè ab ea, ſed ab inſtitutore in ſummę poteſtatis functione dependēs.

1. cor. 13. d Verùm quia ea poteſtas in profectum ædificationis eccleſiaſticæ conceſſa eſt, oportet ut pontificiæ diſpoſitiones ac ſanctiones ſubiectorum locis, tempori, moribus, utilitati æqua proportione congruant. Quo fit ut Petri ſucceſſor meritò diſsimulet quas fideles recipere, aut retinere prorſus renuant, diſſenſuque utentium infirmandas pertendant; ea que tollerantia implicitè abroget ab autoritate ſua profectas: ne fraternitati reluctāti aliôqui laqueum inijciat, ubi præter eas ſpiritualem ſalutē aſſequi queat. Prouenit autem talium præceptionum etiam non perſe iniquarum invaletudo potius ab ipſius latoris conſenſu tacito, quàm ſubditorum diſſenſu, dum ijs renitentibus ipſe qui poteſt obſiſtere, minimè obſiſtens eo ipſo tacitè ſive implicitè aſſentitur. Sic delectus ciborum ſabbathis magna ex parte multis in plagis in deſſuetudinem abijt: ſicut & apoſtolorū paris ditionis, conſtitutio de abſtinentia cruoris ac ſuffocati, itidem atque alię. Nec verò quòd illa relata ſacris literis ſit, aliud quā certitudinem, quòd verè ab apoſtolis lata fuerit, habet: nam quod ad vigorem attinet, iuxta ferentium facultatem in parilis ditionis dominicum vicarium imperium non habentium, proindeque ipſius moderatrici voluntati ſubdendas conſtitutiones edentium cenſenda eſt.

Di. 4. c. Erit.

Cai. apolog p. 2. c. 10 in fin.

Acto. 15. c. Vi. ſu. li. 2, in Act.

Quoniam rurſus vicarius Chriſti pro iniuncto munere

 inter-

internum cum extero divinum virtutis cultum promovendi facultatem habet: pontificio iure aliquando virtutum actus ita definiens decernit, veluti circa vota, iuramenta, uſuras, has veluti ad contractus, illa ut ad obligationes ſpectantia. Quod ut lucidius expediatur, legũ ſive ſanctionum principalium munia, pręcipere, vetare, permittere, punire, præmio, ſive immunitate afficere in pauca, nempe pręcipere, ac permittere conferamus. Quid enim aliud eſt prohibere, quam imperare, nequid fiat, decernere punitionem, aut præmium, quã apponi iubere: ſicut ſimpliciter præcipere dictũ, edicere ut quidquiam fiat? Nam declarare anteriores idẽ valet, atque denuo ferre, vel corrigere, aut mutare. Nullus itaque divino legiſlatori ſubdit⁹, quod iure divino naturali, latove perpetuo præceptum eſt, ut fiat, aut ne fiat, diſſolvere iure poteſt contrarium iubens: permittere nonnunquã mala valet, ac non rarò debet, ne peiora ſequantur: ſicut & omnium autor multa permittit, ſinens mortales libero dato arbitrio uti. Atque in his quę pręter divinæ legis obligationẽ relicta in medio ſunt, quæ ex eo capite licitè queunt homines vel facere vel omittere, inferiorum legiſlatorum maximè ſe poteſtas extendit, ut iuxta cuiuſq; propinquum ſcopum expedientia ſtatuat. Hinc oritur, ut ſummus pontifex nonnulla veluti pacta ob mali ſpeciẽ & occaſionem irrita fore meritò, ut que ne ulterius fiant, præcipiat, ac ſanciat; quę intercedẽte iã iuſſu illicita reddantur, quamlibet abſq; illo licita utcũque eſſe quirent. Ita beneficiaria fiducia uti Simonia dãnata eſt, & ſepulturæ vẽditio religioſis locis aſcri ptę: & contractus uti fœnebris, in quo præſtãs periculum ideo emolumentum ultra ſortẽ paciſcitur, iure cenſeri poteſt.

Ex.de. ſepul.c.abolenda. ext.de uſur. c. naviganti.

Multa

Multa pręterea huiuſmodi pontificio iure pręcipuè tra-
ctantur ob eas pœnas, quas fert, emendãdis qui taliũ cri
minũ dedecore proximis offendiculo ſunt. Aſt vota, qui
bus ſe numini homines obligant, & iuramenta, quibus
etiam mortali, pariterq; deo ꝓpter divinã conteſtationẽ
adiunctã, pontifex ſummus uti dei vices interris gerens
traditis clavibus ſolvere ac tẽperare, ubi ratio poſcat, &
[margin: Ext. de voto c. 1. 4.] fideliũ ſpirituali ſaluti cõducat, in uſu habet, ac ſimilib⁹
[margin: Script. iure iur. c. 1. 15. verum. 36. clericus qui iu. ita.] de rebus multa iure pontificio diſpoſuit. Cunctis enim
in ſanctę religionis bonum promovendis à deo loco ſui
uti pater ſpiritualis præfectus, ex cõceſſa utiq; autoritate
[margin: S. Th. 2. 2. q. 88. a. 12 10. ad. 2. 3 18.] valet, ubi utilitatis animorũ cauſa ſubſit, talia moderari,
quæ ita plane deus ꝓbat: quãdoquidẽ paterfamilias ali-
[margin: Deut. 30.] quot ſubditorũ vota irrita facere, cauſa etiã nõ ſuppetẽte
poteſt. Reducũtur autẽ eiuſcemodi tẽperamenta vocata
diſpenſationes ad privilegiorum favorẽ, quę iuſta cauſa
[margin: Reg. beneficium li. 6 decr.] poſcente principalem benignitatem largiri etiam mãſu
ra decet: nõ ſecus atq; oportet ſummi officij epiſcopalis
[margin: 1. Tim. 3. a.] opere fungentem creditam gubernationem recta di-
ſpoſitione in cunctis exercere, ſancta que iura divina
& canonica exequenda iuxta æquitatem curare. Cæ-
terum in omnibus pontificij iuris deciſionibus id quod
decernitur potiſsimè animadvertendum eſt, ad quod
concludendum unicum plerumque cætera deſtinan-
tur. Id eſt enim quod definitum firmum eſt legiſla-
toris autoritate iubente, ſervari que debet. Reliqua
præmiſſa, & appoſita explicationem definitionis, ra-
tionem que produnt, quam ſtis eſt plerumque pro-
babilem adhiberi. Namque non alia mente à Petri ſuc-
ceſſoribus præiacta ſunt, minimè volentibus in una
determinatione plures confundere; neque rurſus quaſi-

neceſſaria conſequentia deciſionem ſemper inferre, quæ poteſtate potius legiſlatoris, quàm dialectico artificio nititur, eius que antecedentibus haud raro nullo iure apertè ſtatutis. Id quod etiam iuris civilis ſimilitudine conſtat, in quo ratio velut anima legis à deciſione omnium ſententia ſecernitur, quamvis ex ea perſpiciatur, quouſque vis legis ſe porrigat. Iam verò in deciſionib⁹ ipſis pontificij iuris multa per præſules Romanos contraria fuiſſe ſancita non deſunt qui obiectent: quæ prolixè conciliare ſacros canones ediſſerentium eſt. Nobis enim aliud nimis operoſum agentibus ſat eſt in genere indicare nil tale in põtificio iure comperiri. Pleraque ſiquidem non rectè intellecta putantur adverſa, quę ſi introſpiciantur, invenientur apprimè cõſentire. Vlterius ubi ſucceſſor quiſpiam ait præceſſorũ aliquem aliter iudicaſſe, aut ſenſiſſe videri, ſententiam illius refert, vel cũctanter prodit, qua is probabiliter cenſens conſultantibus doctoris more potius, quàm iuridica præſidis ſummi autoritate reſponderit: ſicut & quiſque multa ſua probabilia interſerit, & quam deciſionem iuris laturus eſt, prius probabilem rationabili cauſa fultam oſtendit. Sed & ſi iuridicæ deciſiones, quales in põtificij iuris volumina redactæ ſunt, oppoſitæ proferantur: conſyderandum eſt pro varia tẽporum neceſſitate, ac negotijs, maliſque diverſè urgẽtibus in multis à paris poteſtatis legiſlatoribus, immo & ab eodem rectè poſſe quę nimium differant, conſtitui: quę ſanè uno tempore contraria forent, diverſis autem lata temporibus & opportunitatibus nequaquam adverſantur. Huius doctrinæ clarum exemplũ ſynodus nobis Tridẽtina ſuggerit inquiẽs. Tametſi dubitandũ nõ eſt clandeſtina matrimonia libero

Extra'. de. ſpo. du. c. licet. de divortijs. c. quanto.

Seſſ. 24. re for. matr. c. 1.

con-

cõtrahentiũ cõſenſu facta, rata & vera eſſe matrimonia, quãdiu eccleſia ea irrita nõ fecit; & inferius; Qui aliter q̃ præſente parocho, vel alio ſacerdote de ipſi⁹ parochi, ſeu ordinarij licentia, & duobus vel tribus teſtibus matrimonium contrahere attentabunt; eos ſancta ſynodus ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiuſmodi cõtractus irritos & nullos eſſe decernit, prout eos præſenti decreto irritos facit & annullat. Potuit namq; Canon. 4. ut præmittitur, eccleſia per ſuum ſanè, & concilij præſidem conſtituere impedimenta matrimonium dirimentia, ſubinde que augere, minuere, mutare prout religionis Chriſtianæ gubernationi congruere intelligeretur, ita ut prius conceſſa, poſtea prohibita, & contra forent, materia variata, non mutato quod aptis omnibus concurrentibus rectè conficeretur. Habet autem id locum pręſertim in cõtractibus varietati nimiũ obnoxijs, pinde que cõiugio multiplicibus nexibus impeditiſsimo: in quo concilium aptam contrahentium materiam ſtata celebritate definivit, non miniſtrum qui formam induceret, neceſſarium conſtituit, ſicuti euchariſtiæ ſacerdos eſt, ſine cuius conſecratione nullo unquam tempore dominici corporis & ſanguinis ſacramentum peragi valet: quandoquidem fatetur fuiſſe rata & vera priora matrimonia clandeſtina, quæ utiq; ſine talis ſacerdotis pręſentia celebrabantur. Ac re vera Chriſtus ſacramentorũ inſtitutor qum ipſum matrimonium ſacramentum reddidit, humano cõtractui rectè inito ſuppoſito, gratiam de ſuo ut iuſtè poſſet eius uſus exeri, adiecit. Vnde & forma eius & materia ſacramentalis dicta ſignis conſtans è contractus ipſius natura venanda eſt duplici traditione acceptationę que confecti, ubi ſe mulier in coniugalem

nexum uxorem viro tradit, is que acceptat, ac viciſsim ſe vir uxori maritum dedit, ea que acceptat. Habēt itaq; ſe ſigna exprimentia traditionis duplicis conſenſus uti materię integrę partes: explicantia verò acceptationem mutuam, uti plenæ formæ integritatem, ſimulque contractus, atque ideo ſacramenti abſolventia. Vt verò cœptum pergamus iter, rurſus nonnulli obijciunt religioſos ordines uti monaſticos à Petri ſucceſſore approbatos, quorum aliquot poſtmodum aboleri mereantur. Attamen ſummus antiſtes recta tātùm inſtituta probat, quæ nulli eiuſmodi ordini talia ſunt, ut qui iuxta ea vitam inſtituant, non præclarum virtutis ſpecimē edant. A quibus ſi poſtea deſciſcentes ad luxum pravitatem que declinent, conſentaneum eſt, ne ſub inſtituti ſancti umbra improbitatem foveāt, quin potius ut deiecti locum facultates que potioribus cedant. Obijcitur pręterea canonum onerosa multitudo, illudque Auguſtini occinitur, Chriſtianam religionem quam manifeſtiſsimis & paucíſsimis celebrationum ſacramētis dei voluit miſericordia eſſe liberam, ſervilibus quidam premunt oneribus, adeo ut tollerabilior ſit conditio Iudæorum, qui legalibus ſacramentis, non humanis præſumptionibus ſubijciuntur. Huic verò incommodo par eſt exiſtimare ſummos pontifices mederi, quoad liceat, velle: ſed humanæ malitię creſcentis in dies innumeris malis non niſi numeroſis canonibus quemadmodum occurrāt, reperire. Quamquam & nonnunquam ne nimium ſubditos gravent, coſtitutiones promunt, velut regulas chancellariæ appellatas, tempore vitæ cuiuſque duraturas. Pro certo itaque habendum eſt Servatoris vicarijs legiferam iudicialemque iam expoſitam poteſtatem eſſe, qua rectè uti To. 2. ad Ianuarium.

queant ſive iubendo ita ut ſtatutis ſubditi obedire tencá tur, ſive ineptam nonnullorum materiam reddendo, ita ut irrita reſtent. Procedũt adhæc ſummi præſules in multis ex humanis præſumptionibus, coniecturis, teſtimonijs, ꝓbationibus, quæ prout humana ſe habent, aliquãdo cõtingit veritate haud niti: ob idque vitij, miſeriæq; mortalis, non pontificalis iudicij culpa eſt, ſi verũ deſtinans nõ feriat. Quid quòd ipſe deus non exactiorem à nobis notitiam exigit in moralibus, q̃ quę adeſſe queat diligentiam adhibenti, quam gnavi providi que pro cuiuſque functione varia ſolent apponere, ut & culpa vitetur, & actus ſtudioſus ex virtute relinquatur, ſicut propria conſyderatione dicata diſcuſsimus. Vnde & Theologi conſulti pro eo quod ſuſtinent, munere conſulendi ſpirituali ſaluti adeuntium percontantium, non modò ſublimioris theologicæ doctrinæ ſtudijs, verùm etiã iuris, præcipue pontificii, quo theologię praxis quędã exercetur, multaque ad animi ſalutẽ pertinentia pręcipiũtur, ſedulò mentem adiicere debent: uti fideles officii ſui admoneant docentes modeſtè de ſuperioribus ſentire, iuſtis que ipſorum maximè ſummi pręſulis iuſsis obſequi. Quandoquidem de veteribus etiã pręfectis Dominus ſuis in evãgelio imperavit; Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribę & phariſęi, omnia ergo quęcunque dixerint vobis, ſervate, & facite: & in Deuterononiio; Si difficile & ambiguũ apud te iudicium eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, leprã & non lepram; & iudicum intra portas tuas videris verba variari: ſurge & aſcende ad locum quem elegerit dominus deus tuus, veniesque ad ſacerdotes Levitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore; quęresque ab

Cai. li. aut. pp. conc. c. 27. i

li. cogn. in gns. mor. c. 8, 9.

S. Th. 22. q. 106. a. 5

Mat. 23. a.

Deu. 17 b.

eis, qui indicabunt tibi iudicii veritatem: & facies quod cunque dixerint qui præſunt loco quem eligeret dominus, & docuerint te iuxta legem eius, ſe querisque ſentẽtiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Tametſi hoc etiam ad ſanctę fidei dogmatum determinationem ſpectat, de quam iam agendum eſt.

*12. Cap. Sanctæ fidei deciſionum autoritas.*

AT qui pontificiæ autoritatis pars ea tractanda è ſuperiori diviſione, manet, qua Domini vicarius ſucceſſor Petri ſummæ poteſtatis collato munere fungens publicè de ſacræ fidei dogmatibus quæ pręſertim in diſceptationẽ veniunt, iudicialiter pronuntians quid certò credẽdum fidelibus ſit, declarando definit. Vt quippe ſupremus antiſtes iudex & paſtor eccleſiæ univerſæ pontificij iuris decreta promulganda publicè iuſſorijs deciſionibus cõſtituit, ſic itidem fidei dogmatum regulã cunctis tenendam aſſertorijs definitionibus pręſtat. Hãc namque publicam iudicialem fidem fideli fraternitati cõfirmandæ præſidi non defecturam, qua uti ſummus iudex normã credendorum tutò certò què dogmatum decretorio iudicio palam promulget, ſuperius iuxta Servatoris pollicitationem indicavimus. Sunt autem hæc duo ſuprema propria que ſummi põtificis munia, uſque adeo ut cùm multa gerat inferioribus conceſſa, vel quæ committere poſsit, nulli alij vel facultate delegata per ipſum liceat illa exercere ſoli ei iudicem univerſalem agenti à cõditore omnium aſcripta. Nam etſi ordinandi iuris ſanctiones, deſcutiendi que religionis ſanctę dogmata quit à ſummo pontifice ſubiectis cura mãdari, ſupremę manus determinatio tamen ipſi reſervata eſt, quę rata certa que aliòqui

Su.c.11. ad.pr.

Su.c.10. Luc.22.d.

aliôqui vacillatura, reddat iudicio ſubditis incommuni cabili. Porrò deciſionum principis promulgatio publica manifeſtatio eſt per autoritatem principalem facta, ita ut certò facilè que in ſubditorum notitiam actutum vel non dubia relatione aliorum quanta vis earum ſit, devenire poſsit. Quamvis autẽ princeps per miniſtros ſuos promulgationem proferre valeat, haud ſecus atque per ſe, ita promere cenſetur, cuius præcipua facultas in miniſtris ceu inſtrumentis operatur: uſque adeo, ut nequaquam illi ſanctiones ferant, quod facere propriè prę ſidis eſt, ſed in ijs perque ipſos princeps propria poteſtate perfungens. Quemadmodum igitur promulgatio ſolennis decretorum iuris fieri noſci queſuevit, ita & definitionum fidei ſumenda eſt, qualis & in generalibus concilijs in uſu eſt edi, & ubicunque ſummus pontifex
Su.c. 11. de fide decernat, ſimiliter adhiberi cõgruit. Sicut autem in iuris ſanctionibus quibuſque id quod præcipuè ſtatuitur, unum eſt, ad quod inferendum reliqua præmittuntur, explicationem cauſam que ſæpe probabilem, nõ iuris decretum aliud ſimplex multiplexve complexa: ita in ſacrę fidei quibuſvis deciſionibus, quod pręſertim definitur, plerumque unicum eſt, cui colligendo cætera præiacta expoſitionem continent, cauſamque definiendi plurimùm probabilem, nõ aliam fidei definitionem, alias ve ipſa eadem determinatione diffinitas: Nõ quòd nequeant, quod haud rarò evenit, neceſſariæ vel è fidei principijs ratiocinationes duci: ſed quòd potius deciſio facultate pontificia à numine profecta, quàm arte logica fulciatur. Nec rurſus quòd non poſsint haud prolixo cõtextu plures deciſiones ordinatæ conferi: ſed quia par eſt uti iudicialis poteſtatis unum aliqud ſeorſim decer-

nere ſecundũ humanũ uſum deſtinantis parilis modus ſive in iuris decretis, ſive in fidei definitionibꝰ ſervetur, ita ut diſcreta cauſa præmiſſa, nõ poteſtatis pro libito abuſus, ſed rectus iuſtę rationis uſus in ſpeciem præferatur. Quòd ſi quando plura brevi decernantur, conſentaneũ eſt, ea omnia breviter obſervata eſſe, quę in eiuſmodi conſyderationibus exerciti non difficulter perſpicere ac diſcernere valeant. Verũ quia in cõmune conſulendũ eſt, operepretium fuerit nonnullas notas in medium afferre, quibus de fidei dogmatibus definitis iudicia facta pontificali autoritate internoſcantur. Tales autẽ erunt, ſi dicatur ibidem quicquã propriè expreſsèque à fidelibus firmiter eſſe credendum, aut uti fidei catholicę dogma ſumendũ, aut evangelio, doctrinave apoſtolica, & in univerſum ſacra ſcriptura, divinaq; autoritate prout ita explicatur, aſſertũ, atq; contentũ. Si rurſus ijs aliquid eſſe contrariũ aſſeveretur, idq; tutãtes pro hęreticis apoſtatis ve à religione decernantur. Si pręterea in ſentientẽ prava falſaq; rectę Chriſtianę doctrinę oppoſita anathema iaciatur. Si denique aſſerens quis ſive affirmãdo ſive negãdo quicquam ab eccleſiaſtici cœtus cõmunicatione alienus eo ipſo ſententia lata iudicetur, indicante vel in ſimplici aſſertione letiferam culpam falſitatis utique pernicioſiſsimæ, ac proinde divinæ veritati adverſantis ineſſe, quę tam gravi pœna percelli mereatur. Poteſt nãque non aſſertio nuda, ſed vel publica prędicatio, lectio, diſputatio, ſcriptura, ſimileve aliud ob offendiculum, ac diſcrimen puniri, talique coertione cohiberi, etiam ſi aſſerentis ſimpliciter ſententia non prorſus hæretica cenſeatur. Ad hunc modum facilè erit indicia capere, quibus certa firma que fidei iudicia decreta noſcantur.

Nam ſi nō indubitatè quidpiā ſtabiliatur, ſed ſi b ambi-
Ex. divor. c. gaudem. guitatis temperamento feratur videri aliquid ad fidem catholicam pertinere, aut ei contrarium, inimicum, alienum quicquam apparere, moderatio ea iudicij certi ſoliditatē infirmat. Horum omniū exēpla cōcilijs, & canonici iuris voluminibus apertis obvia ſunt. Hinc iā inter ſacrę ſcripturæ cōditores, & ſummos pontifices aliquid credendū de catholicæ fidei neceſsitate decretorij iudicij declaratione definiētes differētia exordiū ſumit. Ab illis enim quicquid in ſacris literis aſſeritur iuxta indicata in
li. 2. c. 9. & c. 7. ſup. ſuperioribus, autoritate divina teſtatum ſummā veritatis certitudinem æque obtinet, ſive ad potiſsima myſteria, ſive ad ſecūdaria ijs adhærētia ſpectet, ſive aſſeveretur ſimpliciter, ſive ex alijs p̄miſsis colligatur, ſive ad aliud concludendum, illuſtrandum, cōprobandum præiaciatur, ſive per tranſennam mōſtretur, quaſique parergon abundātioris doctrinæ gratia diffundæ, ſive obiectis cōtrarijs diluendis opponatur, aut alio quovis modo ſe gerat. Quęcunque verò à ſupremo prēſule circa fidei quāvis definitionē deciſam afferuntur, nō cōtinuò ad fidei certitudinem extremam propterea cuncta pertinent: verùm id modò, quod potiſsimum in controverſia iactatum propoſitum fuerat definiēdum, è ſacraq; doctrina derivandum tractabatur, quodq; deſignatis notis, ſimilibus ve ad catholicæ dogmata fidei attinere cōſtet. Cętera cauſi doctrinæ adducta, niſi aliunde divini teſtimonij autoritate certa prorſus ſint; non idcirco id faſtigium aſſequuntur: ſed ſatis eſt, ut rationi conſentanea ſint, & quadam probabilitate nitantur. Talia ſunt pleraque inducta explicandi gratia, colligendique, aut reſpondendi obiectionibus; vel obiter & in

tranſcurſu præter inſtitutum precipuum adiuncta. Cuius præter alia exemplum accipi poteſt è concilio generali acto ſub Innocentio tertio, & in iuris canonici volumina relato, ubi dum ad ſupremæ triadis diſtinctionē unitatem que declarandam atque definiendam præſertim tenditur, curſim inſeritur; qui ſua omnipotenti virtute ſimul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam ſpiritualem, & corporalem, angelicam videlicet, & mundanā. Quibus verbis aſſumptum fuit, quod longè probabiliſsimum erat, angelos eodem momento ſimul cum mūdo creatos incorporea ſubſtantia præditos eſſe: non tamen uti catholicæ fidei dogma eſt illic determinatum, niſi aliūde habeatur. Id quod divus Thomas aperuit, qui qum decretalem illam deciſsionē enarraſſet. poſtea in theologica ſumma contrariam ſententiam erroneam non reputavit, nec hæreſis nomine inuſsit. Hoc autem omiſſo propriæ determinationi, nūc ut quod inſtat, peragamus, diſcrimen quoque inter Petri ſucceſſores decernentes, apoſtolos que patens è dictis evadit. Apoſtoli etenim ut ſuo loco ſuperius oſtēdimus, Chriſti legationem gerentes quoties religionis cauſa divinæ fidei doctrinam promebant, aſsiſtēte Spiritus ſancti promiſſa illuminatione, nullo pacto errare nec labi docendo quibant. Id verò Petri ſucceſſoribus non in omni doctrina vel religionis ac fidei cauſa prolata neceſſariò tribuitur; immo ne in tota quidem deciſione contexta dogmatis fidei decernēdi gratia, ſed in ultima eius declarati iudiciali definitione. Quemadmodum & in eccleſiæ gubernatione, præceptis que, ac decretis ferendis tametſi parilis ditionis poteſtas apoſtolis, & Chriſti vicarijs ab eo relicta eſt, nihilominus primitiæ almi ſpiritus

c. firmiter. ext. de ſum. triu.

1. p. q. 61. a. 3. q. 51. princ. Sequitur canus li. 5. loc. c. 5.

Su. li. 2. c. 9 14. in. Act

Rom. 8. d.

Io.16.b. 14.b. ritus habitæ illis, qui eos omnem collato muneri oppor tunam veritatem docens paracletus conſolatoris, advo- cati, adhortatoris inſtar ſupremi foret, abundè compro bant pleniorem ipſis ductum adfuiſſe, qui ab errore o- mni, & gravi culpa liberos aſſereret: cum tamē ſummis pontificibus graviſsima hærere delicta poſſe nemo am- bigat, eos que ſubinde affectibus ſervientes iuſſa vel iuſta
Deu.16.d.fi non iuſtè perferre. Quātumvis autem apoſtolicæ iuriſ- dictionis præcepta rectiſsima pro temporum præceden tium neceſsitate fuerint, ſuccedentibus aliud flagitanti- bus potuerunt à paris ditionis ſummis antiſtitibus rectè
Su.c.8.&. li.2.c.14. temperari, aboleri, novis que mutari, ſicut eſt ſuperius ſtatutum. Cæterùm ubi de ſacræ fidei cauſa iudiciū ſuc- ceſſores Petri promunt, doctrinam nimirum toti eccle- ſię cum obligatione credendi proponentes, iuxta tra- ctationis formam, rerum quæ aguntur, qualitatem, ver borum proprietatem ac vim notatam; tales eorum aſſer tiones, itidem atque apoſtolorum fideles inſtituētium, & conditorum ſanctæ ſcripturæ divini teſtimonij faſti- giū attingunt. Si quidē eę fide catholica, cui falſum ſub- eſſe nequit, certiſsimè credendæ ſunt ſecundū pollicita-
Su.c.10 li 1.c.13.14 Lu.22.d. tionē Servatoris precati efficaciter, ne vicarijs ſuis fides eiuſmodi iudicialis deficeret, qua fratres confirmarent. Nam ſacroſanctis biblijs ſupernæ veritatis divina teſti- monia continentur quidem, ſed non coarctantur, ut nō potuerit deus paris autoritatis aliter oracula fundere, quæ ubicunque talia eſſe conſtiterit, ut hîc divino Chri- ſti teſtimonio conſtat, pari fide, veneratione, obſeruātia ſuſcipienda, ſuſpicienda que ſunt, & excolēda numinis
Io.11.c. Su.c.8. med. cultoribus germanis. Adeſt autem ex illa domini à pa- tre ſemper exauditi promiſsione, ut & ſuperius præſi

gnauimu~

gnauimus, quædam inſtinctus prophetici participatio, ipſius numinis aſsiſtentis impulſu in aſſertorio dogmatum fidei iudicio ſupremis præſulib⁹: unde definitiones tales certiſsimæ ſunt, per quas de⁹ ſupernaturalis veritatis teſtimonium ferat: atque adeo teſtimonia divina evadunt. Quod & ex eo cõprobatur, qu odevangeliſta Ioãnes aſſerit etiam Caipham ſummũ veteris legis pontifiecem, pontificem autem anni illius, quo Chriſtus leto datus eſt, prophetaſſe, qum præſidens cõcilio iudiciali ſententia ipſum oportere mori pro populo ſervando aſſeveravit aliunde nempe dei ductu imprudẽs actus, qui à ſemetipſo in Servatorẽ odio internecino ferebatur. Quãvis autem eiuſmodi ſacræ diffinitiones per pontificiã poteſtatem edantur, quæ par in cunctis Petri ſucceſſoribus eſt; & ferentem, & ſucceſſores aſtringunt tamen, ut ipſas firma fide credant, velut irrevocabiles latas, non ob ditionem pontificiam autoritatem que ſeorſim ſumptã, ſed ob adiunctam cui ſubeſt, divinã aſsiſtentiam dirigẽtem atque ita teſtantem ſupernam veritatem immutabilem, ut & ſuperius tetigimus. Agnovit id ingenuè Thomas Caietanus Aquinatem ſecutus: quare quod alibi ait, prævalituram fuiſſe ſententiã Ioannis apoſtoli ſentẽtię Clementis papę in doctrina fidei, ſi diverſa ſanè ex oppoſito aſſerentes decernerent, ita ſumendum eſt, ut hypotheticum pronuntiatum, in quo ex antecedente impoſsibili conſequens impoſsibile promitur, qualia ut nullum incommodum afferentia, parùm curanda in dialecticis exerciti tritum habent. Immo verò ſtatuendum eſt nullũ Petri ſucceſſorem põtificali iudicio aſſerturum errorem fidei catholicæ contrarium, ſacræ ſcripturæ, apoſtolicæque doctrinę adverſum, ſed quod ei conſentiens verę fidei

Ioa, 11.g

Su.c.8.ad. fi.

22.q.1.a. 10.

li aut. pp. & cõcil. c. 4

Apolog 2.p c.13.

dei dogma ſit. Cùm igitur eiuſcemodi pōtificijs defini tionibus divini teſtimonij celſitudo inſit ad publicam totius fidelis gregis inſtitutionem: non deſunt qui eas ad ſacram divinorum bibliorum ſcripturam pertinere concedant: alij ſubſiſtunt, & inficiantur. Atque hi rectè quidem aſſerunt apoſtolis, non Petri ſucceſſoribus conceſſum fuiſſe munus ſacræ ſcripturæ libros condendi, di cēte domino, quòd Spiritus ſanctus illos omnia, omnē que veritatem doceret. Nonnulli verò rationem reddere conati dicunt diſcrimē eſſe, quòd ſacri ſcriptores proxima dei revelatione vel inſpiratione catholica dogmata conſcribunt, pontificiam verò deciſionem præcedat oportet magna diſquiſitio, diſputatio, diſcuſsio, collatio, ut aptè dei afflaturi auxilium ad decernendum ſequatur: rurſus quòd ſacris ſcriptorib⁹ dei ſpiritus in ſingulis vel minimis adeſt, hîc verò nō neceſſe eſt ut ſit præ ſens in omnibus, niſi tātùm in attinentibus ad fidem religionem que ſupernam, ſpiritualique ſaluti neceſſarijs finitionibus, quę iam antea latius executi ſumus. Aſt omiſsis pręcedentibus ſequentes extremas definitiones ſi attendamus, nōdum ſatis aperta differētia elucet; cùm eę nō minus certæ forent, licet nō præmiſſa exactiſsima diligentia decernerentur; quamvis definitor ob negligentiam ac temeritatem ſe ſe non aptè nec ſuaviter numinis ductui attemperans graviter delinquere poſſet. Nec enim admittēdum eſt, quod à dicti diſcriminis inductore rectè reprehēſum Sylveſter Prieras veluti ſente punctus, & ſcrupulo non conſidente ſollicitatus ſubſignificavit, nimirū, quòd ſi quando Romanus pontifex in definitione fidei erravit, inde potuit evenire, quòd non quantam debebat, diligentiā adhibuerit, priuſquā ſen-

Cai.li.aut pp.conc.c. 4.

Ioan.14.d 16.b.

Act.15.b.

Canus.li.5 c.5.

Sū.verb.fi des parag.fi

ſententiā proferret. Qua feneſtra patefacta ſi ab explorā da diligētia pendendū ſit, quid ſolidi reliquum fit in vivente perenniter norma ſuccedonea uſque ad eo neceſſaria fidelibus à ſervatore relicta, ut eos confirmans fidei dogmata iudiciali definitione declaret? At ea ſoliſsima regula, & murus aheneus definiendæ tutandæque fidei iuxta dominicam doctrinam ab eccleſia planè agnoſcitur. Alia ergo differentia proprior veſtigāda eſt: quamvis enim uti permiſſum cōcedatur, quod ab eodē ſine urgente ratione, autoritate ve confirmatū ſumitur, nempe deum daturum uti diligentia quam oporteat, fidei definitionibus decernendis præhabeatur, quò ex divina pollicitatione rectum erroris expers iudicium fidei feratur: etiam ſedulitas & ſtudium verſandi anteriores ſacras literas apoſtolis & alijs ſanctæ ſcripturæ conditoribus quę adhiberi par eſſet, non defuere. Ioſuę commēdatur legis aſsidua meditatio: pſalmographus de tali ſuo exercitio mira narrat: Salomō de exquiſitione ſupernæ ſapientię nō minora; ſapiens Ieſus de labore ſuo, & profectu ſimilia refert. Daniel vates in libris ſacris lectis intellexiſſe ſe mentem Ieremię prophetæ prodit: Apoſtolus à Timotheo ſibi afferri biblia iubet, cuius in ſacris literes cognitionem a teneris uſque annis habitam laudarat, ad quarum lectionem ipſum exortatus fuerat: quum denique ſynodo Hieroſolymis coacta de ceſſatione veterum cęremoniarum ageretur, præſentibus etiam apoſtolis & convenientibus magna conquiſitio facta eſt. Licet enim divinus ſpiritus ſacram ſcripturam condentes per ſe protinus inſpirarit, illuſtraverit, impulerit; quiveritque vel armentarium paſtorem ſubitò vatem reddere: nihilominus quibus prophetiæ participatio communicata

Ioſ. 1. c.
Ps. 118.
Sap. 8. &c.
Eccl. 51 c. d
Dan. 9. a.
2. Tim. 4. b
5. d.
1. Tim. 4. d.
Act. 15. b.
Amos. 7. d

municata eſt, cõtemplandorum divinorum ſpeculationi ſe dedentes vacabant, ut idoneos ſe atque aptiores di-
Su.li.1.c.11 vinæ reuelationi ſuſcipiendę pręberẽt, ſicut in ſuperio-
Su.l.1.c.9 ribus aperuimus. Quid quod ut etiam ſuperius traditũ fuit: propheticus afflatus nõ per modum habitus ad nutum impulſis aderat, ſed impreſsionis tranſeuntis pro voluntate numinis inſtigantis collatæ? quamquam apo-
Su.li.2.c.9. ſtolis ob divinam promiſsionem quotieſcunque vel extemporalem orationem edi ſanctæ religionis cauſa repente cogeret, almi ſpiritus præſens illuſtratio aderat, quæ fidem docentes eos nunquam deſtituit: cuiuſmodi impulſus delibatio quędam Petri ſucceſſori adfutura in fidei definitionibus decidendis ex dominico pacto cõprobatur. Diſcrimen igitur genuinum, quod è pio communi ſenſu virorum probitate, ac eruditione ſacrę diſciplinę inſigni pręſtãtium colligitur, tale eſt. Aſſerit divi-
p.1.q.1.a.8.ad.2. nus Thomas Auguſtinum ſequutus fidem catholicam inniti revelationi apoſtolis & prophetis factę, qui canonicos libros ſcripſerunt: nõ autem revelationi, ſi qua fuit
Ephe.2.d. alijs doctoribus facta: quod & ex apoſtolo habetur dicente, fideles domeſticos dei ſuper ædificatos ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarum ipſo ſummo
22.q.1.a.10. angulari lapide Ieſu Chriſto. Cùm autem alibi aſſeveret ad autoritatem ſummi pontificis pertinere quæ ſunt fidei ultimò determinare, ut ab omnibus inconcuſſà fide teneantur: liquet eum pontificiam dogmatum determinationem haud ſeorſim à ſacris libris apoſtolica que revelatione toti eccleſię publicè propoſita computaſſe, ſed cum ijs veluti annexam, quaſi que agnatam cõiunxiſſe. Idque meritò, quia eccleſiaſtici cæleſtis regni clavibus
Mat.16.c. vicario Chriſti, Petri ſucceſſori commiſsis concredita ſi-

mul eſt ſacri theſauri divinarũ ſcripturarũ, apoſtolicæq; doctrinę cuſtodia, quã illibatã poſteris tradẽdã ſervaret ita fratres in fide cõfirmans, dum depoſitum integrũ tu taretur ab indoctorũ & inſtabilium pravitate iugiter id annitẽtium depravare, ſicuti princeps apoſtolorum mo nuit, ad ſuã ipſorum perditionẽ. Huiuſcemodi depoſitũ intaminatum oẽs cuſtodire, ac præcipuè paſtores, præſu les, doctores iuxta Pauli adminitionẽ epiſcopo Timotheo directã, ac potiſsimè ſupremum antiſtitẽ cunctis prefectum univerſorum curã gerentẽ oportet. Nã depo ſitum ſynceritatis divinæ doctrinę ſe intelligere apoſtol⁹ pãdit, inquiẽs: O Timotheæ depoſitum cuſtodi, devitãs prophanas vocũ novitates, & oppoſitiones falſi nominis ſciẽtiæ, quã quidã ꝓmittentes circa fidẽ exciderunt. Suc ceſſor itaq; Petri iuxta concreditũ munus aſſertorijs definitivi iudicij deciſionib⁹ id pręſtat, ut nõ novas revelationes edat, verũ quas ab apoſtolis, ac ſacris ſcriptoribus accepit eccleſia, puras, incorruptasq; tradat, à diverſis ſe cernat, quid cõtineãt intelligẽtia, exprimat, interpretur, explicet, ac ꝓ fidei neceſsitate exponat, conſequentia & illic incluſa colligẽs indicet, adverſa & repugnãtia pandat, & fidelib⁹ cavẽda manifeſtet. Idcirco rectè ſummus põtifex nõ ſacrã ſcripturã, doctrinãq; ꝓpriè cõdere, ſed cuſtodire, diſcernere, declarare, atq; ita definiẽdo determinare dicitur; & eius tamẽ iudicialis aſſertio cũ dei autoritate, quã ex ipſius facultate aperit, copulata divini teſtimonij culmẽ attingit, qũ & explicatio divinę teſtificationis in ipſa clauſa ſit. Cõſtabilitur id ex eo qđ Servator ſpopondit Spiritum paracletum apud apoſtolos manſurum, ipſos docturum eſſe omnem veritatem inſtitutioni ſanè fidelium in fide ac religione ſuperna opportunã

ac ne-

2.Pet.3.d.
1.Tim.6.d.
Agnoſcit canus li.12 loc.theo.c.3.et prius li.2.c.7.
vi.ſu.li.2.c.2.
Ioa.14.b.16.b.

ac neceſſariam. ut minimè iam aliã denuo recentẽ expectare ab ullo cõueniat; ſed ex codẽ fonte iuxta pontificij canalis ſtaturum certum iudicialem ductum perpetim
2.2.q.11. a.2.ad.3. haurire. Hinc Aquinas planè deducit poſt determinationem univerſalis eccleſiæ autoritate prolatam de fidei quovis dogmate, ſi quis tali ordinationi pertinaciter repugnaret, hæreticum cenſendum, quæ quidem autoritas principaliter in ſummo pontifice reſideat: quip-
24.q.1.c. Quoties. pe cùm, quoties fidei cauſa ventilatur, fratres omnes etiam epiſcopi, non niſi ad Petrum, id eſt ad ſui nominis autoritatem referre debeant: contra quam nec Hieronymus, nec Auguſtinus, nec aliquis ſanctorum doctorum ſuam ſententiam defendit. Qua de cauſa Hieronymus Damaſo ſummo præſuli ſic ſcribit: Hæc eſt fides papa beatiſsime, quam in catholica didicimus eccleſia. In qua ſi minus peritè, aut parùm cautè fortè aliquid poſitum eſt, emẽdari cupimus à te qui Petri fidem & ſedẽ tenes. Si autẽ hæc noſtra confeſsio apoſtolatus tui iudicio comprobatur, quicunque me culpare voluerit, ſe imperitum, vel malevolum, vel etiam non catholicum, non me hæreticum comprobabit. Non officit autem
S.Th.2.2. q.1.a.8. q.1.a.10. ad 1.&.2. his quòd veritas ſupernæ fidei in fide priſcorum patrum implicite contenta, ſufficienter explicata in doctrina chriſti & apoſtolorum fuiſſe ab eodem theologiæ illuſtratore agnoſcitur; ut quamquam non alia fides, eadem tamen magis ac magis expoſita nequeat procedentibus temporibus adverſus inſurgentes errores ita definita certiſsima ſummi eccleſiæ iudicis declaratione opponi. Etſi enim eadem doctrina fidei apud antiquos, atque apud novæ gratiæ populum fuit: nihilo ſecius licet pro acceſſu ad Chriſtum

ſcopum lucidior ipſis redderetur, indiſtincta tamen cen
ſetur eius clariſsimæ diſtinctionis ac explicatæ lucis re-
ſpectu, quam per Servatoris iubar mundo illucens a- vi.ſu, c. 6.
depta eſt. Quia vero divinorum myſteriorum profun- 7.8.10.13
ditas nunquam exhauritur, quorum exactæ revelationi
prophetici luminis, inſtinctus que impreſsio neceſſaria
eſt: amplior perpetim eorundem expreſsior, patentior,
diſtinctior explicatio pōtificia quadam propheticę im-
preſsionis participatione dei dono haberi valet originē
ex illa pleniſsima revelatione ita ducens, ut ea plenitudi-
ne ſua conſummatiſsma ipſam quæcūque recte adhibe-
ri queat, expoſitionis expreſsioris declarationem inclu-
ſerit, deſignarit, ac prope oſtenderit, alienam item repu
diarit, arguerit, prodiderit. Nihilominus explicatioris
expreſsionis defectus, humanæ hebetudinis ignorantię
excuſationem erroris præbet, ut ab hæreſis culpa exima
tur, qui ante pontificiam dogmatis fidei definiti decla- S.Th. 22.
rationem, oppoſitum opinatus falſò in animum indu- q 11. a. 1. 2 ad. 2.
xerit: quod ſi poſtea ſcienter admitteret pervicacia iam vi.ſu. c. 5.
integri conſenſus, hæreticus prorſus foret. Occurrit ve-
ro hîc libenter errantium querela, quid oportuerit in
multis determinari nova criminis obligatione, qđ ſine
gravi cūlpa quiret ignorari? At eiuſmodi queſtus ſi re-
ctè advertatur, in deum quoque religionis autorem re-
dit; qui cum varijs modis ſibi notis ſuæ que omnipoten
tię obvijs poſſet hominibus beatitudinē largiri: præſcri-
pſit ſibi placitum, quo ad eam deveniretur, ſtatutis ad id
medijs auxilijs, ſacramentis, virtutum actibus, interque
ipſos ſupernę fidei, quibus poſt legiferi chriſti doctrinā
explicitè credi debeant à cunctis fidelibus myſteria uni S.Tho. 22
tatis, diſtinctioniſque divinę triadis, cuius viſione feli- q. 2. a. 8. 7. 6.

citas

citas conſtat, & concarnati verbi articulis ſymboli propoſita, cuius opera ſalutem animi aſſecuti felices eſſe valeant. Nam ſubtiliora maiores aliorum eruditores pro cuiusque ſtatu, officio, munere, facultate expreſsè crede
Su.li.1.c.14. re tenentur, uti ſuperius latius aperuimus. Cùm igitur
Rom 9.c. opifex de re ſua ſicuti ſibi placuerit, iure queat diſponere, ſecundum apoſtolū, omnis adverſus omnium conditorem figmenti querimonia iniuſta eſt. At inquies, quę neceſsitas coegit, uti dei doctrina pontificijs definitionibus explicatius determinaretur, ut iam ita fideles cre
s.Th.22.q.1.a.10.ad.1 dere aſtringātur? Perverſorum hominum ad id malitia coegit, qui ſupernam diſciplinam pervertere annisi nō ipſam aperta frōte labefactare adorti ſunt, ne impij prorſus exiſtimati deteſtationi eſſent: ſed cuniculis aggreſsi ea impugnarunt, quibus ſubrutis illa cohærens ſimul everteretur. Exemplis res perſpicua evadet. Ariani uti dei verbum unigenitum in ordinem creaturarum redigerent, diverſam eius ac Patris æterni dei ſubſtantiam induxerunt, quòd præter divinam eſſentiam omnis alia creata per ipſam, ſive condita ſit. Euthyces ut in Chriſto diſtinctionem divinæ, & humanę naturæ tolleret, unāque compoſitam naturam conflaret, duas voluntates divinam, & humanam confundens unam poſuit: unde id quod cupiebat, haberetur; cùm intellectualem ſubſtantiā ſua voluntas conſequatur. Recentiores hæretici, quò ſub euchariſtiæ ſpeciebus Chriſtum contineri prorſus inficiarentur, pertenderunt etiam peracta conſecratione ſub ſpeciebus panis ac vini ſubſtātias manere, quibus utique veritas tanti ſacramenti, ac ſacrificij eluderetur. Hi omnes alijque ſimiles machinis ſtructis multas in eccleſia turbas excierunt, plurimosque vivos lapides demoliti

moliti vincere vi omni & aſtutia tentarunt. Quoniam
verò non caret periculo, delictoque ſocietatis occul-
tæ, qui quoad poſsit ac debeat, manifeſto facinori ar-
cendo deſinit obviam ire: eccleſiæ dux aditum ruinæ
præcluſurus pro crediti muneris legitimo iure rectiſsi-
mè fecit, ut quę ſacram doctrinam licet non protinus
ac directè, obliquè tamen & conſequenter ſubverte-
rent, detegeret, cavenda moneret, repelleret, dam-
naret. Sic pontificia generalium conciliorum autori- Nicæna S Th. 1 p.
tate, ut filij dei divinitas una cum Patris deitate, o- q. 31. a. 2.
mni diverſitatis diſparitate ſublata crederetur, defini-
tum eſt filium patri conſubſtantialem eſse: ut in chri-
ſto naturarum divinæ & humanæ proprietas non per- Cōſtātinop
miſta diſcerneretur; duas quoque voluntates divinam 6. ſynod°. S. Th. 3. p
& humanam diſtinctas eſſe determinatum fuit: ut de- q. 18. a. 1. Trident.
nique Chriſti realem præſentiam in euchariſtia eſſe ſeſ. 13, can. 2.
nequaquam dubitaretur, declaratum eſt poſt conſe- S. Th. 3. p
crationem ſub ſpeciebus panis ac vini ſubſtantias cum q. 75. a. 2.
corpore & ſanguine chriſti non remanere. Itaque ut
priora fidei dogmata certiſsima eſſe confirmaretur, po-
ſitiones illa impugnatum ex conſequenti euntes deie-
ctæ pontificia decernente finitione ſunt, & adverſæ
determinatæ ad fidem quoque cum ipſis prioribus do-
gmatibus pertinere, quæ utique comitantes ſequan-
tur, in quibus incluſæ ſint, velut in amplexis, ac vim
ſuam uſque ad ipſas tendentibus. Igitur quas aſſer-
tiones ſacra ſupernæ fidei dogmata efficacia ſua com-
prehendebant, non tamen promptè cuivis internoſcen-
das, pietatis neceſsitate urgente pontificia declaratio
explicuit ita ijs eſſe contentas, ut pariter cum illis fer-
rentur, iamque expreſsè ſimul cum ipſis credi eodem

divino teſtimonio extenſo expoſito que debeāt. Quando verò de prioribus divinæ doctrinæ dogmatibus periclitatio non erat, ſat fuit eorum ſuſcepta in communi ſynceritas ſine contentorum peculiaribus definitis explicationibus, quorum tamen veram expreſsiorem notitiam in eccleſia eruditione virtuteque inſigniores habuiſſent: ut alij circa ea inſcitia errantes ab infidelitatis offenſione eximerentur. Cuſtodia erga commiſſa crediti depoſiti in diſcrimen adducta Chriſti vicarioꝫ ad aſſertorias declarationes definiendas meritò compellit circa quævis ſacræ doctrinæ dogmata, proindeque ſancta biblia, ubi ſive in toto, ſive in parte veritas eorum periculum ab impijs ſubeat, quo divinum teſtimonium reijciatur. Ita de ſingulis libris & portionibus, de ſenſu ad fidem neceſſariò ſpectante, proindeque de traductionibus rectè determinationes diſcernentes habentur à Petri ſucceſſoribus idipſum divinum depoſitum ab apoſtolico uſque ordine acceptum ſic incorruptum ſervantibus, & poſteritati tradentibus. Qui qūm fidei dogmata, ſupernamque doctrinam, & ſcripturam, & rectam in ijs catholicæ diſciplinæ intelligentiam à diverſis diſcernunt, haud nova fidelibus dei oracula cudunt; ſed eius autoritate vicaria, divina puriſsima teſtimonia olim lata indubia poſteris atteſtati promunt: ut fidi myſteriorum dei diſpenſatores, ac publici miniſtri, quæ cuncti ſive inferiores ſive ſummi credere obſervareque uti numinis autoris omnium ſcita iuſſaque iure divino teneātur. Quemadmodum delectus fidiſsimus regius cuſtos principalium ſanctionū qūm eas immaculatas profert, atteſtationem affert, nō denuo autoritatem tribuit à rege latore antea proprie inditam. Nec

Concil. Trid. ſeſ. 4 c. 1. 2.

1. Cor. 4. a

verò

verò Chriſti vicarij, ut omnis ceſſet calumnia, quò rẽ ſuã agant ita cõſtabiliendã viciſsim divinis teſtificationibus atteſtantur: teſtimonia ſiquidẽ quibus apud Matthæũ, Lucã, Ioãnẽ ſucceſſorũ Petri poteſtas fundatur, nunquã in dubium vocata ſunt: quin potius ab initio chriſtianæ naſcentis eccleſię uſque ab ea univerſa iugiter certa ſunt agnita. Ad hæc ſubijciunt nonnulli pontificiæ deciſioni erroris experti quæ ad mores ſpirituali ſaluti fidelium in communi neceſſarios pertinent: ſed exemplis poſitis mox à iuſsionibus ad fidei aſſertiones non advertentes divertunt. Fidei ſiquidem aſſertoria doctrina latiſsimè ſupernaturalia omnia circumvagatur ſive ſpectantia ad fœlicitatem ſperatam, ſive ad Chriſti myſteria, ſive ad virtutum opera, in quorum multis ethnici philoſophi miſerè ſunt hallucinati. Vt autem diſcrimẽ pateat, aliud eſt iubere ne uxoris interfector aliam vel virginem ducat, aliud aſſerere id iuſte poſſe à legiſlatore præcipi, rurſusque peccare ſi contra interdictum cõiugium inierit, ac denique initum matrimonium non poſse dirimi ob id, ſed ratum manere. Ac de iuſsorię deciſionis autoritate pontificia ſatis paulo ſuperius diſſertum eſt: de omniũ verò quę ad ſupremæ fidei dogmata reducuntur, aſsertoria deciſione pontificię declarationis ſupremam divini teſtimonij autoritatem contingentis hucuſque deducta parem vim ut in alijs arcanis, ita in moralibus aſsequuntur. Excipiunt autem nonnulli ab huiuſmodi deciſione quę purè naturalia ſint, quæ naturali utique ratione conſtent. Exemplũ que adducitur è ſymbolo pontificia deciſione probato, carnem & animam rationalẽ unum eſse hominem, quamvis cum Athanaſio conciliũ Nicęnum conſenſiſset, non oportere propterea verum

Mat.16.c. Luc.22.d. Ioan.21.c.

canon. Interfectores.

Su.c.11.

Canus.li.5. loc.the.c.5

eſse

eſse; quòd an homo partes illę complexę ſint, necne, ad Philoſophię rationem, nō fidei attinet, philoſophorum que proinde quæſtio, non fidelium eſt. A Vio Caietano rurſus explicati⁹ aſſeritur, ſummi pontificis iudicio ſubeſſe tantùm que ſunt fidei, eo quòd ipſe conſtitutus ſit à Chriſto doctor & rector fidelium, quaten⁹ ſunt fideles, nōn hominum, quatenus homines ſunt: ei que promiſſa fuerit omnis veritas neceſſariorum ad fidelium ſalutem, non omnis veritas naturaliter ſcibilis, aut moralis: quæ ab autorę naturæ iure ſupra cunctos ſtatuta ratione lumine naturali roborata decidenda eſt. Quãquam ait, quod illiuſmodi ſit, quodam tenus eccleſiaſtico pontificis iudicio ſubdi, ſi neceſſarium id certa ratione neſciatur, aut ſi ratio verè à quibuſdem ſcita, non ab alijs capiatur: ſicuti de divina unitate, ac providentia ſuperius habitum eſt, fidem in multis minus intellectu valentibus eſſe oportere. Qua de cauſa multa ſunt in ſacris reſerata literis ad naturalis rationis illuſtrationem ſpectãtia: quę planè dum Servatoris vicarius urgente cauſa ſalutis fidelium propriâ functione determinando explicat, naturalia ſimul iure ſuo definit. His ita compoſitis moleſtiſsima diſceptatio demum a plurimis agitata reſtat, de ſanctorum apotheoſi canonizatione vocata, qua fideles ſanctitate præſignes in hac vita, poſt eam in divorũ numerorum relati eorum catalogo aſcribuntur, uti tanquam in beatitudine apud deum repoſiti fidelibus à patria peregrinis venerationi ſint, qui eorum ſe patrocinio commendent, ac deum in divis gloria fulgentem efferant. Eiuſmodi aſcriptionem recentium divorum ſummus pontifex decernere ſuevit matura nimis deliberatione, diligentia, examine, ac exploratione exactiſsimis

c. 2. mont. pietatis.

Sn. li. 1. c. 13. li. 3. c. 5

S. Th. 2. 2. q. 2. a. 4.

Vi. ſu. li. 2. c. 7.

præmiſsis, omnibus indicijs expẽſis, plurimis gravium teſtium atteſtationibus ſumptis de divi cuiuſq; vita ſanctè iuxta catholicę religionis diſciplinam celſo in gradu acta, deque mirandis ſignis quæ deus per ipſum, aut eius reliquias, vel invocationem in teſtimoniũ egregiæ ſanctitatis, ac beatitudinis ipſius ſæpe, apertèque prompſit. Cùm igitur tot, ac tantæ comprobariones concurrant, contumelioſum, temerarium, irreligioſum eſſet, ac ſupplicij animadverſione dignum piam talis apotheoſis credulitatem elevare, ac veram inficiari: non tamen hæreticum à divis Thoma & Antonino, & eorũ ſectatoribus cenſetur. Quandoquidem oppoſitum ſentiunt pie credendum, non fidei catholicę propriè dogma eſſe; ut pote quod ad fidelium æternam ſalutem neceſſariò, prope que, minimè pertineat; ſed eccleſiaſtico tali iudicio nitatur quod ab incertis hominum teſtimonijs profectum infirmum ſit ad certam prorſus, indubitatamq; fidem faciendam. Addit autem Caietanus, quòd licet divis aſcriptus non eſſet ſanctus, quin immo damnatus, eccleſiæ doctrina ſeu prædicatio non foret mendax aut falſa: quia hæc non pertinentia ad fidem haud intelligũtur affirmari, ac prædicari, niſi cum grano ſalis, hoc eſt, ſtantibus communiter præſumptis. Supponitur enim apotheoſis ritè facta, ut indulgẽtia remittendi reatus cauſa legitima, rite data: Similiterque poteſt in indulgentię collatione, atque in apotheoſi alicuius ſancti humanus error intervenire, ut ſanctus Thomas inquit. Si quis autem putet Romanum pontificem errare nõ poſſe in his particularibus actionibus, ipſum quoque non eſſe hominem putet. Hactenus præſulis cardinalis ſentẽtia ſimul deſignans ad fidem catholicam ſpectantia generalia dogmata

Quod li. 9 3 p. ti 12. c. 8. par. 2. cai. de indulg. c. 8. Canus. li. 5 lo c. the. c 5 Torq. ſu. ec. q. 51. 73. li. 2. c. 110.

de indulg. ad. Iul. c. 8.

in quodlibet.

gmata nō hypotheſi modo fulta eſſe,ſed abſolutę primę veritatis ſolidiſsima certitudine. Confirmatur id ex eo, quod ſummi antiſtites in hiſce divorū conſcriptionibus
li 1.ſacr. cer.ſecti.6. c.2. divinę religionis in columitatem prætendentes temperamento utuntur,quod in generalium conciliorum deciſionibus abſolute definitis non adhibent.Longe tamē
in fi.concil. Trid.cōſtr. Lu.1.c.e. 22.c. Mat 8.b. Io.17.d e. Act.7.g. Heb.11.g 13.b. Apo.2.d. diverſę rationis eſt Virginis matris,apoſtolorumque apotheoſis, & aliorum,quos ita ſacræ literę prędicant,ut in felicium cum chriſto regnantium electorum numerum reponendos apertè aſcripſerint. Hos ſiquis beatos eſſe neget,aut indubium ſcienter vocet, hæreſi blaſphema publico divino teſtimonio adverſabitur. Talis quippe ordinis nō differēdā fœlicitatē deo præſente cōſpecto per Chriſtū quęſitā apoſtol' ſignificavit inquiēs, Scim', quoniā ſi terrena dom' noſtra hui' habitationis diſſolvatur, ædificationē ex deo habem' domum nō manufactā
2.Cor.5.a ęternā in cælis.Nā & in hoc ingemiſcimus habitationē noſtrā quæ de cœlo eſt,ſuper indui cupientes: ſi tamē veſtiti,nō nudi inveniamur.Et inferi'. Qui autē efficit nos in hoc ipſum,deus,qui dedit nobis pignus ſpiritus. Audentes igitur ſemper, & ſcientes, quoniā dum ſumus in corpore,peregrinamur à dño, per fidē enim ambulam' & nō per ſpeciē, audem' autē, & bonā volūtatē habem' magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dñm.
li,4. cont. gent.c.16 Hūc locū ea de re Thomas Aquinas cōſueta dexteritate verſans & executiēs ediſſerit: ex eoq; potiſsimū Benedi
Extravag. Benedi&ns deus. ctus tredecim' per mot' videtur, ut hæreticos definiret, qui negarent animas iuſtorū ſimul ac è corpore migraſſent,divinā eſſentiā clare videre:ſi nil tamē haberent,qđ pœnis purgatorijs prius expiandum foret.Porrò de mar
Lu.9.c. 17.g. tyribus inſignia ſunt Servatoris teſtimonia iuxta Lucā,

& anteriores evangeliſtas; Qui perdiderit animam ſuã propter me, ſalvam faciet illam: apud Ioannẽ verò: Qui odit animam ſuam in hoc mũdo, in vitam æternam cuſtodit eam. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur, & ubi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Hinc apoſtoli per Clementem promunt: Qui propter nomẽ domini dei condemnatur, is martyr ſanctus eſt: quales iubent apud fideles in omni honore fore: quemadmodum, inquiũt, & apud nos in honore habiti fuerunt beatus Iacobus epiſcopus, & ſanctus noſter condiaconus Stephanus: ij enim & à deo ſunt beatitudinem conſecuti, & ab hominibus honorem. Iccircoque alibi præcipiunt, ut ſicut in diebus apoſtolorum, in die Stephani protomartyris vacetur, & reliquorum ſanctorum martyrum, qui Chriſtum propriæ vitæ antepoſuerunt. Explicãt autem ſe de veris martyribus loqui pro defendẽdæ veræ pietatis patrocinio ſanguinem fundentibus, falſis reiectis. Quare qui deinceps ſynceri martyres, non falſi forent, eccleſiaſtico iudicio finiendum erat. Hos ſanè conſenſus eccleſiæ in divorum cœtum repoſitos accepit, ſicut ſæculis labentibus eos, qui ceſſante perſecutione; occaſione martyrij, non animo carentes vita ſanctiſsimè geſta deũ conſeſsi ſunt. Erga horum omnium ſacram venerationem Romani pontificis conſenſus permanens æque, atque erga recẽtiores divos ſolemnis aſcriptio valet. Miracula verò ad apotheoſim divorum facientia, cùm ad eã privatam cauſam attinentia peculiaribus locis edantur, latè à mirandis illis diſcriminantur ſignis, prodigijs, oſtentis, quibus per evangelij prædicatores palàm ubique terrarum editis Chriſtiana religio publicè confirmata eſt: ita ut ijs quaſi divinis teſtimonijs communi omnium notitiæ

Mat. 10. d, 16. d. Mar. 8. d. Ioa. 12 d.

li. 5. conſt. ap. c. 1. c. 8.

li. 8. conſt. ap. c. 10.

li. 5. conſt. ap. c. 9.

tiæ teſtatam generaliter univerſi ſuſcipere tenerentur. Denique ne ſilentio aſſumptam cauſam prævaricari videamur, pontificiæ aſſertionis certiſsimæ firmitati opponitur, quòd nixa ſit legitima ſucceſſoris Petri electione, quæ coniecturis probabilibus, non abſoluta certitudine in publicam totius eccleſiæ notitiam devenire poteſt. Sed cùm iam de eccleſiæ catholicæ autoritati acturi ſimus, unà deo dante hunc nodum expediemus.

## *13. Cap. Eccleſiæ catholicæ autoritas.*

Su.c 9. ECcleſiam de cuius nunc autoritate tractandum eſt, ſuperius indicavimus cœtum eſſe manifeſtum cultorum dei, qui pùblica profeſsione divinum cultũ prout à numine inſtitutum extet, profeſsi ſint. Quare cùm fides ſuperni cult⁹ fun-
Heb.11.b. damentum ſit, ut ſine qua ſecundum apoſtolum impoſſibile eſt placere deo, eadem divini cultus ac ſacræ fidei profeſsio eſt, eccleſia que ut cultorum dei congregatio, ita fideliũ, ſive re, ſive profeſsione fidei dici poteſt. Poſtquam autem palam pręſcriptus eſt à numine divini cultus etiã externi ritus, profeſsio in primis præſcripta eſt, iuxta quam dei cultum proteſtati ad fidelis cultus ex divino iuſſu eccleſiam pertineãt viſibilem & apertam; nõ ſecus, adverſus determinatum à deo publicè modum ijs
Exo.20. Lev.12.a. quibus religioſi cultus lex lata ſit. Poſita verò fuit vetus Moſaica lex Iſraeliticæ tantũ genti obligatæ, cuius profeſsio præſertim maſculorum circuncisione conſtabat.
Heb.9.b. Ideoq; dum ea ſtatum haberet, cæterę nationes, niſi qui ſe vellẽt illi legi addicere, liberæ ab eius obligatione fuerunt, deumque piè colere, ſicuti ante ipſam conſtitutam

valuere.

valuere. At poſtquam illa conſummata morte ſua Serva Ioa.19.f.
tor humani generis novam evãgelicæ religionis legem
tulit omnibus gentibus, omniq; humanæ creaturæ per Mat.28.d
univerſum mundum prædicãdam: ad eius manifeſtam Mar.16.a
eccleſiam, divini publicè conſtantis cultus convocatio-
nem, nemo pertinet, qui baptiſmate, ſacrorum ſymbo-
lorum ianua, initiatus, fidei que ſubinde ac religionis ſu
pernæ profeſsione, autoratus nõ ſit. Manifeſtorum por-
rò dei cultorum viſibilem eccleſiam iugiter ab orbis uſ-
que primordio fuiſſe, ut è ſacris literis patet, præfati ſu- Su.c.9.]
mus, quamquã ſub naturali lege, liberæ cœremoniæ fue
runt, ſub Moſaica in figuram Chriſti vẽturi præſcriptæ,
ſub Chriſtiana verò ad fidelium ſanctificationem, cuius
inſtrumenta ſunt, à deo inſtitutæ. Præter cœremoniarũ
autem diſtinctionem in divini cultus publico cœtu nun
quam defuere myſtici eccleſiæ corporis membra, quæ
interiorẽ in ſpiritu & veritate cultũ ſervarẽt, qui numini Ioa.4.d.
potiſsimũ cordi eſt. Quod è dei teſtimonio liquet ita ꝑ
Oſeã vatẽ ſpõſam eccleſiã alloquẽtis: Spõſabo te mihi in Oſee.2.d.
ſempiternũ, & ſpõſabo te mihi in iuſtitia, & iudicio, &
in miſericordia, & in miſerationibus, & ſpõſabo te mihi
in fide. Vbi tẽpus omne cõplex⁹ ad cõſummationẽ uſq; Mat.28.f Isa.59.d.
ſęculi extẽdit, ſicut & per Iſaiã eandẽ allocutus: Spiritus
meus qui eſt in te, & verba mea quę poſui in ore tuo, nõ
recedẽt de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſemi-
nis ſeminis tui, dicit Dñs, à modò, & uſq; in ſempiternũ:
quo & ſempiterni fœlicis cult⁹ cõſummatio deſignatur.
Hęc prima ratio eſt, cur eccleſia catholica, id eſt univer-
ſalis, ꝓ tẽpore omni dicta ſit. quę loco etiã, natione, perfe
ctione, doctrina, obligatione ſic nũcupata intelligitur.
In cũcta namque orbis loca tenditur, dicẽte dño per Ma Mala.1d
lachiam:

lachiam: A ſolis ortu uſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus. In omni gente, populo, ſe-
Pſ.2. xu, conditione patet: ut Pater unigenito inquit: Poſtula à me, & dabo tibi gentes hęreditatem tuam. Adepta eſt etiam quovis ęvo iuxta numinis aſsiſtentis providentiam quicquid exigeretur ad obtinendam ſpiritualem ſalutem, qua tandem ad fœlicitatem perveniretur: ſub nova tamen gratię lege pleniſsimam plurimarũ ac prę- ſtantiſsimarum opitulationum dei, perfectionem aſſecuta fuit. Superna eius diſciplina nõ privata, ſed generalis uſquequaque diffuſa eſt. Obligatio denique aperti divini cultus univerſos tãgit, ſed eius modus exterius prę- ſcriptus in lege veteri ſolùm Iſraelitas, in lege verò chriſtiana cunctos mortales aſtringit, niſi qui forte per ignorantiam invincibilem excuſentur. Atque ex hac parte Chriſtiana eccleſia catholicę nomenclaturam propriè ſibi magis vindicat: tum etiam quia ſuperna eius doctrina uſque ab incunabulis univerſos prope mortales celerrimè pervagata eſt, ita ut non paucorum, verùm vix numerabilis multitudinis ea collectę copioſa conſtantique atteſtatione agnita, & conteſtata ſit. Vt namque ſe-
Ro, 10. c. cundum apoſtolum corde creditur ad iuſtitiam, ita ore confeſsio fit ad ſalutem: proinde que cum veritate fidei cultus interni perpetim in eccleſia, pręcipuè in Chriſtiana latiſsimè ſanctę fidei ſyncera confeſsio & proteſtatio patens enituit exterũ divinũ cultũ apprime perficiẽs, itidẽ ad finẽ uſq; cõſummationis nunquã defutura. Hinc
1. Tim. 3. d Paul' eccleſiã dei vivi domũ dei columnã & firmamẽtũ veritatis aſſeruit: ũde ſacrę fidei teſtimoniũ ab ea quovis tẽpore latũ divini certiſsimi teſtimonij ſublimẽ ſoliditatem attingit numine per illi' conteſtationẽ ſupernę firmiſsimę

miſsimę veritatis teſtificationē erroris immunem ferē-
te. Quod igitur eccleſia cōmuni cōſenſione tanquā ſan
ctæ fidei dogma neceſſariò credēdū aſſeruerit, tale planè
divino per eam teſtimonio prolato conſtat: ſive ea præ-
ſentis ævi eccleſia ſit, ſive ſuccedentis, ſive præteriti, atq;
adeo quę apoſtolorum ætate vixerit, quas omnes à prin
cipio ad finem ſæculi fluens ac perſeverās complectitur.
Eiuſmodi namque conſenſus aſſertione, ne circa ſuper-
nam fidem errorem admittat, eodem iugiter privilegio
fulcitur, par que ideo divinæ ſupremæ autoritatis teſti-
monium ſubiens nacta perenniter eſt. Non tamen eodē
modo, nec per eoſdem ſemper id ipſum aſſequitur. Si
quidem ævo Chriſti & apoſtolorum apoſtolica prima-
ria novæ naſcentis eccleſiæ membra divinorū fidei my-
ſteriorum revelatam manifeſtationem protinus à domi
no excepere, primitias que almi ſpiritus, quibus ſuperna Rom. 8. d.
omni veritate reſerata ſupernaturali hominum ſaluti, ac Ioa. 16. b.
fœlicitati conſequendæ neceſſaria & opportuna non mo
dò ſublimis fidei dogmata ſanctasq; canonicas ſcriptu-
ras internoſcerent, diſcernerent, intelligerent, explica- Vi. ſu. c. 8.
rent: ſed & novas numinis ad eundem ſcopum ſpectan-
tes revelationes promererent, ac fidelibus uti generales tra-
derent, quaſque deo viſum foret, literis condentes ſacrā
ſcripturam mandarent. Adeoque plenam ab illis iuxta Ioa. 14. d. 16. b.
dominicum promiſſum divinam fidelium inſtitutionē Lu. 24. g.
habitam noſci oportet: ut nullas alias publicæ ſupernæ
doctrinæ promovēdę admitti cōveniat, pręter eas quas
apoſtoli ſancti Spiritus illuſtratione afflati in arcanis bi 2. Tim. 2. a.
blijs agnoverunt, vel etiam repoſuerunt, aut ore tenus
fidis commiſere teſtibus ſuccedanea traditione in poſte-
ritatem derivandas. Hoc depoſitum fideliter cuſtodien 1. Tim. 6. d.
dum

dum apoſtol' admonet, omni prophana novatione devitata. Quemadmodum ergo pontificiæ deciſionis, uti
Su. c. 12. ſuperius indicatum fuit, ita eccleſiaſticæ conſenſionis aſſertione ex divini ſpiritus eccleſiam supernè dirigentis ductu, inſtigatione, impulſu id fit, non ut recentes revelationes promantur, ſed ab apoſtolis ſacriſque ſcriptoribus ſuſceptę puræ illibatæ que ſerventur, à diverſis diſcernantur, quid ſenſu contineant, prout fidei neceſſitas poſcat, explicetur, contraria, & adverſantia retegantur, & pijs fugienda declarentur. Vt autem id certo firmiter que præſtetur omninò, principis utique conditoris illuſtratione ſive inſtinctu, autoritateque opus eſt: verùm aliter per apoſtolos, ſacros que ſcriptores, aliter per eccleſiæ preterea conſenſum uti per pontificiam aſſertoriam deciſionem ſuperna veritas patefit. Illis divina revelatio è veſtigio affulſit; ſuccedentibus non alia diverſa manifeſtatur, ſed circa eādem, eiuſque germanam intelligentiam, quo ad extendatur, quid comprehēdat, neceſſaria diſtinctio, determinatio, diſcretio, declaratio
Ioa. 14. b. per eundem veritatis ſpiritum communicatur. Iccirco ut pontificiæ deciſionis fidei, ſic eccleſiaſticæ conſentientis declarationis autoritas non ſeiunctim à divinis libris revelationeq; apoſtolica computatur: quin potius cum ipſis tanquam connexa, cognata, genuina coniungitur: uti certa explicatio divini teſtimonij in ipſo continetur. Itaque quas aſſertiones divinę generalis revelationis dogmata efficacia ſua cōplectebantur, quas tamen diſcernere non cuivis in promptu fuerit: eccleſiaſticæ conſenſionis aſſertoriæ, itidem atque pontificiæ definitionis determinatio de fidei neceſſitate quid credi debeat, aperiens ita illis explicat eſſe comprehenſas, ut pariter cum

ipſis ferantur; quas proinde iam deinceps expreſſè unà cum ijs proprio ipſorum divino teſtimonio extenſo, expoſitoque cuncti fideles quibus id innotuerit, credere teneantur. Prius verò talis notitiæ; atque expreſsioris explicatę determinationis defectus inſcitiæ mortalis habetudinis excuſationem erroris pretexens largitur: ut ab hæreſis culpa, infidelitatisve liberetur, qui oppoſitũ falſò ſentiat; non tamen excuſetur, qui poſtmodum ſcienter pervicacia iam pleni conſenſus admittat. Conſenſionis porrò eccleſiæ, quidpiam neceſſariò credendum expreſsè determinantis ſimiliter occaſio perfidorum malitia; cauſa depoſiti ſacrę diſciplinę cuſtodia eſſe quit, tũ etiam numinis divinum placitum proprio iure volẽtis, uti ſui myſteria explicatius ita credantur ſive in ſingulis dogmatibus, ſive libris divinis, eorum que partibus, & intelligentia pertinente ad ſupernę fidei neceſsitatem, ſubinde que in traductionibus verũ ſenſum exprimentibus. Vt verò calumnia omnis faceſſat, eccleſię conſenſus ut ſpiritui veritatis agenti obſequatur, explicatiores determinationes decernit principiò revelatorum, nõ quò propriam mutuo autoritatem aſſerat, qum divinis teſtimonijs atteſtata fuerit. Quandoquidẽ ſuperna teſtimonia, quibus hæc divina eccleſiæ autoritas apud vates & apoſtolos cõſtat, nec dubia, nec obſcura per ſe ſunt habita: ſed ab initio uſque certa perenniter agnita. Quanquã autem aſſertoriæ determinationis eccleſiæ, ac pontificię deciſionis autoritas par pondus nacta cum divini teſtimonij autoritate cohærens cõputatur, in modo diſcreta tantùm à dogmatum determinatorum revelatione per divinam autoritatẽ manifeſtata: utraque inter ſe tamen diſcrimẽ quoque facilè patẽs habet. Põtificia enim defi-

Oſce. 2. d. Iſa. 59. d. 1. Tim. 3. d Ioa. 14. b d. 16. b Lu 24. g. Mat. 6.

nitio

nitio iudicalis ſententia eſt: at conſenſionis eccleſiæ determinatio, ſenſus certus & agnitio eſt eorũ, quæ determinatè credi debeant. Licet enim eccleſiaſticus conſentiens cœtus rectè ſententiam iudicium ve ferre ac iudicare vocibꝰ nõ ſtrictim ſumptus ita dicatur: propriè tamen haud eius totiꝰ eſt iudicialẽ functionẽ exercere inſtar iudicis divino iure à dño inſtituti cũ iuridica legiſlatrice ve poteſtate: niſi forte ꝑ ſuũ caput vicariũ Chriſti iudicẽ ab eo univerſalẽ conſtitutũ; cui deus facultatẽ eiuſmodi, nõ

li.au*.pp. . cõcil.c. 12. 1.p.apolo. c.5.&.6.

eccleſię ſubditę cõceſsit, ut rectè Thomas Caietanꝰ affirmat. Atqui ad fidei dogmata decernẽda nõ neceſſe eſt è rei natura iuriſdictionis actũ in ꝓlatore invenire, niſi ubi à deo peculiariter præſcribatur, ut circa põtificię aſſertionis fidei definitionẽ contingit. Multi namque ſacræ doctrinæ, ſive ſcripturæ cõditores nulla ditione alijs pręlati cõperiuntur. Iudicium igitur conſenſus, nõ iudiciale fidei etiã ſummo põtifice mortuo eccleſię interĩ vicario

Io.14.b. 1.Tim.3.d Canus.li.4 lo.the.c fi. ad.12. Cai li aut. pp.cõ.c.9. Cã.li.4.lo c.4.cõcl.4 &li.2,c.7.

pręſide carẽti manet, ut cui veritatis ſpiritus ceu firmamẽto immanet. Vnde reor à nõnullis deſignatũ eſſe fidei iudicia eccleſię ſine capite in terra nõ adeo certa eſſe, iudicialia ſanè intelligẽtibus ei ꝓpriè nõ cõgruentia; qui propriã coſenſionis eius autoritatem ſupremam cãdidè aliôqui agnoſcunt, & ſtrenuè defendunt. Ij autem inde videntur moti, ꝙ ſi controverſia cuiuſpiã dogmatis ad fidẽ pertinẽtis oboriatur, quod necdum determinatum definitione pontificia, nec eccleſiæ conſenſione ſit: non ita promptum, atque expeditum eſt hanc haud ita facile colligendam, atque illam ab uno ſummo iudice palã ꝓnunciaturo certò accipere. Sed ponamꝰ iã exemplũ aliquod perſpicuum dogmatis fidei, quod non modò eccleſiæ catholicæ conſenſio atteſtata, uti olim definitũ ac

determinatum comprobet; quemadmodum inter ſe ſe teſtimonia divinæ autoritatis atteſtantur: verum etiam denuò determinans, explicans, declarans ſicuti præmiſimus, decernat: quò & hoc ipſum quo pacto, & per quos eccleſiaſticus cœtus pręſtet, pernoſci queat. Omiſſa peccati originalis quæſtione, ſi ſermo fiat de delicto le tifero veniabilive, quod actu committitur: pij omnes fideles, ut converſationis experiméto cunctis noſſe datur, conſtantiſsima conſenſione certò credunt in virgine dei genitrice nullum prorſus unquam fuiſſe. Nil autem vetat conſenſum talē memoria noſtra extitiſſe antiquiorē: ſed licet nō fuiſſet, ſive non conſtaret: ſat eſt ad id quod volumus, ætate noſtra per eccleſiam catholicam, ita diffuſum eſſe, etiam antequā Tridentina ſynodus id ipſum relatum aſſeruiſſet. Ab univerſis namque fidelibus qui modò eius rei aliquem ſenſum ſortiantur, actus omnis peccati immunem virginem matrem omnino fuiſſe ita creditum eſt, ut adverſantes impij, ſanctæq; fidei hoſtes vel ante cōcilium ducti ſint. Vnde iuxta notas pręſignatas id tanquam dogma ſupernæ fidei neceſſariò credendum determinatum eccleſiaſtica eiuſmodi conſenſione debet agnoſci. Ea quippe id quod ab angelo beato Gabriele Luca evangeliſta referente ſupremæ virgini dictū decantatur; nempe quòd ipſa gratia plena ſive prædita, gratave aut gratioſa reddita gratiam apud deum inveniſſet: ſic accipit, ac ſua determinatione intelligendum declarat, ac explicat, ut efficacia ſua ipſum dogma comprehendat, & eo uſque expoſitum extendatur. Quòd nimirum ſentiat, quiſquis ſponte vel venialem culpam incurrat, ex ea parte quamvis ſuſceptam gratiam non amittat, minus deo placere, minuſque apud eum inveni-

Seſſ.6, can. 23.

Su. c. 12. poſt. pr.

Lu. 1. c.

re gratiæ, quàm ſi omnem penitus numinis offenſioně vitaſſet: idque in eam nequaquam competere, quæ abſo lutè apud deum gratiā inveniſſe divino teſtimonio prę-dicatur. Non defuerunt autē præcedenti ævo præſignes
S.Th.3.p q 27.2.4. doctrina & ſanctitate viri qui expreſsiorem eius dogma tis veram ſentētiam habuerint, ac tradiderint· per quos
Ephe. 4.b. deo diſponente ſecundum apoſtolum iugi ſucceſsione poſteri moniti ad conſummationem devenirent. Quā-
A. quam nec eos oportet veluti fidei dogma determinatū aſſeveraſſe, prætertim ſi tunc graves aliquot ſubſiſterēt, dubitarent, inſiciarentur: nec ſi fuiſſent in ea opinione ſententiave ut ſanctæ fidei dogma eſſe cenſerēt, opus eſt continuò à ſuccedentibus id tale teneri; niſi attuliſſent divini teſtimonij apertam comprobationem, velut pon tificiæ definitionis, aut conſenſionis eccleſiaſticæ deter-
Vi. ſu.li.5. c.13 &. 6. minationem; cuius ſic ſe habentis notitiam evidentem indubiamque ſuggererent. Sed ſatis eſt ut fidei determi natio ſit, eccleſiæ in idipſum catholicæ conſenſum con-ſpirare, quum primum concorditer convenerit. Nec verò ut id conſtet, neceſſarium eſt ſingulos conſuli: quādo ex plurimis quos adire, quorum ſenſum noſſe in proclivi eſt, cæteros ſimiliter diſpoſitos itidem ſe gerere abundè ſufficiens argumentum ſit. In univerſis autem qui reli-gionis profeſsione uti baptiſmate in eccleſiam manife-ſtam aſcripti ſunt, facilè eſt eos apertè diſcernere qui ca-tholicam omnium fidei dogmatum confeſsionem præ ſe palam ferūt: inter quos quamvis dum in via boni ma-lis miſti ſunt, aliqui ficti fideles, animis infideles ſint: plurimi ſunt tamen verè fideles, qui quam profitentur fidei veritatem foris, intus mente ſyncera tenēt iuxta do
Su. eod. c. minica pollicita præmiſſa, qui & non dubijs indicijs ſuā

ſynce-

ſynceritatem promunt: cùm & ſimulati nequeāt ſimul ti ſint, ac ne pauci quidem diu cautis abſcondi, quin veſtigijs deprehendantur, quę nolentes relinquunt erumpentis malitiæ ſignis ſui documenta dantes. Sic eccleſiæ catholicæ viſibilis conſenſus germanus propoſito neceſſarius non difficulter publicè certòque pateſcit. Quod ut amplius cognoſcatur, licet quò res clarior evaderet, exemplum maximè ſenſui communi expoſitum attulerimus: huiuſmodi determinationes cuiusvis dogmatis ad fidem ſpectantis, frequentius circa res abſtruſiores eveniunt, de quibus non imperitus quivis, tametſi fidelis, ac probus, expreſſè pronuntiare valeat. Atqui universi fideles explicitè fidei articulos nuncupatos, nēpe præcipua fidei axiomata credere tenentur. Erga cætera dogmata ſecundaria ordinem ad primaria habentia ſat eſt inferiores ſive ſimpliciores in univerſum paratam mentem exercere, ut offerant ea explicitè ſe credituros, quæ in ſuperna catholicæ fidei doctrinæ contineri conſtiterit. Maiores verò ad quos pertinet reliquos inſtituere: ampliorem utrorumque, ſuperæque ad ea ſpectātis diſciplinæ cognitionem habere debent pro cuius que munere, officio, facultate: ad quorum perſpectum lumen minores eorum directioni concrediti in obſcurioribus recurrant, ut ſuperius traditum eſt. Tales autem idoneos inſtitutores à domino conceſſos eccleſiæ iugiter ad conſummationem uſq; fine beato perficiendam apoſtolus aſſerit inquiens: Et ipſe dedit quoſdā quidem apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios verò evāgeliſtas, alios autem paſtores & doctores ad cōſummationem ſanctorū, ad opus miniſterij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatē fidei,

Vi. ſu. c. in ante ſi.

li. 1. c. 14.
li. 3. c. 6.

Ephe. 4. b.

&

& agnitionis filij dei, in virum perfectum, in menſuram ętatis plenitudinis Chriſti: ut iam nō ſimus parvuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumvētionem erroris.
s.Th.2 2.q 2. a.6. ad.3. In huiuſmodi præceptorum ſyncera fide fides inferiorum implicita continetur ſynceriter credentiū iuxta eorum regulam, prout ipſi doctrinæ divinæ adhæreāt. Ita ubi quicquam paulo difficilius ad fidei negotium pertinēs in diſceptationem venit, qui ſunt in vulgo fidelium pij, modeſti, cordati, nil aſſeveratè contendunt: ſed ſe id tenere, id crediturοs profitentur, quod credi debere catholica eccleſia ſentiat, qđ ve theologi ſacri; eccleſiaſtici magiſtri orthodoxum eſſe aperuerint. Quoniā horum, atque totius eccleſiæ conſenſum eundem eſſe rectè accipiant. At pręfectorum, ac magiſtrorum, qui inter fideles nō ita magno numero ſunt, cōſenſus facilius de uno quovis vel cōtroverſo fidei dogmate qualiter credendū ſit, iuxta indicia prius mōſtrata colligi legitimè poteſt, in quo erudiendorum, atque ita univerſorum conſenſus cōprehenditur. Ad hunc modum Egeſipp⁹, cuius inqui-
li.4. hiſt. eccl. c. 22. ſitionem fidei diligentiſsimā Cæſarienſis Euſebius celebrat, qùm Romā tenderet, epiſcopis in ſermone per loca ſingula cōgreſſus, eandemq; fidei diſciplinā ab eius doctoribus conſentienter prædicari cōperiens, eorum conſenſum eccleſiæ univerſæ conſenſionem agnovit, ac ve-
li.3. c.3. li. 4. c.43.63 neratus eſt. Nec diſsimiliter Irenæus præpoſitorū ſentē-
Cōt. Iuliā. li.1. c.2. tiā tanquā eccleſię autoritatē aduerſarijs prętēdit; quem Auguſtin⁹, alijq; religionis duces numeroſi eo in ſtudio imitātur. Cęterū ubi iā eccleſiæ cōſenſus de quovis fidei dogmate firmiter credēdo decernens habetur: ſuccedētis eccleſię conſenſio ſimilis eadem de re atteſtationem

non

non diſsimilis efficaciæ apponit: ſicut utique divina teſtimonia idem conteſtantia, ſibi que mutuò cõteſtationem afferentia. Inſuper verò cùm unius dei una ſit fides, Ephe. 4. a neceſſe eſt ut priora ſupernæ fidei divina teſtimonia talibus poſterioribus teſtimonijs perpetim conſentientibus comprobentur de una re nec hilum in diverſam ſententiam declinantibus. Eiuſmodi teſtimoniorum multiplex confirmatio tametſi par pondus, atque unius divinæ autoritatis, veritatisque ſupremæ inerrantis nacta eſt: humanæ tamen imbecillitatis conſciæ incertarum Sap. c. 9. providentiarum cogitationes timidas amplius ſedat, ut que vacillent minus, multiplicato munimento corroborat. Ad hæc omnium omnis ævi magiſtrorum in ſanctę religionis diſciplina inſignium cõſenſus, univerſę quoque a ſacrę inſtitutionis conditoribus uſque ſuccedentis conſenſio evadit, ut eſt etiam ſuperius indicatum: & huiuſmodi ſumma eccleſiaſtica teſtimonia cuncta in ſe cõplectitur. Vlterius verò ſumamus claritatis afferẽdę gratia, eorum qui catholica religionis eruditione, vita non abſimili pollentes enituerint, non unum aut alterum, paucosve de quibus nuper locuti fueramus: ſed vel per Su. c. eo. A ſingulas annorum centurias inclytos ac florentes, quos de uno quovis ad fidem ſpectante dogmate concordem habuiſſe ſententiam exploratis ſcriptis conſtet. Talem conſenſionem ſummi eccleſię teſtimonij autoritatẽ ſortiri ex eo liquet, quod fieri nequeat ut in unum conſenſum diſsiti conſpirarent, niſi vel à principio à ſacrę doctrinę conditoribus per primum autorem inſtitutis, velut apoſtolis, vel eccleſię inde ortę antiquo conſenſu id tanquam dogma fidei aſſertum manaſſet: vel certè recẽtiore, qui notæ huiuſmodi patrum procerũ conſenſioni

iuxta

iuxta dicta perpetim aſſentitur, ea ita comprobatur, ac ſupremam autoritatem contingit. Non enim deus modò præceptores eccleſiæ temporis cuiuſq; præſentes dedit, ſed & præcedentes probatos à fundamentis primis uſque ac apoſtolicis fontibus perenniter ſuccedentibus obſervandos ad ſuperæ lucis conſummationem habendam aſsiſtentis paracleti cura ſuffecit, ut eorum communitati conſtanti, perſeverantique ſentétiæ tutò rectèque fides habeatur. Pulchrè de his Lirinenſis Vincentius ut omnia in brevi ſed aureo libello ad hunc modum dixit. In ipſa catholica eccleſia ad quam non una natio, non unus angulus, ſed maris multitudo convertitur; id teneamus quod ubique, quod ſemper, quod ab omnibus creditum eſt. Hoc eſt enim verè propriè que catholicũ, quod ipſa vis nominis ratioque declarat, quç omnia hęc verè univerſaliter comprehendit. Quæ cùm ita ſint ille eſt verus germanus que catholicus qui quicquid univerſaliter antiquitus eccleſiam catholicam tenuiſſe cognoverit, id ſolùm ſibi tenendum credendumque decęrnit. Quicquid verò ab aliquo deinceps uno, præter omnes vel contra omnes novum & inauditum ſubinduci ſenſerit: id non ad religionem, ſed ad tentationem potius intelligat pertinere. Et locutus adverſus eorum fraudolentiam qui cum ſub alieno nomine hæreſim concinnare machinentur, captant plerumque veteris cuiuſpiam viri ſcripta paulo involutius edita, quæ pro ipſa ſui obſcuritate dogmati ſuo congruant; ut illud quod profeſerunt, nec primi nec ſoli ſentire videantur: eorum nequitiam odio dignam iudicans, quòd ſancti cuiusque viri memoriam, tanquam ſepultos iam cineres prophana manu ventilant, operienda ſilentio, nec probanda,

Margin notes: Ephe. 4. b. — Ioa. 14. b. — li. cót. prophá. novit.

ſed nec prodenda, temerantes, ac redivivæ opinationis diffamatione in vulgus efferentes: rurſus inquit. Quid ſi in ipſa vetuſtate duorum, aut trium error deprehendatur? Curabimus omnino, ut paucorum inſcitiæ univerſalis concilij decreta præponantur. Quæ ſi deſint, collatas inter ſe maiorum ſententias lector conſulat eorum qui diverſis licet temporibus & locis, in unius tamen ecclesiæ catholicæ communione ac fide permanentes magiſtri probabiles extiterunt. Et quicquid non unus, aut duo tantùm, ſed omnes pariter uno eodem que conſenſu, apertè, frequenter, perſeverãter tenuiſſe, ſcripſiſſe, docuiſſe cognoverit: id ſibi quoque intelligat abſque ulla dubitatione credendum. Facere non potui, quin appoſitiſsima propoſito egregia dicta viri prudentiſsimi, nec min' integri ac diſſerti ad communem admonitionẽ & utilitatem latè inſererem. Demum communis huius ecclesiæ decernentis determinati conſenſus exprimẽdi noſcendi què modum facilimum, maximè conſpicuum, quique uſui potiſsimè ſit, ediſſerere operepretium eſt. Vbi religionis ac fidei ſublimis controverſię oboriũtur, veluti qum diſceptatũ eſt an Spiritus ſanctus à filio ęque ac patre procedat, & utrum almi ſpiritus unum principium Pater & unigenitus ſint: opus eſt uti talia quę necdum in eccleſia expreſsè definita cõſtent, quamvis unus aut alter claſsicorum doctorum veram ſententiã oſtenderit, ſicuti Gregorius Nazianzenus theologus appellatus, quòd Spirit' ſanctus ex eo quod eſt filius, extet, ante publicam pontificiam definitionem; eccleſiaſtica dein declaratione determinentur. Ac de re tam ardua difficili que, non cuivis obvia & expoſita eccleſiæ univerſæ conſenſum, cõmunemq; ſententiã ſcrutari, elicereve nimis

li. de fide S. Th. 1. p. q 36. a. 3 ad. 2.

mis operoſum, ſerum, ac diſpēdio plenum quod vix ple
rumq; ad exitū perducatur, per ſe fuerit. Adeſt nobis ta
men ad ipſum citius, certò manifeſtèq; deprehendendū
ducens compendiaria via deciſionis eius qui ſummi pō
tificatus functionem gerat. Eius quippe qui legitime Pe
tri ſucceſſor electus Chriſti vicarius ſubrogatus ſit, iudi-
cialis talium definitio divini teſtimonij, ſupremęque aſ-
Su. li. 10. c 12. ſertoriæ autoritatis vim ſubiēs aſſumit, uti ſuperius per-
tractatum eſt, quam ob id fideles omnes ſimul atque in-
noteſcat, credere ſub fidei diſcrimen teneantur: velut il-
li. 6. de ſū. trini. & fid cathol. lam Gregorij undecimi latam in Lugdunenſi concilio,
quòd Spiritus ſanctus ex patre filioque, tāquam ex uno
principio unica ſpiratione procedat. Cùmque verè fide-
lium multitudinem eccleſiæ cœtui nunquam de futu-
Su. c. eod. ram confirmatum ſit: eorum utique, ac proinde eccle-
ſiæ univerſæ catholicæ conſenſus pontificiæ huiuſmo-
di determinationi accedens, divinæ inſuper autoritatis
ita rurſus atteſtantis pondus ſecum etiam afferens ad-
iungit, media via pontificiæ deciſionis facile conſtan-
terque habitus. Verùm enim verò ſcrupulum amoliri
nos oportet, qui nonnullorum pectus pulſat, ſolicitum
quæ habet, ambigentium de horum omnium firmita-
te, quod nitantur legitima ſummi pontificis electio-
ne; quæ quamvis ſæpius talis ſit, non eſt tamen cur
aliquando aſtutia errore ve quopiam legitima huius
vel illius actu ducatur, quæ re vera non ſit; prout hu-
mana ſe habent, quibus & maius ſchiſmatis vitium
non infrequens evenit. Certe quæ ita legitima ſit, non
cunctis evidentia, nec ſacræ fidei certitudine conſtat,
quæ tantùm aſſerit eum qui rite delectus ſit, Chri-
ſti vicarium in terris ſupremam poteſtatem ſuper ec-

cleſiaſticam hierarchiam a domino conſequi. Quòd ſi dicatur ſatis eſſe ut quiſpiam ab electionis principio electus legitimè palam exiſtimetur extra dubitationē cuiuſquam, ſuſpitionemque adverſam quæ vel in ſcirpis nodos rimatur: quo ei tanquam domini vicario præſuli ac iudici eccleſię fideles univerſi debeant obſequi, ac obtemperantes rectè ſe gerant: ita ex adverſo reſponderi queat. Rectè facere illum qui quo ad noſſe gnauiter teneatur ac valeat, quod iudicet debitum ac iuſtum, exequatur, ſicut in moralibus traditur; ac proinde qui ſummo pontifici ſic agnito legitimo pareat, pravè ſanè acturus ſi ſecus ſe gerens à recta ita ratione deflectat. Id tamē ferre ſecum nonnunquam invincibilem ignorantiam quæ re aliter atque putetur, ſe habente nec imputetur, ut nec voluntaria, nec in poteſtate liberi agentis ſit. At verò in ſuperæ fidei definitionibus ſolidiſsimam veritatem ſemper ſubeſſe oportere, nec ullo modo caſu ve falſum latere poſſe. Sed quamvis ea ex ęquo & bono concedantur, nihil inde quod obſit, conflatur: quin potius qđ nimium conducat, conficitur. Nam cùm deus totius eccleſiæ regimen ſub uno vice ſui modoratore, confirmatore que inſtituerit, cui obedire fideles univerſi obligati forent, ad quos non ſpectaret de ſummo paſtore qui canonicè ſuffectus ſine controverſia duceretur, examē denuo facere, immo in cunctis ad religionem pertinentibus dicto audientes eſſe, licet eventu quopiam is nō ritè electus fuiſſet: nullam erroris anſam eccleſiæ præbuiſſe omnino credendus eſt, eo quòd etiam ordinarit eam in rebus ſacram fidem reſpicientibus confirmandam fore ab eo qui uti Petri ſucceſſor apoſtolicæ ſedi præſideret. Rurſus cùm ipſa ita confirmanti iuſtè credat, uti aſſertorijs

li. cogn. & ign. moral. c. 9. 2. 10.

Lu. 21. c. Lu. 22. d. Mat. 26. c

torijs

torijs eiuſmodi finitionibus credere ſemper ſolita eſt; ſit
1.Tim 3.d autem iuxta Paulum columna & firmamentum veri-
tatis: fieri nequit, ut erret, ac falſitatem pro ſuperna fi-
Mat.28.f. dei veritate ſuſcipiat ob aſsiſtentis numinis privilegium
Ro.11.d. cuius dona ſine pœnitentia ſunt. In admiſsis itaque ab
eccleſiæ catholicæ conſenſu determinationibus fidei ve
ritas ſublimis prorſus ineſt, etiam ſi ab eo latæ forēt qui
ſummus antiſtites habitus legitimus, nō rite tamē crea-
tus eſſet, nequid hæſitationis reſtet. Immo verò hiſce il-
lius publicis declarationibus, ut veræ prorſus forēt, deus
adeſſet, ne aſſenſuræ conſenſioni eccleſiæ firmamentum
veritatis aſſertum autoritate ipſius deforet: quemadmo
li.aut.pp. dum & à Thoma vio Cardinali aſſeveratur: Papam in
&.côc.c.9. li.primat. iudicio definitivo fidei ob Spiritum ſanctum aſsiſtētem
Ro.eccle. c.7.13. errare nequire; eo quòd impoſsibile ſit in fide univerſa-
lem eccleſiam errare: quandoquidem error illius in dif-
finitiva fidei ſententia totius eccleſiæ error eſſet, quia ad
ipſum ſpectat determinare denique de fide quid tenen-
S.Th.côt. dum & quid repellendum ſit, ut ab omnibus inconcuſ-
error.Græ. c.67. ſa fide teneatur. Eſt itaque fidelibus pontificia definitio
in univerſum plana & expedita via, qua eccleſiaſtici cō-
ſenſus accedentis determinatio promatur & manifeſtè
conſtet, ſive primò decernat, ſive pontificiæ iudiciali aſ-
ſertioni atteſtetur. Non igitur altera eſt autoritas ſuper-
abundans, quin utraque alterius ſubſidio fulcitur; utq;
pontificia deciſio totius eccleſiæ conſenſione indubia e-
mergit, ſic eccleſiaſtici conſenſus determinatio pontifi-
ciæ definitionis declaratione publica facilius, perſpicuè
conſtanter palàm patet. Id non obſcurè innuere apparet
epiſt.3. utramque complexus Cyprianus martyr, dum Petri ca
thedram, atque eccleſiam principalem, unde unitas ſa-

cerdotalis

cerdotalis] exorta ſit, effert, inquiens. Neque aliunde hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quàm inde quòd ſacerdoti dei non obtemperatur: Nec unus in eccleſia ad tempus ſacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur, cui ſi ſecundum magiſteria divina obtemperaret fraternitas univerſa, nemo adverſus ſacerdotum collegium quicquam novaret. Stabilita eſt ergo, & cum autoritate divina, invicemque copulata duplex autoritas aſſertoriæ pōtificiæ deciſionis de fidei dogmatibus, & conſenſus univerſæ eccleſiæ itidem declarantis, decernentis, determinantis. Totque de ijs dicta ſufficiant, uti tandem ad autoritatem divinam, quæ aliter traditione velut apoſtolica conſtet, tractandam tranſeamus.

## *14. Cap. Apoſtolicarum traditionum autoritas: ac divinarum autoritatum collatio.*

SIcut multo ante monuimus, quæ autoritate divina ſancita certò noſcantur, quocunque id modo contingat: etiam ſi non ſacris perſcripta biblijs habeantur; non minus pijs eſſe obſervationi debent, ut iuſſa expleant, ac ſupernæ fidei myſteria firmiter credant. Huius generis nobis multa per apoſtolicam traditionem ſuccedentibus quaſi per manus tradita relicta ſunt, quæ ſancta catholica eccleſia retinet, & conteſtata iugiter veneratur. Id primum ſacroſanctæ literæ multis locis aperiunt. Ioannes apoſtolus & evangeliſta inquit: Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc: &; Sunt autem & alia

Eu. 9. 14. Su... 1.

Ioa. 20 g.

Ioa. 21. d.

& alia multa quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcribantur per ſingu
la, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos qui ſcri
2.Io.ad 2.a bendi ſunt libros: & alibi; Plura habens vobis ſcribere,
noluii per chartam & atramentum: ſpero enim me fu-
Io.3.d.ſi. turum apud vos, & os ad os loqui: & rurſus, Multa ha-
bui tibi ſcribere: ſed nolui per atramentum & calamum
ſcribere tibi: Spero autem protinus te videre: & os ad os
Act.9.c. loquemur. Paulus verò apoſtolus vas electionis: Laudo,
1.Cor.11.a ait, vos fratres, quòd per omnia mei memores eſtis; & ſi-
e.g ſi. cut tradidi vobis, præcepta mea tanetis: & , Ego accepi à
domino, quod & tradidi vobis: & , Cętera qùm venero,
1.Cor.15.a diſponam: & , Tradidi enim vobis in primis quod & ac-
2.Theſ.2.d. cepi: & alibi: Itaque fratres, ſtate, & tenete traditiones
quas didiciſtis ſive per ſermonem, ſive per epiſtolam no
1.Tim.6.d. ſtram. Ac Timotheo, Depoſitũ cuſtodi: & rurſum; For-
mam habe ſanorum verborum quę à me audiſti in fide,
& in dilectione in Chriſto Ieſu: Bonum depoſitum cu-
2.Tim.2.a ſtodi per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis: & , quæ
audiſti à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus
2.Ti.3.d. hominibus, qui idonei erunt & àlios docere: ac; Tu verò
permane in ijs quæ didiciſti, & credita ſunt tibi, ſciens, à
quo didiceris: & quia ab infantia ſacras literas noſti, quę
te poſſunt inſtruere ad ſalutẽ per fidem quæ eſt in Chri-
ſto Ieſu. Secundum ſanctas literas ſacra œcumenica Tri
dentina ſynodus agens de divina ſupernæ religionis ac
Seſſ.4.c.1 evangelij doctrina, de ſe ita loquitur; Perſpiciensque hãc
veritatẽ & diſciplinã cõtineri in libris ſcriptis, & ſine ſcri
pto traditionib9, quę ipſi9 Chriſti ore ab apoſtolis acce-
ptę, aut ab ipſis apoſtolis Spiritu ſancto dictãte quaſi per
man9 traditę ad nos uſq3 pervenerũt: othodoxorũ patrũ
exẽpla ſecuta omnes libros tã veteris, q̃ novi teſtamenti
cùm

cùm utriuſque unus deus ſit autor; nec non traditiones
ipſas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tãquam
vel ore tenus à Chriſto, vel à Spiritu ſancto dictatas, &
continua ſucceſsione in eccleſia catholica cõſervatas pa-
ri pietatis affectu, ac reverentia ſuſcipit, & veneratur. Idẽ
quoque ſancti patres, graveſque ſcriptores eccleſiaſtici
aſſeverant. Dionyſius areopagita Timotheum ſtudioſe Act. 17. fi.
commonet, ne ſancta ſanctorum evulget paſsim rudi li. cæl. hier. c. 1. li eccl.
bus exponens; ſed ſanctis ſolis ſacrarum rerum intelli- hier. c. 1.
gentias ſecretius pandat. Ob hanc enim cauſam primos
illos noſtros duces neceſſariò ſumma, & ſuperſubſtan-
tialia partim ſcriptis, partim nõ ſcriptis inſtitutionibus
iuxta quod ſacræ definiũt leges, tradidiſſe ait. Ignatius Euſ. li. 5. ec-
martyr ſimilia ſignificat, ac traditiones hæreſibus repel cle. hi. c. 16. li. 3. c. 56.
lendis utiliſsimas aſſerit. Irenæus aſſentitur, Clemens li. 3. c. 3. 4. li. 1. 5. ſtro.
Alexandrinus, Tertullianus, Cyprianus, Iuſtinus mar- li. cor. milit li. abl. ped.
tyr, Epiphanius, Hieronymus, Auguſtinus, Damaſce Q. 118. Se. 61. 76
nus. Nec ferè quiſquam claſsicorum eſt, qui occaſione cõt. Lucifer cõt. Dõ. li. 2
data vel etiam quęſita de hac re conſentanea non loqua- c. 7. l. 4.
tur, vel ut Baſilius & alij antiqui, ut recẽtiores in nume c. 14. li. 5. c. 23.
ros miſſos faciamus, qui multa de ijs ſcripſerunt, pluri 26. li. 4. fid. or
maſque traditiones apoſtolicas priſcis notatas collige thod. c. 13. Baſ. ſi. ſpi.
re. Nunc enim non de ipſarum numero, ſed vi, ponde s. c. 27 29. Ayala. epiſ.
re, autoritate ad inſtitutam tractationem attinentibus Guadix.
agimus. Itaque apoſtoli multa literis, multa ſine ſcripto
traditionibus cõcrediderunt, quòd ut Ioannes dilectus Ioa. c. 21. fi.
domini deſignavit, cuncta ſcriptis mandari nõ poſſent,
tum etiam quòd ſecundum Dionyſium nonnulla lite li. cœleſt. hier. c. 1.
ris efferri olim non expediret, nimirum ne contra Serva
toris prohibitionem daretur ſanctum canibus diruptu- Mat. 7. a.
ris, & margaritæ conculcaturis ſuibus mitteretur. Tale
igitur

igitur temperamentum almo Spiritu moderante apoſtoli adhibuerunt, ut quæ in primis divinæ religioni conducerent: & in arcanis prioribus libris agnoſcerent, & ipſi in ſacram ſcripturam redigerent, vel ab alijs ſcripta referenda curarent: quæ verò commodius traditione poſterorum notitiæ tranſmitterentur, fidis ad id teſtibus committerent. Ita namque minus periculi foret, ut à fidelium memoria delerētur, ijs præſertim adiuta, fulta, confirmata, quę ſanctis biblijs cōſcripta fuſſent, inciſa propterea literis, quæ notæ ſunt vocibus permanentiores, cōſtantioresque, ac varietati, dubitationique minus obnoxiæ: ut quacunque via poſsibile eſſet, atque oporteret, dei oracula integra in cuncta poſtera ſæcula ſervarentur. Sunt autem ſibi mutuò ſubſidio divinæ ſcripturæ, atque apoſtolicæ traditiones: hę illis comprobantur, & quatenus minus nonnunquam exploratæ ſunt, fulciuntur: illæ his incorruptę cuſtodiuntur, à diverſis diſcriminātur, defenduntur ab adverſis, & explicantur, ut quam habeant vel in obſcuriſsimis intelligētiam ſupernæ fidei congruentē prout opus ſit, pateat. Multa quippe divinis libris perſpicua ſunt, & uſque adeo planum, ac promptum ſenſum vel è contextione, præmiſsis, ſequentibus, vel alio ſacræ ſcripturæ loco, aut ipſa verborū ſplendida luce offerunt, qualia ſunt, ubi pleraque axiomata prima fidei aperiuntur, ut operoſiorem declarationem fermè non deſyderent. Plurima verò reconditiſsima ſunt, & altiſsimos receſſus habent: in quibus elucidandis eccleſiaſtici doctores iugi ſucceſsione à deo dati deſſūdarunt poſteris diſcētibus ab anterioribus ſemper uſque ab anteſignanis edoctis à ſigniferis apoſtolis: qui hoc vel cum primis præcipuū explicatæ doctrinæ ſacræ

2.Ti.2.2.

Eph.4.b.

2.Tim.2.

munus, veluti Paulus per Timotheum, eccleſię transfuderunt, unde in myſteriorum expoſitione rectè profici perpetim valeat. Vt verò cuncta hæc liquidò magis elucеãt: apoſtolicarum inſtitutionum diſtinctio eadẽ quæ in ſacris literis, in traditionibus quoque accipienda eſt. Alię namque iuſsiones habentur pręcepta eccleſię ferẽtes: alię aſſertiones ſupernam doctrinam indicãtes, quã credere ut à dei nuntijs prolatam fideles noſcentes debeãt ob primæ veritatis teſtimonium ſupremum. Tales ſunt beatam dei genetricem perpetuò virginem fuiſſe; ſeptem eſſe ſymbola ſacramẽta vocata, per quę fideles deo grati reddantur, inter que ipſa confirmationem, matrimonium, unctionem extremã quorum non tam aperta quàm aliorum in ſacra ſcriptura expreſsio patet. Pręceptionum autem alię dominicę noſcuntur per apoſtolos editę, alię apoſtolicę ab ipſis apoſtolis latoribus quamquam dirigẽnte numine ſubditis regendis impoſitę. Eiuſcemodi ſunt ſolennium ieiuniorum indictio, decumarum que ac primitiarum ad ſacrum miniſterium, & eccleſiaſticos uſus è fidelium proventibus exſolvendarum: quales apoſtolici ſucceſſoris Petri moderatione temperari poſſunt, uti prius indicavimus, non ſecus atque pontificia iuſſa, quę temporum ratione corrigi, mutari, aboleri, & in deſuetudinem abire queunt. At verò quę legiſlator primarius cunctorum autor imperavit, licet ab apoſtolis provulgata ſint, nullo variari modo, ne dicam abrogari, poſſunt à ſubditis eius vel ſummam vicariam poteſtatem nactis. Porrò imperij divini ſtatuta vel quidpiam in re ipſa conſtituunt ac perficiunt, vel à ſubiectis ſervandum faciendumque ſanciunt. Inſtituit dominus ſacramenta, materias que ipſorum

2. Tim 3.d

Su.c.8.&. li.2.c.14.

Canon ap. 68.

li.5. conſ. ap.c.19.20

li.7.conſt. ap.c.24.

li.5.c.36.

Su.c.8.

Su.c.11.

ipſorum ac formas determinavit, quibus eorum conſtaret eſſentia, nec aliter celebrata conſiſterent, quam ab excellenti eius poteſtate inferioribus non communicata fuiſſent ſtabilita. Inſtituit præterea ut fidelibus poſt primæ tabulæ baptiſmi gratiam naufragio letalis delicti amiſſam non niſi per expetitum inſtar ſecundæ tabulæ ſacramentum pœnitentiæ abſolutionis que ſacerdotalis aditus ad recuperandam ſpiritualem ſalutẽ panderetur. Hæc alia que ſimilia ſacris ſcripturis non plenè deſignata traditione apoſtolica eccleſiæ innotuerũt, cui primos inſtitutionis ſuæ nuntios dominus apoſtolos delegatos deſtinavit. Quamquam autem hæc ſtatuta iuſſàq; dei ſunt, quatenus tamen eius eſſe numinis legati autoritate ipſius teſtati ſunt, ſicut reliqua ſupernaturalia placita, ſcitaque, ſub divini teſtimonij faſtigium cadunt, & cum ſacræ fidei dogmatibus computantur aſſertione proditis. Præcipuè verò quæ in ſacrorum confectione interveniunt, apoſtoli eccleſię per fidos miniſtros ore tenus principio ſine ſcripto tradiderunt.
Nam in ijs evulgatis maius erat nocumenti, ludibrij, & prophanationis periculum ab ethnicis & incredulis canibus, & immundis vitioſis ſuibus. Qua de cauſa ſacris arceri ſolenne fuit, non modo peſtes haſce, ſed & cathecumenos, qui inſtituerentur nondum baptiſmatis initiatione illuminati, quique à recto propoſito excidere valerent. Ea de re apoſtoli per Clementem peculiariter Iacobus frater Ioannis Zebedæi, edicunt, ut poſt aquam manibus ſacerdotum allatam, ſtatim diaconus dicat. Nullus catechumenus; nullus auditor; nullus infidelis; nullus hæreticus. Qui primam orationem perfeciſtis, diſcedite: Pueros recipite

li. 8. conſt. ap. c. 15.

matres. Ne quis contra aliquem: Ne quis in hypocryſi. Erecti ad dominum cum timore, & tremore manentes ſinamus offerri. In eiſdem rurſus citra ſcriptionem traditis minimũ erat oblivionis & aberrationis diſcrimen, quòd aſsiduo ſacrorum miniſtrorum myſteria frequentantium uſu non ita memoria elabi quirent. Horũ plurima in conſtitutionibus apoſtolicis per Clementem cõ ſcriptis continentur: quas omnibus publicari non expedire ob arcana quædam illic incluſa etiam in calce canonum apoſtolicorum habetur. Cæterùm poſtquam converſis ad religionem gentibus eccleſia ex anguſtijs evaſit, pleraque ſine ſcripto tradita non modo literis mandata ſunt, ſed & palàm vulgata, veluti libris pontificalibus, ſacrificijs, manualibus enchiridijs ve comprehenſa. Sunt autem multa dogmata, quæ prius in eccleſia tanquam è traditione apoſtolica tenebantur, pontificia cõciliorum que definitione determinata: ea que diuinæ quoque autoritatis atteſtatione eccleſiaſtica vel comprobata ſunt, vel ob immiſtam aliquam ambiguitatem explicita, & quaſi denuo decreta. Vtcunque uerò certò cõſtent, nõ ſecus atque dei oracula divinis biblijs inſcripta fidelibus ſuſpicienda & obſervanda ſunt, quemadmodum Tridentinũ concilium ſignificat, inquiens. Si quis autem libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus prout in eccleſia catholica legi conſueverunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro ſacris & canonicis non ſuſceperit: & traditiones prędictas ſciens & prudens contempſerit: anathema ſit. Labor tamen eſt explorare, quo pacto dogma quodvis ab apoſtolis eſſe traditũ in dubiè conſtare queat facili, expeditaque via, pręterquam ubi definitione patenti, velut pontificia determi-

lib. 8. & alijs.

canone. 84

Seſ. 4. c. 1.

natum

natum id clareat, quod in nonnullis, non cunctis repe-
riri contingit. Nonnulli aliquot aperire vias tentāt: ſed
omnes fermè conveniunt in eccleſiaſticam conſenſionē
vel fidelium id in communi generali cognitione aſſerē-
tium, quemadmodum etiam vulgus profitetur fidei di-
ſciplinam apoſtolis tradentibus eccleſiæ ſuſcepiſſe: vel
procerum religionis, quibus cæteri aſſenſi adhærent. At
vi. ſu. c. 13. eccleſię conſenſum venari modo quovis plerumque ni-
mis operoſum eſt. Additur præterea ſi quod fidei do-
gma quibus id modis decerni ſolet, determinatum con
trario velut hæretico damnato habeatur, quod tamen è
ſacris ſcripturis nec ſtatim emicet, nec deductio ne' eli-
ciatur: id ex apoſtolica traditione nimirum eccleſiam ſu
ſcepiſſe vel derivaſſe. Exemplumq; de beatæ Marię per-
petua virginitate ponitur. Quę ſententia prout aptè re-
ſtricta eſt, non ab ratione admittitur. Non enim alij di-
vinæ revelationi fides eccleſiæ publicè innititur, quàm
ab apoſtolis in ſanctis ſcripturis agnitę aut etiam relatę,
Su. eo. c. & 12. 13. vel ſine ſcripto fidelibus traditæ, ut aliquoties explicui-
Cā. li. 3. lo. the. c. 4. via. 3, mus. Huius conſectaneum eſt, ut ſi quid nunc in eccle-
ſia communi fidelium conſenſu uti verum certumque
fidei dogma decernatur, ſeu probetur in re, quam huma
na poteſtas per ſe præſtare nequieret, id niſi è ſacris ſcri-
pturis exprimatur, ex apoſtolica traditione manaſſe iu-
dicandum ſit. Vota commutare ac ſolvere, & iuramenta
relaxare promiſſoria quæ iure naturæ debēt erga deum,
& ob ipſum erga alios impleri, non eſt propriè humanę
inferioris facultatis ius per ſe in ſuperiorem puta univer
ſorum conditorem ac dominum non habētis. Hæc alia
que ſimilia ut in matrimonijs multa dei vicarius loco
eius poteſtate ab ipſo tradita clavium fungens diſſolve-
re ac

re ac moderari, ubi cauſa ſpiritualis boni fidelium promovendi flatiget, conſuevit, ut antea tetigimus. Talem que ſummo pontifici facultatem eſſe conſtantiſsimum in eccleſia ducitur. Conſentaneum igitur eſt dogma id eccleſiam ab apoſtolis principio accepiſſe, qui à domino edocti ſcientes quouſque quatenus que cōceſſa poteſtas ſolvendi ligandi que in terris dilatanda vel ſtringenda foret, quò in cœlis eius functio rata non iam tam ab homine, quàm à numine ſimul exereretur, res eiuſmodi ad eccleſię gubernationem apprime neceſſarias, prout apoſtolici muneris officium expoſcebat, poſteris tradidiſſe omnino credendi ſunt. His accedit Auguſtini regula ita inquientis. Quod univerſa tenet eccleſia, neque cōcilijs inſtitutum, ſed ſemper retentētum eſt: non niſi autoritate apoſtolica traditum rectiſsimè creditur. Complectitur autem ea non ſolum fidei dogmata, ſed etiam rectas morum cōſuetudines veluti multorum ſolenniū ieiuniorum, nūcupatorumq; ordinum minorū, de quibus proprio non reperto principio quoad in apoſtolica uſque tempora recurratur, inſtitutio ad apoſtolos utiq; referenda eſt. Atqui conſuetudo pręſertim aſtringens vim non habet, niſi ab eius conſenſu prodeat, qui iubere valet: ideo que illa de qua ſermo ſit, cum pręceptis apoſtolicis coniungitur, aut etiam dominicis per apoſtolos prolatis, vigore nimium diſpari prius expoſito ex utris que ſumpto. Verùm huc fidei dogmata, uti prędictum eſt, accedentia continuò aſſertione emergunt. Tradunt per Clementem apoſtoli: Baptizate quoq; puerulos veſtros, & educate eos in diſciplina & pręceptis dei. Sinite enim, inquit, parvulos venire ad me, & nolite eos prohibere. Indicantque pręceptionē eſſe domini, proinde que

Su.c.11. — li.4.cont. Don.c.24. — S.Th.22.q 10.a.12.o. li.8.conſ. ap.c.36, 28. — S.Th 12. 2.q.97.a. 3.ad 3. — Sn.c.co. — Su.eo.c. — li.6.conſ. ap.c.15.

baptiſma

baptiſma ęque infantibus atque adultis adminiſtrari debere, ac eandem verè tam illos quam hos ſacramēti gratiam conſequi. Hinc ſub Anguſtini regulam ſacroſancta biblia potiſsimè incidere queùnt, ut autoritate apoſtolica tradita fidelibus prorſus credantur. Ea enim omnino cunctis pijs obſervanda, & oracula dei eſſe tāquam ſacræ fidei præcipuum dogma univerſa ſemper eccleſia tenuit, haud quaquam quaſi recēs inſtitutum. Nullum quippe concilium, nulla itidem pōtificia definitio, nulla etiam conſenſionis eccleſiæ utcunque determinatio autoritatem ſe conferre ſanctis ſcripturis, ſingulisque ipſarum libris & portionibus affirmat, ac ne innuit quidē. Quin potius ubique aſſeritur illas divini teſtimonij ſupremam autoritatem a primo autore ſortiri, qui eas uti generalia ſua oracula ſupernaturalia per vates, apoſtolos & peculiares ipſarum cōditores atque ſcriptores ſuo impulſu tactos protulerit. Eas tamen eccleſiaſtica quævis finitionis aſſertio recognoſcit, à diverſis diſcernit, & ꝑut neceſſe ſit ſuperæ fidei, explicat, atque ita comprobat, ijs que à deo acta, etiam autoritate ꝑfecta ex eodem fonte, atteſtatur. Eſt igitur arcanæ totius ſcripturæ ab apoſtoſtolis partim agnitæ, partim conſcriptæ conditæ que
Vi.ſu.li.1. c.14. magna quędam apoſtolica traditio cùm toti orbi manifeſtata, & per innumera exēplaria diffuſa, ut ita quaſi plurimorū teſtiū collatione cōfirmatetur veritas, falſitas
1.Tim. 6.d coargueretur: tum maximè fideliū eccleſiæ cōmendata,
2.Tim.1.d quæ depoſitum id incorruptum, admirandumque theſaurū illęſum cuſtodiret, uti perpetim ſervandū curavit. Tradita quidē fuit ipſa divina doctrina primum per dei nuntios cęteris fidelibus prædicantes magna ex parte quę numine ſuggerente accepiſſent: ſed & poſtmodum

ſcripto mādata eſt per eoſdē, ſimili ve ſimul ſpiritu afflatos: atq; ita divina denuo autoritate repetita reliquis fidelib⁹ rurſus tradita eſt, quo ab alijs ſine ſcripto traditionibus oblatis contenta ſacris literis diſtinguitur. Itaque divinis contenta biblijs ſuperna generalis diſciplina dei autoritate fundata eſt non modo quatenus ab eo revelatione delectis in id protinus manifeſtata fuit, nec tātūm inſuper prout à numinis nuntijs palam pronūtiata fuit; quæ alijs quoque fidei dogmatibus ore tenus traditis cō veniunt: verùm & quatenus à ſacris ſcriptoribus ſancto ſpiritu agente in libros canonicos redacta eſt. Omnibus modis obſervāda eccleſiæ à primis ſanctæ religionis ducib⁹, & arcanę ſcripturę cōditoribus cō tradita fuit, atq; adeo à primo autore per ipſos, & eccleſia univerſa concreditam ita ſuſcepit, determinationibus ſuis agnovit, & qua decuit ſemper veneratione, proſecuta retinuit. Hanc non unus aut alter paucive ſanctorum patrum & illuſtrium doctorum recognovere ſicut nonnullas alias apoſtolicas traditiones quas ita probabiles reddunt: ſed univerſi totius ſecum eccleſiæ conſentientis aſſenſum ferentes; qua ſicut pontificiæ definitionis conteſtatione divina alia etiam generalia, vivę vocis, oracula ſuperna dei eſſe, ad fidē que publicam pertinere certiſsimè credi debēt. Sic ſuper naturalis religionis fundamēta iacta bene habent, quidam tamen curioſi homines ſedari nequeūt, & interquieſcere, quin has autoritates invicē conferant, & utra ſit præſtantior, ac mortalibus viam credendi ſuperna prius aperiat, & ut alijs fides ſublimis habeatur, muniat, non tam diſceptent, quàm altercentur. Mirum eſt autem diſsidia ſerere atq; contentionem tentare inter ea quæ amiciſsima ſunt & coniunctiſsima, nempe

*Collatio.*

divina

divina teſtimonia, quæ planè par ſummę inerrantis au-
Su. li. 2. c. toritatis ex prima veritate teſtante pondus obtinēt. Hu-
13. 14. ius celſum faſtigium contingere latè deduximus ſuper-
lib. 2. su. c. eo: naturalia dogmata ſive ſacris ſcripturis exarata, ſive aſ-
su. c. 12. 13 ſerentis ſummi pontificis finitione iudiciali, ſive conſen
ſionis eccleſiæ totius catholicę decernente declaratione, diſcreta, explicita, determinata. Ac primis duobus modis ſanctæ ſcripturæ, atque citra ſcriptum vivę vocis dogmata ſublimia fidei cominus ſub divina cadunt teſtificatione proprijs numinis indicijs in id editis, uti miraculis totius creatæ naturæ vires ſuperantibus prolata. Ea enim ſunt quæ divina legatio proximè teſtatur ſupernis indicijs fulta. Inter illa verò etiam ſacris ſcripturis continentur duo cum primis inclyta & neceſſaria, nempe fi-
Lu. 22. d. delium univerſam fraternitatem confirmandam eſſe fi-
de ſucceſſoris Petri iudicio non defectura; & eccleſiam
1. Tim. 3. d domum dei vivi eſſe columnam & firmamentum veri-
tatis, quæ ad fidem ſanè divini ordinis ſpectet. Ita quatenus quæcunque fidei dogmata pontificia definitione, cunctæ ve pariter eccleſiæ cōſenſu determinātur denuo, ſub duobus illis ſummis fidei capitibus recidunt à deo è vicino teſtatis; ac proinde verè, ſed eminus, & per mediū primorum divinam autoritatem teſtimonium de ipſis ſic ferentem contingunt. Deus eſt proculdubio, nemo inferior, qui uti autor divinam autoritatem largitur ſacris biblijs, parilibus que apoſtolicis traditionibus, aſſertoriæ finitioni pontificiæ, ac eccleſiæ conſentientis determinationi: & quamvis numinis actio æterna ſit; nō pri' exteris aliquid conferre propriè dicitur, quoad primùm influxus eius in condita permanans excipiatur. Vnde quanquam pontificia definitio, & eccleſiæ decernantis

 conſenſio

conſenſio ſupremam à deo autoritatem nãciſcuntur: inde primò ducuntur adepta, ex quo numinis teſtificatione ſanctis literis prodita illis certiſsima firmiſsimaque fidei veritas affutura fuit aſſerta. Quocirca non abſurdè prorſus dici queat ſacram ſcripturam tribuiſſe ſummam autoritatem, vicarij chriſti, & eccleſiæ catholicę determinationibus: nõ quòd illa deus, aut vivens quidpiam per ſe ſit; ſed eo ſenſu, quòd numen per ipſam certis eius locis expreſsè illis eam autoritatem contulerit. Adhæc uti ſuſè ſuperius diſſervimus, hiſce determinationibus non recentes revelationes promũtur: verùm erga priſcas ſive ſanctis ſcripturis, ſive aſsimilibus apoſtolicis inſtitutionibus generaliter premulgatas recognitio, diſcretio, explicatio, quouſq; vis earum pertingat prout ſacræ fidei expediat, exercetur, ac figitur. Idcirco propriè dici non poteſt huiuſmodi determinationibus antiquis illis revelationibus ſummam autoritatem dari: licet eæ agnitione ſua, cęteriſq; ſui muneris officijs autoritate numinis conceſſà graviſsimè atteſtentur. Cõfirmatur hoc rurſus quoniam definitiones tales non ſibi ipſis supernã autoritatem aſcribunt, quod nugatorium ſeorſim cẽſeretur: ſed collatam olim ſecundum canonicorum bibliorũ vetuſta teſtimonia ſuppoſita præ ſe ferunt: nõ minus tamẽ erga propriæ autoritatis, quam cuiuſvis alius materiæ generales revelationes ſingillatim, ſimulque mutuò prę ſtant, quod agnitionis ſuæ, functioniſq; legitimę ſit: nõ tã ut propriũ negotium agant, q̃ ne cauſæ primæ veritatis deſint. Liceat autem claritatis afferendæ gratia parvis magna quanvis ferè incomparabilia cõponere. Ariſtarchus qum Homeri carminum cenſurã peregit, agnovit germana, diſcrevit aliena, notha reiecit: quamvis examinis

Lu.22.d. 1.Tim.3.d
su.c.12.13.

nis

nis eius ac determinationis exploratæ dote inferior ipſo Meleſigene nō eſſet; haud tamē vel auctori eximij poetę, vel operib⁹ eius poematis præſtantiſsimi autoritatē prębuit; ſed genuinā ipſorū exactè recognovit, & ſua quoq; quāta erat, cādide atteſtat⁹ eſt. Diſcrimē tamē ampliſſimo intervallo antelatis ſupremis teſtimonijs vel hoc potiſsimū eſt, qđ revelationib⁹ anteriorib⁹, ac poſteriorib⁹ determinationib⁹ eadē agētis aſſeverantisq; numinis autoritas adeſt: licet diſcretè prius recentes revelationes manifeſtarit; poſteri⁹ nō novas ꝓtulerit; quin potius id pręſtiterit, ut circa veteres agnitio, diſtinctio, explicatio, definitio nativa, & quæ inde denuo ꝓveniret atteſtatio exereretur. Nō eſt igitur præſtātioris grad⁹ invidioſa collatio: verū cōſentientis paris pōderis ex autoritate numinis diſcretio exorta. Vlteri⁹ nōnulli cōferūt ſacræ ſcripturæ autoritatē autoritati eccleſię tāquā altero in extremo poſitæ, cui non modo poſteriores determinationes aſsignāt, ſed & apoſtolicas traditiones citra ſcripturā ab apoſtolis relictas, quas illa integras retinuit: quaſi nō & arcanos libros pari cura, ſtudio, ſynceritate retinuerit, aut nō eadē autoritas divina ubiq; in cūctis eluceat. Non enim his obijcere libet, quòd eccleſiā nō aptè divinæ ſcripturę cōparāt, ne vel calūniari eos, vel ipſe tergiverſari videar magis verba captans, q̃ mentem attendens. Si namq; divinum verbū dogmave ſive revelatū, ſive ſcriptum, ſive pronuntiatum his cōponas quibus & per quos numini viſum eſt id manifeſtare: principaliori utique dignitate anteſtat divinum ſcitum legatis ipſius cōditis humanis, inferioribus: quēadmodū regiū ſtatutū, ac nuntiū ob autorē regijs etiā nuntijs dignatione præcellit. Aſt illis in animo eſt autoritatis divinæ vias modos ve cōponere, ac

ut apparet, volunt nõ tam vim ac põdus, quã uſum notitiæ noſtræ, inſtitutionis, ac fidei firmandæ cauſa cõferre. Attamen in hoc non æqua comparatio divinorum bibliorum cum cæteris modis fit, quòd ut ſacram ſcripturam, quam hæretici ſolam extollunt, premant, alijs elatis, ambiguitates eius cum expreſsis aliorum modorũ explicationibus ac determinationibus pij qđ indignum eſt, ſolummodo conferunt. Haud quippe ita factum oportet: immo clara perſpicuis, arduis obſcura, paria paribus componenda ſunt, ut iuſtum iudicium evadat. An dei hoſtes ſatis unquam pro dignitate divinas ſcripturas efferent, qui dum perperam extollunt, potius deprimunt? An ut veritatis adverſarios refutemus, par eſt ut aliquid vel minimum de veritate autoritateq; ſuprema arcanarum literarum deteratur? Num erit quicquam uſque adeo purum, perfectum, inde trectabile, quod iſtorum tenebriconum lues inficere, ac denigrare non aggrediatur? Nonne iſtorum nequitia ſimiliter adoritur conciliorum conſulta, ſanctorum doctorum monimenta, patrum ſentẽtias truncare, corrumpere, detorquere? Quid autem erit à reprehenſione tam alienum, quod non invertatur, ſi quod in eo commodi ſit, excerpas, & quòd incommodi ſpeciem ingerat, inculces, crimineris, augeas? Quamquam quid eſt incommodi canonicis in ſcripturis, quòd iure à fidelibus, à ſuis traduci debeat? Re vera nihil eſt: aliòqui culpa in deum autorẽ rediret, quod vel cogitatu blaſphemum eſt. Humana ignorantia, ſecordia, malitia incommoda conflat: deus verò inexhauſto illo theſauro mirabiles inſtitutioni animorum commoditates ſuppeditavit. At ſunt illic multa obſcura que in diverſos ſenſus trahi queãt. Verùm ſunt & cla-

riſsima

riſsima plurima, media pleraque illorum lumine cõſpicua, unde ſplendor ad reſerandam intelligentiam diffi-cilium gnavæ diligentiæ numinis ope affulgeat. Quaſi verò non & in cæteris fidei determinationibus plerumque alta profunditas, & obſcuritas comperiatur, ad quã penetrandam ſedulo ſtudio, theologicis ſubſidijs, ac dei præcipue præſidio ſit opus. Talibus auxilijs cum ancillãtium diſciplinarum ſubminiſtratione, non illotis manibus ad ſacram ſcripturam ſcrutandam accedendum eſt. Quod ſi fiat, nihil periculi, neque querelæ ſuberit. Nihilo ſecius ex adverſo dici poteſt expreſsionem determinationum in his quæ ſanctis ſcripturis non ita explicita ſint, amplius aliquid notitiæ noſtræ ac fidei conferre. Tanquam verò ego determinationum fidei utilitatem detrectem, ac non potius longe latèque extulerim, expoſuerim, illuſtraverim. Sed non video, cur ob id literis divinis prçferẽdç ſint ob divinam ſaltem autoritatem par pondus aſſecutis. Atqui explicatio ex eo quod explicatur, pretium ſumit. Et ut involuta parum uſus afferunt, niſi explicentur: ita contra expoſitio ac declaratio haud magnum operepretium ſecũ offeret, niſi quç excutiuntur, dignitate prçdita fuerint. Quid quod explicationis determinatio in inane ferretur, niſi excutiendum idoneum ſuppoſitum quo niteretur, haberet? Vtrunque igitur ſe mutuò iuvat, ſibique vicisſim adminiculo eſt. Prçterea non abſimilẽ fructum atq; fidei determinationes, lucida ſanctç ſcripturç loca implicitis aperiendis, & gravium enarratorum expoſitiones adducunt. Veruntamẽ hç per ſe minorem divina, illa divinam, ſed quandoque non prorſus determinatam, fidei determinationes prçfixam autoritatem minus ambiguam iugiter adipiſcuntur.

tur. Sic Thomas Aquinas ait, per ſententiam generalis ſynodi non eſſe ablatam poteſtatem ſequēti ſynodo novam editionem ſymboli faciendi, quo fidei primaria capita determinata fidelibus proponuntur credenda: non ut editio aliam quidem fidem, ſed eandem magis expoſitam contineat. Sic enim, ait, quælibet ſynodus obſervavit, ut ſequens ſynodus aliquid exponeret ſupra id quod præcedens ſynodus expoſuerat propter neceſsitatem alicuius hæreſis inſurgentis. Id que inquit ultimo determinare ad ſummum pontificem pertinere, ſicut quæq3 fidei, ut à cunctis inconcuſſa fide teneantur: cuius utiq3 autoritate congregatur ſynodus, ac ſententia confirmatur. Adhuc nihilominus ex oppoſito reſtat, quòd eccleſia tradente ac determinante, quæ fidei dogmata certa, qui divini libri germani ſint, fidelibus innoteſcit: illud que Auguſtini occinitur, Evangelio non crederem, niſi me autoritas eccleſię commoueret. quo cōfici exiſtimatur eccleſiæ autoritatem autoritate ſacræ ſcripturæ ſi nō maiorem, notiorem nobis tamen eſſe, ac inſtitutioni noſtræ aptiorem, & hactenus efficaciorem quaſi ultimam reſolutionis credendi regulā, quòd ob hanc illi, nò contrà fides habeatur. Verum enim verò tanquam panchreſton eccleſię nomen univerſam quandam utilē vim, nec ſatis diſtinctam complexum videtur hîc à nonnullis inductum, ut habeant qum urgeantur, amplum diffugiū, quo inſtar ſepiæ velut atramento ſic offuſo elabantur. Rurſus cauſa ſine qua quidpiam non fieret, philoſophis per accidens concurrere ducta, non per ſe nativam rei rationē formalē vocatam infert. Nemo enim actu numini crederet, niſi naturam intellectualē nact⁹ eſſet, niſi rationis compos foret, niſi uſum eius expedita in vigilia haberet,

22. q. 1. a. 10. ad. 2.

To. 6 cōt. ep. Manic. c. 5

Su. li. 1. c. 14. 6, 5.

beret,

beret, niſi dogmata fidei ſic noſceret, niſi ei à quopiam
Ro. 10. c, proponerentur: iuxta illud Pauli: quomodo credent ei quem non audierunt? quomodo autẽ audient ſine prædicante? Genuina tamen credendi cauſa in his ſupernæ veritatis autoritas eſt, quanquã cętera concurrentia ſupponi oportet, ut & naturã noſtrã, quã omniũ autor non tollit, ſed perficit. Inſuper quid eccleſia ſit, ſuperius latè
Su. c. 9. diſtinximus, prout autẽ hîc præcipuè uſui eſt, eius autoritas, quatenus aliquod fidei dogma neceſſariò creden-
Su. c. 13. dum communi conſenſione determinat, ſumi debet,
Su. c. 12. cui vi par eſt iudicialis aſſertio pontificia ſimiliter decernens. Namque alia non ita decreta, velut lectiones ſanctorum, cæterę que eccleſiaſticæ hiſtoriæ ab illis ut probabiles admiſſæ, atque in eccleſia verſatæ: probabilitatem tantùm aſſequuntur. Quare nil oppoſitas partes iuvat, quòd eccleſia feratur antiquior ſacra ſcriptura. Nã præter quã ꝙ fidelium eccleſia exordium cœpit à dei ſuperna doctrina ſupernaturalia fidei dogmata pandente poſtmodũ in arcanas literas relata: quod agitur, ex proprijs, non extrinſecis expendendum eſt. Proprium autẽ munus determinationis eccleſiæ cum pontificia definitione eſt ſuperam numinis doctrinã ſive canonicis ſcripturis mandatam, ſive aliter à dei nuntijs ſine ſcripto generaliter editam retentam cuſtodire, à diverſis ſecernere, atque ita diſcretæ atteſtari, & implicitam exponere, ac explicãdo determinare. Omiſsis verò explicatorijs determinationibus quibus fide tenẽdum quidpiam de novo quadam tenus decernitur circa ſingula quęque dogmata: reliqua munia utiliſsimè quidẽ erga omnes divinas literas exercẽtur, ſed in illis pręſertim neceſſariò exeruntur quæ aliquando in dubitationem venerunt
ut con-

ut conſervatæ quaſi ſacræ agnitę à non ſacris diſcretę ec-
cleſiaſtica conteſtatione conſtent, pijs fide tenendę, non
abſimili ſanctæ ſcripturę quo uſque tendatur, atque ſin-
guli cuiuſque dogmatis expreſsione determinata. Non
eſt autem dubitatum inter catholicos unquam, præter Vi. ſu. li. 2. c. 1. 2.
quam in veteri teſtamento de libris Tobiæ, Iudith, Sa-
pientiæ, Eccleſiaſtico, Baruch, Machabæorum, in novo
de epiſtola ad Hebræos, ſecunda Petri, Iacobi, ſecunda,
tertiaque Ioannis, Iudæ, Apocalyſi: in veteri rurſus de Vi. ſu. li. 2. c. 3.
portionibus pericopes Eſther, ac Danielis ubi canticum
trium puerorum inſeritur, & hiſtoria Suſannæ, ac Belis
apponitur: & in novo de calce evangelij Marci, de ange-
lo Servatorem confortante apud Lucam, de hiſtoria fœ Lu. 22. e.
minæ in adulterio deprehenſæ penes Ioannis evangeliũ Io 8. a.
inſcriptum. De his etiam poſt ſynodicas determinatio- Cõcil. Trid
nes ambigi non licet, uti nec de vulgata Latina tradu- ſeſ. 4. c. 1. 2.
ctione, quin authentica ſit: etſi per hoc negatum nõ eſt,
quin ſint prototypa ſacroſancta. Porrò cætera bibliorũ
ſemper extra omnem ambiguitatem fuere: talia que iu-
giter eccleſię catholicę conſenſus recognovit: ſed & prę-
terea innumeris exemplaribus tranſcripta, per omnes
linguas idiomataque transfuſa, cunctorum mortalium
manus pervagata, nullo non ſęculo, locoque celebria, hi
ſtorijs, ac pleriſque ſcriptoribus deſignata, quotidiana
lectione, auſcultationeque percepta, publica totius orbis
fama, cognitioneque tum exterorum tum noſtrorum,
evidenti à principio uſque notitia, & in dubia ſucceden-
tium relatione ad noſtram notionem cum alijs perlata
ſunt: in quibus & illa continentur, quibus aſſertorię põ- Lu. 22. d.
tificię definitionis, & conſenſus eccleſię decernentis au- 1. Tim. 3. d
toritas aſtruitur. In ijs agnoſcendis, conteſtandiſque hu

iuſcemodi

iuſcemodi autoritatis officium confirmationem eximiā adiungit, ut humano celſius teſtimonium ſubit, divinū que nimirum, dignius exerit. Simul tamen adeſt exploratiſsimum humanum teſtimonium confectum è multiplicatis ſuccedentibusq; teſtificationibus evidēter notis proximo cuique, indubitataq; per ſeriem relatione: Viſu.li.1. 13. quod ita noſcitur, evidenter eſſe creditu dignum; credique evenit ſicut & id quod teſtatur, exactiſsima humana fide acquiſita vocata itidem in ſumma ut per ſingulos gradus ſubminiſtrante: nempe ut credatur ab exiſtimatis dei nuntijs ſacram eam ſcripturam proditā fuiſſe, veluti dei oraculum; & hanc ipſam eſſe quæ ad nos uſque in dubiè devenit. Vt autem per exteros fide dignos, ita imo multo potius per fideles, amplius que per totam eccleſiam ſuperna magis curantē tale teſtimonium ferri poteſt, atque adeo unā fertur. Nec enim humana facultas amittitur, quod præterea divini teſtimonij autoritas contingatur. Cæterum cōfuſionem parit indiſtinctum eccleſiæ nomen diſtinctas functiones non ſecernentibus. Huiuſmodi teſtimonium cum ſua quæſita fide viam aperit, ut ita expreſsè propoſitis explicitè credere actu infuſæ fidei valeamus: nec modò ad id ſat eſt velut in dictis, ſed etiam neceſſariò intervenit, ubi potiſsimum propoſitio credendorum non aliter animis admoveri poteſt. Sumatur conſenſus eccleſiæ determinatio quævis, uti pontificiæ finitionis aſſertio celſitudinem divini teſtimonij contingens, veluti quòd Spiritus ſanctꝰ li.6.de ſū. trin. & fid. cath. ex Patre filioq; velut uno principio unica ſpiratione procedat: ut id tanquam ita determinatum ſacra fide credamus, oportet prænoſſe à pontificio iudicio, eccleſiæ ve conſenſione determinationem prodijſſe, illaq; id ipſum

dogma determinatum eſſe. Quod quibus præſenti no-
titia evidens non fuit, fide digno aliorum hominum te-
ſtimonio innoteſcit, & humana fide rectè parta perce-
ptum certò creditur: idque ſatis eſt, nec ad hoc eſt neceſ-
ſe ut alia pontificia vel eccleſiaſtica determinatio divini
teſtimonij vim habens præviam aprehenſionem quaſi
fidei dogma decernat. Aliôqui proceſſus infinitus abſq;
debito exitu daretur: quare poti' in primo gradu ſiſtẽdũ
eſt. Sed inquies, ita divini ordinis fides, qua fideles do-
gmati ſuperno credũt, in humanã, quãtumvis fideliũ in
eccleſia manentium teſtificationem, perceptionem, fidẽ
velut in ultimam credendi cauſam reducitur. Minimè
gentium: quin immo ſuprema, primaria, genuina, & ut
ita dicã, formalis cauſa credendi ſupernaturalia dogma- Su. iib. 1. c. 14.
ta divinum teſtimonium ſeu primæ veritatis autoritas Sup. c. 5.
eſt nativam conditæ mentis vim excedens; ſicuti & fidei
infuſę deus princeps cauſa eſt: ob quam fideles illa potiſ-
ſimè ac propriè credũt. Fides autem acquiſita, humana-
que apprehẽſio, ſicut ipſa hominis mortalis natura ſub-
miniſtrat, ſervit, ac viam præſtruit numinis ac ſupernæ
fidei cõſummationi, qua myſteria creatum intellectum Sup. eo.
vincentia ſublimiter actu credãtur, cui faſtigio fides hu-
mana non ſufficit, quamlibet in dubia certaque, velut
qua olim Romani nimia potentia floruiſſe ob teſtimo-
niorum conſtantiam incunctanter creditur. Non idcir-
co tamen ſuperæ fidei arcana quævis fideles credunt ob
illa præſtitutæ vię quaſi ſubſtramenta, tanquam ob cau-
ſas celſè credẽdi abſolutas: ſed veluti conditiones requi-
ſitas, ac humanæ naturę coherẽtes, prout neceſſariò ſub-
ſtrata ſupponi, ac ſubijci debet; per quas myſteria propo
ſita percipiuntur, unde ad ſummæ fidei actum veniatur: Sup. ll. 1. c. 13. 9. 14.
ſine

Scotus 3. Sent.d.23 q.11. Duran. d. 24.q.1.a.1 d.25.q.3. Gabr.d.23 q.2.a.1.& 2.

ſine quibus ſanè progreſſus in ulteriora, & aditus in divina non pateret. Huc reduci mens ſubtilis ingenij, & ſectatorum eius ſi candidè advertatur, apparet. Iam adverſos circulo incurſantes non averſi Parthorum inſtar, obliquève petamus: ſed conferamus pedem, & ut aiunt, manus rectà conſeramus: quod fiet exceptis ſciſcitationibus, ac reſponſionibus ex ordine ſic redditis. Cur credis dogmata fidei per eccleſiam determinata? Quia eccleſia catholica ea decrevit. Cur credis eccleſiæ decernenti? Quòd ſit columna & firmamentum veritatis. Quare id credis? Quoniam axioma eſt ſacris in literis in aſſertum. Cur credis canonicis libris aſſeverata? Quia ea dei ſuperna generalis doctrina eſt. Quid ita credis? Quoniam nuntij dei legatione ſignis, ac miraculis, ꝓprijs numinis indicijs comprobata id ita divino teſtimonio confirmarunt. Vnde id prȩter arcana biblia noſti, ac tibi ſingillatim celſa fidei dogmata etiã alibi definita innotuerunt? Explorata plurimorum conſtanter atteſtantium relatione hinc inde notitia evidenti fulta, cui aſſentiri indubiè valeas, qualis maximè ſynceris teſtibus adeſt, ac proin fideli cœtui teſtãti virtute prȩſigni, cui præter ſupremam autoritatem in his quȩ proponat, etiam humana fides certa queat, ac debeat haberi. Num ea humana notities, aſſenſio, fides cauſa credendi ſuperna dogmata divinȩ religionis eſt? Propria & germana cauſa deus prima veritas eſt myſteria ſua revelatione manifeſtans, ac fidei divini ordinis habitũ infundens, quo illa ut oportet, credantur. Reliquæ velut conditiones ex parte humanæ naturæ ſubiecta ſe tenẽt, & cum ea exiguntur, & hactenus commouens poſſunt dici cauſa, ſine qua non magis quiſquam ad ſuperum fidei actum

1.Timo.3. d.

deve-

deveniret, quàm ſi non mentis compos eſſet. Nonne ita divina fides humano fundamento nititur? Princeps fundamentum & culmen verax numen eſt: humanum tali fide dignum teſtimonium cum cæteris cōditionibus & humana natura ſuppoſita velut adiacens callem ſternit, iter, & ingreſsū parat, uti deinde actus cœleſtis fidei autore deo exeratur. An non ita poſthabitæ eccleſię dignitati derogatur? Immo nativa eius dignitas aſſeritur, quę modeſtiſsimè ſub deo primario fonte fontem autoritatis ſuæ præcipuum ſacram ſcripturā agnoſcit: ſub cuius regula, ut pontificis definitio, ſic cōſenſus eccleſiæ in ordine & gradu ſuo ſubordinata æthereæ dogmata fidei determinare valet, in noſtrā notitiam quemadmodum deductum eſt, deferenda. Hæc doctrina eſt, quam in ſancto catholicæ matris eccleſiæ gremio didici, quam in ipſum ut emendetur, grataque ſit verè, acceptaque, refundo. Equidem in omni ſapientiæ in primis divinæ parte tractanda ingenuam ſemper modeſtiam maximè probavi ab addicta ſervitute æque ac audacia proiecta concedentem in veræ virtutis medium, ubi ſyncera libertas eſt: quam dum extrema vitia falsò mentiuntur, latētius imponunt, aut retecta ut vitentur, ſtultos in contraria pellunt. Quidam ne ſervili timore preſsi videantur, nihil non tentant, ambigunt, & ſub ſuam cenſuram revocant: atque aliquo levi ſucceſſu elati, q philautia inconſultè proſilientes facilè in principitia labuntur. Alij ut id periculum fugiant, multa diſsimulant, plura ſimulant, cuncta pravidè, ad gratiamque agunt: dumque ſibi cautam providentiam eſſè perſuadent, formidine oppreſsi ſive incurrēdi damni, ſive commodi, aut honoris amittendi palpum obtrudentes blandiuntur, adulantur

*Cai. lib. de autor. papæ & cōcil. c. 13*

*Peroratio.*

& hy-

& hypocriſis perſonam cum iniuria gravi veritatis accipiunt. Adverſus hæc Servator admonet ſectatores ſuos
Mat.10.b. prudentes quidem, ſicut ſerpentes, ſimplices tamen in columbarum modum eſſe debere: quòd in ſuperna diſciplina pandenda potiſsimè irreprehenſum tempera-
Iaco.3.d. mentum adhiberi oporteat. De hac Iacobus apoſtolus mirificè ſenſit inquiens: Quæ autem de ſurſum eſt ſapientia, primùm quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia, & fructibus bonis, non iudicans, ſine ſimulatione, ſive hypocriſis expers. Chriſtiana namque veræ religionis doctrina non dignatur erroris ſubdoli victoriam venali eloquenaiæ petitam: immo generoſam certa veritate
Iob.42.b. conſtantem ſibi proprio iure vindicat; gnara dicti à Iob
13.b. probato numini adverſus dei aſſentatores: Ipſe vos arguet, quoniam in abſcondito faciem eius accipitis. Id eò adductum eſt, ut indicemus, nō libidine nos animi, qui tacere quoad liceat, requietius ſaltem ducimus: verùm ſacra cauſa impellente profundas eius difficultates verſaſſe: quò nimirum præceptum principis apoſtolorum impleremus amplius fidelium inſtitutores obſtringens,
ubi ait: Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris, parati
1.Pe.3.c. ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationē de ea quæ in vobis eſt ſpe, & fide. Atque utinam alios uberioribus opibus inſtructos qui ad amuſsim cuncta explicaſſent, audire cōtingeret: libenter enim & gratè ipſorū laboribus frueremur. Nunc verò argumentum vix alijs tactum orſi, ut quod in ſtudio ſupremæ ſapientiæ ſacræque ipſius ſcripturæ profecimus, ei debitum elucidandę
Eccli.24.c referremus: partem hanc tractationis integritate flagitante adiunximus ab alijs ſparſim ventilatam, quam

collectis

collectis undique ſeminibus, non inde tantûm erutis in reſolutum compendium redigere opus non parvi ſudoris fuit. Id ſupervacuis non oneravimus, nec tamen propria ſcrutatione digna ſilentio prætermiſimus. Nempe quidpiam non aſſequi nos fateri æquius credimus, quā inſcitiam occulentes omittere quod exquiſitione dignum ſit, ſi nō à nobis, at ab alijs expediendum. Si quid autem ob humanam imbecillitatem deſit, catholici, eruditi quibus ſedulò miniſtramus, cādidè perficiant: certè ſyncero animo quod valuimus, præſtitimus; deo fiſi haud quire nos periculoſè deerrare, qui recta doceri parati iugiter ſumus.

## LAVS DEO.

Pſ. 118. Pſ. 92.

Mirabilia teſtimonia tua: teſtimonia tua credibilia facta ſūt nimis:
Adhæſi teſtimonijs tuis Domine, noli me confundere.
Hæreditate acquiſivi teſtimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei ſunt.
Beati, qui ſcrutātur teſtimonia eius, in toto corde exquirūt eū.

## Candido & ſtudioſo lectori. S.

QVæſo te benevole lector, ut gratè ſuſcipiens hoc opus tribus abſolutum libris iuxta proæmium, finem que cætera loco auctarij, quibus tempus defuit, prope diem accepturus, ſi hæc tibi accepta indicaveris: ne pigeat parum operæ interim inſumere in emaculando codice tuo, in quo nos tuo commodo ſervientes multum laboris, ac temporis, & ſumtus impendimus.

Fol.

Folij cuiuſque paginam priorem a, b poſteriorem notat. In præpoſitorum quatuor foliorum ultimo lin. 32. lege Iſraelitarum non Iſraelditarum, quod & in non multis exéplis irrepſit. b.li. 10. quomodo fol. 1. a li. 27. implorari li. 30. primó Alicubi ſimiliter accentus particulis deſuut, ac talia leviuſcula incidũt, quæ operarum effrenis feſtinatio corriger non ſinit. b.li. 1. myſteriorum fol. 2. a. li. 2. emendandum li. 17. 18. inſtitutionis b.li. 4. nonnunquam lege pro non nunquam diſſecta particula in duas, qualiter coagmentatorum ruditas ſæpe delinquit, ut contrà unam diſſecans. li. 19. probabilia li. 31. ibi quod habeat, lege quod non habeat iuxta exemplar originale. f. 3. a. ad li. 24. interno margine non P vin, ſed prin pro principio lege. b.li. 24. non aliud, ſed alius caſu patrio lege, quaſi ullius. li. 27. int. citatio reijciatur ad li. 29. ut ſæpe ſimile advertendũ. f. 4. b. li. 2 defluxus f. 5. a. l. 1. pro duobus punctis: ſit unum. in fine, qualia facile lector eruditus emendat. l. 6. pro qua, repone quæ quarto caſu referẽte corpora, quod ut erat in originali, ſæpe monitus refractarius Sequanus nunquã correxit. ad l. 9. int. pro lib. 3. repone 2. li. 22. poſtquam b. l. 1. error l. 26. repetitæ mox, ſolùm li. 28. veluti mox, inſpectivam f. 6. a. l. 3. in deo mox, eorum mox, fuerunt, l. 4. tamen li. 18. adſit, b. li. 17, mentes f. 7. a. l. 20. cognita b. l. 4. exteræ l. 8. 9. exteriorum l. 10. pro ne ac repone. l. 22. diſcernens li. 23. exteriorum l. 25. planè l. 29 deinde f. 8. a. li. 2. deniq; li. 5. 6. communi At è regione in extero margine imaginatiua li. 15. cũmunis l. 23. redhibita b. in titulo LIB. I. li. 25. apes fol. 9. l. 26. ſoliditate f. 10 li. 15. memoriæ, inſtar l. 19. ibi memoramur, repone, ut erat, memoramus, quo verbo pro revocare in memoriã interdum uſus in Pænulo Plautus habetur, licet pro narrare in uſu frequenti ſit: nam D. Hieronymo, Auguſtino que uſurpatum deponens, uti proprium pro exerere memoriã apud claſsicos Latinæ linguæ auctores vix inventum, ob explicandam proprietatẽ naturalem tantùm aſciſcendum eſt. f. 12. b. l. 10 in repone pro id f. 12. a. l. 31. occurrerat. f. 16. a. l. 10. 11. cognitionis l. 22. è quovis f. 19. b. l. 20. præter f. 24. b. l. 7 ibi quæ loco eius quod deeſt, repone qua mens in ſe id Mox pro eſſe ſic eſſe f. 28 b. l. 11. C. 6. f. 30. a. ad l. 12. int. exple Satur. li. 2. fi. vbi verba Hippocratis referuntur. f. 32 a. l. 2. haberi f. 39. a. l. 11. patefacit, pro quo patefit perperam in nonnullis irrepſit. f. 40. b. li. 13. hypoſtaſeon f. 49. b. l. 22. muneris f. 54. a. l. 11. expliciti fo. 56. li. 4. ſibilo Alluditur ad omiſſum locum 3. Re. 19. c. f. 58. b. l. 20. Eccleſiaſticus f. 59. a. li. 13. ait fo. 64. a. l. 20. pro dicunt repone ducunt. f. 69. b. l. 5. ſacrorum cantorum f. 70. a. l. 8. Lamuelis l. 14. conſeſſui f. 71. b. l. 4. corruptionibus f. 73. b. l. 10. Chriſtianos f. 76. a. li. 13. apoſtolo li. 15. dilectionis f. 80. a. l. 16. idiotiſmo f. 77. a. li. 15. creavit dij cælos, & terrã: l. 29. 30. dominator Iehovah f. 90. b. li. 22. inexcuſabiles f. 92. b. l. 6. rituum f. 97. a. l. 1. unguem unquam f. 100. b. 30. 31. iudicari f. 102. a. l. 29. exempli f. 103. b. l. 19. ſubdiſſiſus f. 105. a. l. 17. det b. li. 26. aſcriptum Quod in nonnullis imminutum eſt. f. 107. b. l. 28. accipi f. 110. a. l. 16., repetuntur b. l. 5. ducis f. 112. b. li. 21. Agag rege. fo. 114. a. li. 20. pellium b. 17. per turbationem

Lib. 3. f. 1. b. 2. ſicuti f. 4. b. li. 3. pro hoc ce coniung hocce ad aliam cacophoniam vitandam, ut eſt apud Virgilium, Hocce erat alma parens. f. 6. b. li. 7. refutare fol. 9. a. li. 27. pro tamen lege tantùm, ut in originali habetur. f. 11. b. li. 20. inſuper; f. 28. a. li. 9. diſcedenti f. 31. b. l. 26. immutabili li. 29. in dubitationem f. 34. a. li. 28. Talis f. 40. b. li. 21. gravi f. 48. b. l. 2. fiet li. 3. ſuccedanea uſque adeò f. 55. a. l. 7. autoritate li. 15. fides li. 17. fidei fo. 58. a. li. 1. iudicialis li. 5. ſumtis li. 12. inveniri f. 59. b. li. 18. doctrina fol. 61. b. l. 15. ob fol. 69. b. li. 10. diſſervimus fol. 72. b. li. 1. pro quaſi repone tanquam.

Cætera facilè perpendens quivis emendabit.

Regeſtum literarum.

¶. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z.

a. b. c. d e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q.

Aa. Bb. Cc. Dd. Ee. Ff. Gg. Hh. Ii. KK. Ll. Mm. Nn. Oo. Pp. Qq. Rr. Sſ. Tt.

Omnes ſunt quadruplices.

*Ingenium volitat, paupertas deprimit alas.*



PINTIAE

*Excudebat Didacus Fernandius Cordubenſis typographus regius. Anno Christi.*

CIƆ IƆ XXCV.

3° Dosm
66
25
Xautos
377